68 Senatus Prouinciæ Marchiæ obseruatio refertur vt pater nõ fiat administrator bonorũ filij in quibus nõ habet vsumfructũ.

69 Eiusdem sentẽtiæ refertur Beltramius ad Cardi. Bonon.

70 Decisio quędam Regiæ Audientiæ per Petr.Fontan.allegata,retorquetur aduersus suam assertionem.

71 Pater dicitur suspectus in administratione bonorũ filij, quãdo ab eo fuit prohibitus vsusfructus.

72 Doctores ferè omnes à Fontanella allegati contra superiorẽ meam traditionem,nostram approbare asseritur.

73 Petr.Fontanella ponderatus,vt recedere sit visus à prima opinione circa administrationem patris in bonis filij.

74 Pater quando vsumfructum condonauit filio, retinet administrationem, cum tunc cesset ratio suspitionis.

75 Tertia proponitur querela per Fontanel.iuslituta aduersus autorẽ,cui etiã respõdere curatur.

76 Filij positi in conditione quando dicantur dispositiuè vocati, si filios vltimi substituti vinculum vocauerit.

77 Locutio diuersa testatoris, diuersam facit sumere coniecturam voluntatis.

78 Sacrum nostrum Regium Consilium pro Senatorũ circũspectione nõ solet allegationes ęstimare à persona quę proferuntur, sed à sua releuantia.

77 Nemo in sua causa ius dicere potuit,& quare.

80 Rationes referuntur quibus motus fuit autor per vocationẽ expressam filiorum vltimi substituti, censeri exclusam vocationem cæterorum qui fuerunt in conditione positi.

81 Vna pars testamẽti quãdo aliã declarare solet, & expenditur contra Fontan.cã allegãtẽ,n.82.

83 Locus Cardinalis Manticę contra autorem allegatus per Fontanel. conuincitur de corrupta allegatione.

84 Autor in deuiandis communibus sententijs semper cum iurtũ autoritatibus,accedere solet.

85 Quarta proponitur querimonia aata ab eodem Fontanel.contra autorem, cui etiam satisfieri curatur.

86 Doctrinę autorum,& interpretum semper intelligendæ iuxta doctrinam quam allegant.

Secunda declaratio ad tertij temporis asumptum.

1 DEclaranda iam venit principalis conclusio constitutionis nostrę,seu illius insignius argumentũ secundo loco, quod in iure faciẽdi fructus suos,in viduis post luctus annũ dixeramus cõsistere, vt procedat etiã si vidua cautionem illam de vtendo & fruendo arbitrio boni viri,salua rerum substantia, non præstiterit, cum illis qualitatibus, & circunstantijs, quas omnes vsufructuarij præstare coguntur antequã ad vsusfructꝰ perceptionẽ deueniãt;vt cõstat ex l.1. tot.tit. ff.vsufruct.quemad.caueat.l. vsu fructus 16.ff.de vsufructu.l.1.l.4. C. eodem,cap. fin. de pignor. §. constitui ur,de vsufr.glo. Alber. Bart.Baldus, Salicetus,Fulgos.Si

car.& alij in d.l.1.C.de vsufruct. & in l.si cuius,vbi Floria.num.6. Alexand. cons.58. num.7. vol.3. Cõnan.commen.iur.ciuil. lib. 4. c.4. Pinel.qui notanter exornat l.1.p.2.n.75.Cald.Perei. de pote
2 sta.eligen.c.16.n.35.Ioseph.Ludouic. dect.Perusi.61.nu.12. Te sau.decis.80.n.2.enodauit recẽter post Pichard.& Ricciar.in titulis institution.de vsufr. & post Surd.decis.141.nu.1. vbi plures recensẽt Portol.ad Molin. verb. vidua,n.u.3.Gracia.discept. 901. nu.9.vbi etiã non petente proprietario prẽstãdã esse cautionẽ, cũ Sotomaior in peculiari illius tracta. c.14.& 18.& post hos omnes diligentissimus nobilis Hierony.Francis.de Leon decis.Valent.8.á nu.1.ad n.7. Rot.in recentis.Farina.663.n.4.p.2.Grac. dec.3. in additione à n.6.ad n.9. Ad cuius prẽstationẽ videri poterit vidua vigore nostrę constitutionis obnoxia, cũ hæc viduã faciat vsufructuariam, & consequenter cum qualitatibus & circunstantijs,quibus cæteri vsufructuarij creantur, cũ constitutio nostra interpretationẽ à iure communi passiuam recipiat (vt sæpius est dictum, etiãsi eius vsusfructus possit finiri ante illius mortẽ,& vltra ꝓtrahi:cæterũ cũ vterq; sint vsufructuarij ille nẽpè qui ad vitã, & alter ad tẽpus
3 secuti impleméti,cũ tã vnus quã alius habeat ius in fructibus,quorũ perceptio sicut cessare poterit per mortẽ,ita etiã cessabit ad ueniẽte dotis solutione, ita ex Alberic. & Boer. decis. 172.adnotauit Gracia.discep.853.n.34 Et prẽmaximè cũ cõstitutionalis ista prouisio fiat cũ qualitate cõficiẽdi inuentariũ,hoc autẽ non faciendũ ex necessitate legis,ni
4 si vbi redenda bonorũ est ratio ad l.tutor qui repertoriũ §.ꝺ ad ministr.tuto. vbi Bar. & Fulgos. l.cũ tale 41.§.1. de cõdic. & demõstra.late Pinel.l.1.p.2.in prin. C.de bon. mater. sentit Rota in allegata decis.663.n.4.Menoch. præs.134.n.16.lib.4. Deci.cons. 277.n.50. Et cũ restitutio rei faciẽda, importet qualitatẽ & quãtitatẽ rei restituẽdę, & cõmodè id cõsequi nõ possit,absq; inuentario,fit euidẽter,vt cõfectio inuentarij aliquid opererur,necessariã dici satisdationẽ, maximè cũ solum in patre vsufructuario bonorũ aduẽticiorũ filij, sit exorbitata ista regula, vt nõ cogatur pater satisdare ad l. cũ oportet.§.nõ autẽ,& l.fi.§.sin autem, in fi.C.de bon.q; liber. vt sic per
5 argumẽtũ ab speciali cęteri vsusufructuarij teneãtur,prout in simili ferè casu mulierẽ teneri ad satisdationẽ in doario,tenuit Casan.in cõsue.Burg.rub. 4.§. 6. in glo. *fera tenue*. n.1.qui se fundat in l.vsufruct.cõstitu. C. de vsufr. & magis ad casum nr̃ũ,& in proximioribus terminis obseruauit Portol.ad Molin.verb. vidua, n. 1.& 2.& in obser. 11.per tot.vbi
6 in viduitate cõcessa in Regno Aragonũ quotidie exigi satisdationẽ,quę viduitas nõ est multũ ab similis nr̃ę tenutę, licet sub distinctione id teneat, nẽpè in rebus mobilibus, in solo autẽ reb⁹ cohęrẽtibus, nullatenus exigi cautionẽ ꝺ cõsuetudine testatur in mobilibus autẽ ex Regię Audiẽtię sentẽtia cogi viduitatẽ in his habentẽ cautionẽ præstare, vt in d.obseru. 11.n.1.Indistinctè
7 autẽ in hoc nr̃o principatu tenendũ puto negatiuè,siue tenuta cõsistat in rebus mobilib⁹, siue in rebus solo cohęrẽtibus, vt

vtroq;

vtroq; casu vidua nostra procedat ad vsumfructum absq; onere satisdationis. Nō tantum ducor ad tenendum ex his quæ noster practicus Mier.Despujol.& doctissimus nobilis de Leon adduxerant,quam ex alijs vrgentioribus,& concludētissimis rationibus,Mier.enim sub tex.nostro nu.94. insulse hanc tenet obseruationē dicens: *Quam forte nō tenetur præstare quādo facit fructus suos autoritate huius cōstitutionis.* Et si Insulse locutus fuerit Mier. siccè antea fuerat locutus sub numer.88.ibi:*Sed si habet dotem, & inuentarium faciat iuxta hanc cōstitutiouem, licet non satisdederit, facit fructus suos donec soluatur.* Et si Mier.siccè & insulsè locutus fuerit illius scholiator Despujol, nil salis erogasse constat, prout debuerat,solummodo video disertissimum nobilem dō Franciscum Hieronymum de Leon in sua Valentina decis.39. nnm.24.ductis Mier. & Despujol, hanc sententiam tenere reperio,ex eo,quod vidua tenutaria in illo Regno, ex forali expressa dispositione in conclusione allegata,sicut nostra, dicitur legalis vsufructuaria, eo quod á lege ipsa,absque aliquo mariti vel hęredis facto, vsumfructum bonorum omnium mariti consequitur,post annum luctus, vt colliges ex his quæ annotarunt Gom.var.c.15. inscripto de seruitut.nu.1.in fin. post Bald. Angel.& alios l.i. §. si vsusfructus, ad l.falcid.Pinel.1.p.l.1.C.de bonis mater.in princip. Garcia de expens.c. 10.num.2. & c.11.in princ.& melius omnibus Sotomaior de vsufruct.lib.1.c.2.n.8. & cap.3.per totum,& cum legales similes vsufructuarij ab onere satisdandi releuati, sint in iure, vt colligere dicūt, ex tex.in l.fi §.sin autē æs alienū in finalibus verbis,C.de bonisq; liber.vbi pater cū sit vsufructuarius legalis in bonis filij,ex l.1.& toto titulo C.de bon.mater.& in l.cū oportet,C.de bonisq; liber. eximitur ab onere satisdandi,vt per dictū §.tenuerunt Cald.in l. si curatorem habēs,verbo,læsis, nu. 134. C.de in integr.restit.minor. Aluar.Mēdez de Cast.ad l.cū.oportet,C.de bonisq; liber.num.121. Quesad.diuersar.qq. cap.11.nu. 11.Áscanij de patr. potesta. c.6. effect.12.nu.1.Pinel.l.1.2. p.nu. 29.C.de bon.mater. Gom.l.48. Tau.num.6 in fin.& iterum nu. 17. Sotomaior de vsufruct. cap. 3.num.85. Sic ratiocinando ad casum nostrum,ad exēplum patris legalis vsufructuarij in bonis filiorum eximantur cæreri legales vsufructuarij; & consequenter vidua huius nostri tex. & constitutionis legalis vsufructuaria releuata sit ab obligatione cauendi.

Non enim, vt dixi, hac ratione possum conuinci ad istam assertionem tuendam, cum periculosa mihi semper visa fuit: non enim omnes vsufructuarij legales in iure releuatos reperio, eo namque attento, solum inueni duos legales vsufructuarios,vnus est pater in bonis filiorum, alter est coniux transiens ad secundas nuptias, astrictus legis dispositione,l.generaliter,& l.fœminæ, C.de secund. nuptijs, reseruare lucra omnia, seu obuentiones ex primo matrimonio procedentia, seu procedentes filijs illius matrimonij,in quibus quidē bonis cōiuges binubi dicuntur vsufructua-

rijs, vt colliges ex dict. l. hac edictali,& melius ex authentica in donatione,C.de ſecund.nup. §.ſi vero expectet,in authentic. de nupt.l.mater, C.ad Tertulia. & poſt gloſſas in dictis iuribus vbi cõmunes interpretes, Rolã. conſ.95.nu.8.vol.1.Afflict.deciſ. 75.Menoch.con.237. Gom.l.15. Tau in princ.Gutier. practicar. lib.2.q.95. num.2.& libr.3.q.43. num.23.Sotomaior qui alios cũ mulat de vſufruct. c.2. nu.9. Et tamen in iure inuenio,hũc vſu fructuarium legalem, per tranſi
12 tum ad ſecunda vota, teneri ad cautionem prẹſtandam, vt cæteri vſufructuarij conuentionales, ſeu ab homine dati, vt habetur in l.hac edictali,§.is illud, C. de ſecund.nupt ibi: *Simili modo v ſumfructum habeat ſi idoneam fideiuſſoriam tribuerit*: quæ verba expenſa reperies per Pinel. l. 1. 2 par.n.75.C.de bon.mater. vbi allegat Fulgoſ.conſ.82.in fin.Ex quibus verbis colliges aptioribus alijs verbis id ſignificari nõ poſſe, imo lex ipſa firmat lege cautum eſſe cogi ad ſatiſdandũ, vt in l.iubemus, verſ.In ſupra dictis,C.ad Trebel.ibi· *Neceſſe eſt, vt eadem ſatiſdatio pro legum ordine prẹbeatur*. Loquutum enim reperies Imperatorem in ante-
13 cedentibus verbis de ſecundo nubentibus,quos omnes ad cautionis præſtationem damnarũt, vt per Pinel l.1.2.par.C.de bon. mater.num.75. verſ. Ampliatur nono,Matien.l.2.tit.1.gloſ.2.nu. 16.lib.5.Azeued.l.4.tit.1. libr.5. nouę collect. Regiæ, à nu.48.ad num.55. alios ſub concordia tra dit Sotomaior de vſufruct.lib.1.
14 c.3.nu.42.cum ſeqq. poſt Boer. deciſ.200.n.7. & 8.qui loquitur in ſtatuto cauente, ꝙ mulier teneatur hęreditare filios primi matrimonij,ſi contrahat ſecundũ matrimoniũ, debet cautionẽ præſtare.allegat Bald.cõ.19.vol. 5.Sic etiã ad caſus authen. ex teſtamẽto.C.de ſecũ.nup. dicebat ibi Loã.de Garronib.n.39. quod mater vſufructuaria, in caſu authenticæ teneatur prẹſtare cautionẽ per conuolationẽ ad ſecũdum coniugiũ. Et pro coronide videas text.ſatis difficilem,&nó vulgarẽ in l,filio 7. ff. vt legato, 15 vel fideicom.nomi.caueatur, vbi pater qui fuit inſtitutus ſub conditione dandi aliquid filio ſuo,quẽ poſt teſtatoris mortem emãcipauerat, cogitur præſtare illã hipotecariã cautionẽ illius edicti, nõ obſtante quod erat legalis vſusfructuarius, ſaltem in dimidia parte rei legatę,quã per emancipationẽ pater lucratus fuerit,iuxta l.cũ oporte 6.§.cum autem,C.de bonisq; liber.§.hoc quoq;,inſtit.per quas perſo. nobis acquir.Gom.l.48.Tau. nu.6. Non ergo verũ eſt dicere ſemper(vt ex his reſultat exẽplis) vſufructuariũ legalẽ, non cogi ad ſatiſdationem vſumfructuariam
16 præſtandam.

Exemplum enim de patre vſufructuario ſumpto, nõ eſt proportionabile ad cẹteros omnes vſufructuarios legales, nõ enim de illis cõfidit lex,ſicut de patre erga filios,de quo lex prẹſumit, plus res filiorũ diligere,quã propias, & ꝙ nullus alius capiet tutius conſiliũ erga filium,quã pater,vt multis adductis adnotauit Tiraq.in præfa.ad l.ſi vnquã. C. de reuoc. num. 25. Sotomayor
17 de vſufruct.cap.3.num. 85. cum ergo diuerſa ſit ratio parentum erga filios,quã cõuolãtium ad ſecunda vota, propter nouercales

ſedu-

ſeductiones,quas lex conſiderauit in l.fœminę,C.de ſecun.nuptijs,non eſt quod argumentum ſumatur ad conſtituēdam regulam generalem inducentem exemptionem cautionis in legalibus vſufructuarijs, vnde petenda eſt ratio ab alijs iuris principijs,quę magis conuincat.

Hanc quidem deſumendam eſſe arbitraueram(vltra omnes,
18 & præter omnes)ab illa obſeruatione,quam Anton.Faber in ſuo Codice ſub tit de vſufruct.diffinitio.9.tradiderat in materia vſufructus,in qua multum diſtare aſſerit,inter vſumfructum,& ius
19 pereipiendi fructus. Qui enim vſumfructum habet , non ſolum in eo differt á iure percipiendi fructus,quod vēdi,cedi,vel alienari non poſsit vſufructus, ſicut & ius percipiendi fructus , vt in l.ſi vſufructus 66. l. cum in fundo 81.de iur. dot. l. ſi conuenerit 4.de pact.dotal. declarant optime ex gloſ.Bart. Bald. Alexan. Gome. Couar.& alijs Pinel. l. 1. 3.par.nu.38.verſ.Alij diſtingūt. C.de bon.mater.Caualca.de vſufruc.nu.66.in princip. Queſada diuerſar.qq.c.fin.n.16. Garci.de expen.c. 10.n.28.cū ſeqq.Sarm. ſelecta.lib.3.c.9.nu.2. alios ſexcētos,more ſuo,allegat Sotoma. de vſufr.c.69.nu.7. Verumetiā, & in alio nēpè, quod qui vſumfructum habeat, quoquomodo,
20 ſiue per vltimam voluntatem, ſiue per conuentionem,teneatur omnino ſatiſdare, iuxta diſpoſita in l.1. & toto titulo vſusfructuarius, quemadmodum caueat ex l.4.C.de vſufruct. & diximus alios ſupra relatos per Surd.deciſ.141.n. ..& 2. & per eundem Sotomaior de vſufruct. c. 14. & 18.Portol.in ſcholijs adMolinā, verbo,vidua nu.3.

21 Adeo,quod vbi ſit vſusfructus ab homine datus, per eum non poſsit cautio remitti,Surd.deci. 209.nu.3.& deciſ.194.& de alimen.tit.9.q.26.nu.11.poſt Bart. in l.1. C.de vſufruct.Vaſq de ſucceſ.crea.§.7.nu.33.ad fin.Pereg. de fideic.art.11.nu.78.cum alijs per Ceual.cōtra cōmunes,q.408 nu.2.Caued.deciſ.136.p.1.nu.2. Gracian.diſcep.901.n.12.& deciſ.Marchię 147.nu. 9. & cēſuit Rota inter recollectas per Farinac.recenter p.2.deciſ.663. n 8.

22 Et data paupertate vſufructuarij (cū lex nō ſoleat ad impoſsibilia cōtrahētes trahere) vbi is inuenire nō poſſet fideiuſſorē , cū iuratoria erit admittēdus ad doctrinā originariā Cin.l.4.C. de vſufruct.Angel.in l.cū non facile,ff.ſi cui pluſquam.per legē falcid.cum alijs per Surd.d.deciſio. 141.nu 7.cum ſeqq.& per Gracian.diſcepta. foren.c.901.n.13. & cap.822.num.9.& 13.& infra num.30.& 31. Qui vero ius percipiendi fructus habet,videlicet ex antichreſi cōtractu,vt eſt noſtra vidua,hoc eſt ex mutuo vſu pignoris dati, & pecuniæ receptæ;ſic enim noſtrates hunc con
23 tractum antichreſim appellant, & antea, *antifinam* appellabant, vt notat gloſſela marginaria ex Alciat.& alijs in l.ſi pecuniá 33. de pigno.actio. natura enim huius cōtractus antichreſis illa eſt, vt fructus pignoris accepti, nullatenus extenuent ſortem , ſed cedant loco vſurarum pecuniæ per debitorem acceptę,vt colliges ex d. l. ſi pecunia 33.ibi, *Si pecuniā debitor ſoluerit poteſt pignoraticia actione vti ad recuperādā antichreſim,nā cū pignus ſit hoc verbo poterit vti*,&ex l. ſi is qui

bona 11 §.1.de pig.ibi: *Si antichre sis facta sit, & in fundũ aut in edes aliquis inducatur eo vsq; retinet possessionem pignoris loco donec il li pecunia soluatur cum in vsuras fructus percipiat.* Et ibi apostilla
24 marginaria, in verbo, Antichre sis, ait sub his verbis: *Idest rei vicissim fruendæ pro pecuniæ facta traditio*, pluribus exemplis hunc Antichristicum contractum reperies apud Iureconsultos, & interpretes omnes mentionatum ad l. 1. §. pacto, de pignor. & in l. Gaius, 39. de pignor. actio. l. si ea lege 17. l. si ea pactione 14. C. de vsuris, Cald. l. si curatorẽ habens verbo, Sua facilitate, C. de in integr. restitut. minor. num. 103. Solis de censib. li. 1. cap. 10. n. 13. Mendoç. de pact. lib. 2. cap. 3. Cuiac. obseruatio. 75. lib. 3. Gail libro 2. obserua. 3. & omnium accuratius Anton. Faber de error. decas 9. error. 5. in princip.

Ille igitur qui ex simili cõtractu Antichresi, vel pignoraticio,
25 ius percipiendi fructus habet, non cogitur satisdare, neque cauere, ex quo debitor pignoris, & creditor pecuniæ, cuius causa pignus habet, iam satis obligatus existit domino pignoris, huicq; á iure satis cautũ est, si dolo malo pignus habens male versatus sit in pigno ris vsu, per medium actionis pignoraticiæ, vt colliges ex l. si pecuniam 33. de pignor. actio. vnde non est necesse vt caueat, nec satisdationẽ præstet, cum non plus consequi possit per cautionem & satisdationem, quam cõsequi valeret per
26 actionem pignoratitiam: sicut dicimus de hærede, seu fideicõmissario grauato vniuersali, vel particulari, in diem, vel sub cõditione, quem ius astringit cautionem præstare, ad l. cũ Archimedoram 4. C. vt in possessionẽ legato. l. 1. & 3. ff. eod. Riminald. Iun. cons. 540. num. 12. lib. 5. Crauetta cons. 295. in fin. Cephal. cõsil. 381. num. 29. libr. 3. Palac. Rubeus in cap. per vestras, de don. inter vir. & vxor. §. 44. cum alijs
27 adductis per Peregrin. de fideic. artic. 40. num. 10. Simon de Pretis de interp. vltimar. voluntatũ lib. 5. num. 54. Gracian. discepta. 822. num. 1. Et tamen consuetudo similẽ cautionẽ abrogauit, iudicando eam frustratoriam, neque vnquã in practica illam admittere voluit neque practicatur, vt per Peregrin. vbi sup. nu. 14. in fin. Molin. de primog. Hispan. cap. 15. num. 35. Gracia. vbi supra num. 2. quia iam aliás satis
28 consulitur fideicommissario, diuersis modis, vt sine cautione, nullum detrimentum patiatur, quoad recuperationem rerum, in quibus grauatus male versatus fuerit, allegat eundem Simõ de Prætis de interpr. vltimar. voluntat. lib. 5. dubita. 1. interp. 2. á n. 56. ad num. 74. Peregrin. de fidei commis. artic. 40. num. 15. cum sequentibus. Vt sic eodẽ modo dici possit in casu isto, vt cautio, seu satisdatio ista, in practicam
29 non venerit, cum iam cautum esse possit hęredibus, per actionẽ pignoraticiam, per quam magis potest esse cautũ hæredibus mariti, quam per similes satisdationes, seu cautiones ab vsufructuarijs pręstandas, cum etiam eo casu, quo ad cautiones pręstandas coguntur, non possunt compelli nisi pro sua possibilitate, ita vt
30 supra sensus sui vires, & vltra facultates suas, non possit cogi ad dãdas huiusmodi cautiones, nulla habita consideratione bono-

rum

rum reſtituendorum, quæ licet pingues, nõ debet fideiuſsio correſpondere bonorum valori, cũ ſufficiat minima cautio, l. fin. §. non talis, C. de curato. furioſ. l. de creationibus, C. de Epiſcopa. audien. Palac. Rub. d. § 44. in fin. verſ. *cõcluditur ergo*, Moli. de primoge. lib. 1. cap. 15. nu. 18. Peregrin. d. art. 40. num. 10, verſ. *propoſsibilitate tamen*, poſt Iacobi. de ſanto Geor. de feud. in prin. verbo Carolus, Suar. ad titulum *de los emplaçamientos*, §. nunc oportet, nu. 28. & Sotomaior de vſufr. cap. 18. nume. 1. cum ſeqq.

13 ſic multis aductis tenet Surd. deciſ. 141. vſufructuarium tantũ cogi poſſe ad cautionem iuratoriam præſtandam, ad edictũ, ſeu titulum vſusfructuarius quemadmodum caueat Cin. l. 4. C. de vſufru. Angel. l. cum non facile, ff. ſi cui pluſquam per leg. falci. Rolan conſ. 43. num. 45. cætera per Surdum à num. 7. ad nu. 16 Gracian. diſcepta. 822. num. 9. cum 3. ſeqq. cũ alijs. ſupra adductis num. 22.

Vnde cum vidua (in caſu noſtræ conſtitutionis) congruenter non poſsit dici vſufructuaria, cum illis ſaltem qualitatibus quas ius vſufructuarijs dedit, nẽpè, vt finiatur vſusfructus, morte vſufructuarij, ad §. finitur, de vſu fruc. & duret ad vitã illius, q̃ nõ concurrit in muliere tenutaria, cuius vſufructus, & protrahitur poſt illius mortem, ad hęredes illius, donec ſoluatur dos & ſpõſalicium, & finiri poſsit ante illius obitum ſi ſoluatur dos, fit conſequens, magis propriè dici poſſe, habere ius percipiendi fructus ex bonis mariti defuncti, iure pignoris, per Antichreſim, quam vſufructuariam, non vrgentibus ſupra adductis, num. 1. quæ tantum concludunt largo modo, & nõ ſtricte, & in propria ſignificatione, quę ſolum in deſideratis à lege venire poſsũt vt in alia parte enodamus, & cõſequenter nullatenus tanquam debitrix pignoris, teneri ad ſatisdationem, cum nullo iure cogatur ſimilis pignoraticius creditor, ad cautionem præſtandã ſuper pignore recepto, nec fructibus ex pignore percipiendis.

Aliter etiam, & ſubtiliori ſtylo (ſi nobiſcum concurrere poteſt aliquid, quod ſubtilitatis ſapiat) dicebam viduam in caſu iſto, magis propriè dici poſſe habere ius percipiẽdi fructus, quã

32 vſufructuariam propriam & formalem, ex eo quod ſi talis eſſet, in materia cautionis, vel ſatisdationis vnus eſt, qui eam petit, & alius, qui vſufructum conſtituit, is enim ſolet eſſe teſtator, qui vſumfructum per legatum conſtituit, vel donator, vel quilibet alius, ex cuius facto, vel largitione conuentionali, vſusfructus emanauit, & hæres vel dominus proprietatis, qui petit ſatisdationem, vel cautionem, quæ tunc

33 debetur, & eſt præſtanda ſi petatur, & non antea, in vſufructu formali, l. 1. vbi notant Doctores, C. de vſufru. multa notatu digna per Anton. Fabr. ſub tit. de vſufruc. in ſuo Codice diffinitione 3. & eſt in communium traditione, vt per Bart. in l. ſi vſufructu, C. de vſufruc. Pinel. l. 1. p. 2. nu. 77. C. de bon. mater. Teſaur. deciſ. 80. num. 3. cũ alijs per Maceraten. variar. lib. 2. reſol. 1. nu. 8. in fin. & reſol. 29. nu. 20. Surd. de alimen. qui pluribus exẽplis illuſtrat caſum de alimen. tit. 7. quæſt. 19. num. 17. Ceuall. quæſt.

408.& tamdem Rota in vna Spoletana fructus 19. Decembris 1588. apud Cardin. Manticam, decis.43.nume.4. in fin.& ratio est concludens,& ciuilis quia cũ satisdatio fieri, non possit absq; stipulatione,l. 1. ff. vsusfructua. quemad.caueat, non nisi petẽti concedenda est.

34 At vero in casu nostræ constitutionis,vnus & idem est,qui vsumfructum constituit,& qui satisdationem petere debet, is enim est hæres mariti, qui tanquam,dominus proprietatis,debuerat cautionem petere, isq; idem est,qui vsumfructum cõstituit,licet ministerio legis. Hoc probatur ex his, quæ ad aliud propositum in superiori declaratione dixeramus sub num. 180. & itidem antea in tracta. de succes.impuber.glos.1.num.415. &

35 416.quod quoties quis non admit,quod admere potuit, visus sit donare,ad l.vtrum 8.§. cum quidã de reb.dub.l. 1. § sciendũ de lega 3.& ex Mantic. de coniect.vltima volun.lib.7.tit.7.nu. 14. Belluga, & alijs dixeramus ex quo igitur hæredes mariti poterant, dotem soluendo, & sponsalicium,euadere ius faciendi fructus suos,& non soluerunt visi sunt vsumfructum cõstituere,& consequenter,vna & eadẽ persona,quæ constituit vsumfructum,& cautionẽ exigit, quod esse non potest ergo satisdatio non erit præstanda per viduam, quæ potius,vt possessora pignoris per Antichresim vidẽtur fructus absque sortis computatione ex bonis defunctĩ mariti, elargiri, quam per constitutionẽ aliquam vsusfructus causalis,seu formalis,& consequenter nulla tenus obnoxia ad cautionis,vel satisdationis præstationem, potius per istam considerationem, quam per illam,quod sit vsufructuaria legalis, propter fallentias supra traditas licet huic sententiæ multum tribuat summa dexteritas(quam talem fuisse experimento comperui)nobilis Senatoris sacri Supremi Coronæ Aragonum Concilij in relata de cis.Valen.39.num.24.

Oportunè quidem se ob viã dedit superior assertio (qua instruimur donatum dici ab illo, qui cum potuit adimere nõ ademit)vt per eam inducamus insigniorem ex instantijs, quæ nos purgare poterit(ne dicam canonicè,sed ciuiliter ex vberibus iuris ciuilis, & ab apicibus illius deprompta)ab imposita ignorãtia,& acriminata obiurgatione, per diligentissimum,& compro uincialem nostrũ pragmaticũq; disiertissimum Petrum Fontanella *in suo 2. recenti tractatu* de pactis nuptia clau.7. glos.1.p. 3.à num.*36*.ad nume.*51*.aduersus quasdam assertiones nostras, traditas sub diuersis partibus cõmentariorũ,ad constitutionem, *los impubers*,quę sub anno 1617. prælo mandauimus, & aprimè aduersus examinatam, sub glos. 5.num.98.& 99. qua asseueranter firmatum reliquimus,semel, bis,& tertio, quod vbi parentis esset facultas eligendi inter filios suos,ad aliquam auitam,vel paternam succesionem, si non elegisset vnum inter plures,omnes dicerentur electi AB INTESTATO. Visus fuit peruigilantissimo Doctori modus similis dicendi *ab inteſtato* inaudi tus,& nouus,quæ verba nihil aliud suadere videntur,quam nos increpare, de incultura in iure

dicendo,

dicendo,& tantum abest, quod ex dictis,& cummulatis per oculatissimum authorem, in obiurgatione per eum proposita, remanserim deiectus, vt emendatione, seu retractatione aliqua, obseruatio illa debuerit temperari, seu in melius commutari, quod imo potius,ne dicam bis, ter,& septies,sed septuaginta septies,& tot quot casus ocurrere possent, non dubitabo firmare ab intestato factam censeri (in proposita specie) electionē, seu nominationem. Absque aberratione aliqua terminorum iuris, licet illam voluerit perdoctus prægmaticus nobis imponere, dicendo rem nouam,& inauditam,inauditus certe modus, & tanto plus nostro inusitatus obiurgandi.

38 Quisnam quæso erit tam parum in iure versatus, qui no firmet idem esse (vel saltem parū interse distare)haberi pro donato ab illo,qui non ademit, cum adimere potuerit?(prout supra sub num.36.& sub 1.declar. huius temporis,num.180. latius legitimatur,& vltrà in citatis locis adductos legitimare vltra poteris,per Surd.decis.272. nume. 9.& 23. vsque ad 27. Menoch. cons.950.num.5.cum 4.seqq. & cons.922.per totum lib. 10. iterum cons.1130.num.13. & præsump.28.li.4.Pereg.de fideicōmis.art.40.num.59.Mier. colla. 6.num.14.2 par. fol.4.)& haberi pro electis.ab illo,qui eligere alios potuerit,& cum hoc consequi nō posit nisi ab intestato, omittendo nominationem expressam testamentariam,fit consequens nullatenus incongruenter fuisse dictum ab intestato censeri electionem factam.

39

40 Nisi tantum ab his, qui ignorauerint testatorum iudicia fuisse in duplici differentia, vnum nempè dispositiuum quo quis expressa voluntate,& in indiuiduo,per tabulas testamentarias de rebus suis disponit,ad terminos,tex.in §.disponat,in authen. de nuptijs. Alterum vero permissiuum,proueniens ex tacito iudicio morientium ab intestatō,quo in casu dicimus velle defunctum,ad suam venire successionē legitimos successores,quos hæredes etiam legitimos ius ipsum denominauit, in quibus nō minus inesse voluntatem testatoris,seu defuncti,quam in scriptis hæredibus,ad quos terminos videmus alloquutas,l.3. & l.conficiuntur 8. de iur. Codic.l. vel singulis 37.de vulga.hanc.distinctionem omnes video amplecti & originariè, Bald l. si emancipati,oppo. 8.C.de collatio.Petr. Peral.in l.si quis,num.69. de lega. 3.in quibus(vt vno verbo dicam)obseruatum reperies,ex legis fictione venientes ab intestato non minus censeri relictos hæredes, ex simili permissiuo indicio, atque scriptos hæredes ex dispositiuo.Vt inde dicamus, non minus habere ex liberalitate,& elargitione eligere debentis.illū,qui venit ob nullam electionem in iudicio dispositiuo factam, quam ille, qui veniret ex iudicio expresso testatoris, in testamento suo dispositiuè ordinato,hac sola differentia facta,vt vnus expressè, alter tacitè censeatur vocatus, inter quos (atque in alijs) idem fit iudiciū ex satis repetita per omnes, l. conficiūtur 8.de iureCodicillo.

41

42 Non enim est noua hæc ratiocinatio, sed antiquata non

vno aut altero, sed pluribus exẽplis illustrata, quibus edoctis nõ videbitur noster modus dicendi inauditus, non nouus non inusitatus, sed stylante, & methodicè prolatus. Ad similem modum succedendi ex iudicio permissiuo diximus in nostro tracta. de succes. impuber. glos. 1. nu. 415. & 416. pertinere, non ex proprio marte (vt dici solet) sed authoritate Franciſci de Rip. in l. in quartam ad l. falcid. nu. 114. Negusa. de pigno. 4. men. 2. par.

43 num. 164. succesſionem maternam in bonis filij, quo ad legitimam sibi debitam ex communi voto parentum, quã dicunt deferri matri, ex iudicio quodam tacito permissiuo patris, ex quo cum potuerit adimere legitimã & ea matrem priuare, per mediũ substitutionis pupillaris expreſsę vel (ſecundum aliquos á nobis ſecutos) tacitæ, & iuxta l. precibus, C. de impuberum, l. Papinianus, §. ſed nec impuberis de inoffi. teſtam. cum ſimilibus, & non fecit, visus fuerit pater legitimam ex volũtate ſua ad matrem peruenturam, cũ ſit regula firma, vt obuentiones dicantur emanatę, ab illo qui cum potuerit auferre non abſtulit.

44 Ad eundem caſum pertinent cummulata per Vincen. de Franchis deciſ. 632. vbi tractando caſum deciſionis vtrũ Lucrecia illa Commiſſa (ſuper qua fundatur deciſio) potuerit diſponere ad libitum de quibuſdam obuẽtionibus habitis, á primo viro, in præiudicium filiorum primi matrimonij, iuxta terminos, l. fœminæ & l. generaliter, C. de ſecund. nup. poſtquam concluſio fuerat ſumpta pro libertate mulieris ſub num. 7. ver. inde vi

45 debatur dicit. Quod Lucrecia de donatiuo illo diſponere potuerit, vel ſi nõ diſpoſuerit cenſetur diſpoſuiſſe in fauorem venientium ab inteſtato, in quorũ fauorem viſa fuerit diſtribuiſſe, argum. l. conficiuntur de iur. codici. Et fere in eiſdem terminis fuerunt antea cõceptę deciſiones eiuſdem de Franchis, & illius Neapolitani Concilij 45. &

46 600. vbi concluſum quantitatẽ reſeruatam per donatores vniuerſales in actu donationis, non ad donatarium, ſed ad legitimos donatoris hæredes pertinere, ex iudicio tacito, & permiſsiuo donatoris reſeruantis, *in quos donator viſus eſt ſuam exercere liberalitatem in reſeruatis, ex quadã iuris fictione vel præſumptione iuris, & de iure*: ſic ſub ita expreſsis verbis reperies locutum de Franchis abſque eo quod vſque adhuc vllus redarguere illũ tẽtauerit de inepta, & inaudita locutione, quam nullus dicere puto diſtare a noſtro modo dicendi *ab inteſtato*, hæc enim dictio parum diſtat adictione *liberalitatis* exercitatę per tacitum iudicium.

47 Non abſimilem a relatis, ſed in magis familiaribus terminis reperies caſum, apud diſertiſsimum Cald. Pereiram Luſitanum Excellentiſsimum, & laboriosiſsimum ſub ſuo tracta. de nomina. emphiteu. quæſt. 7. nume. 54. & antea Curtij conſ. 4. num. 12. vt quoties data eſt facultas nominandi hæredem, vel ſucceſſorem in feudo, videatur purificata, ſeu verificata in ſucceſſore ab inteſtato, vt non minus iſte, ex tacito iudicio permiſsiuo, quã alius, qui ex iudicio diſpoſitiuo potuerit nominari, ad feudum,

ſeu

seu emphiteusim, habeatur pro nominato, per inuestitum sub facultate eligendi, videas quæso, in isto casu nominatum, seu electum ab intestato. Et ducuntur relati interpretes ad sic tenendū illo eleganti simili, quod sicut
48 alienationis verbum, continet omnem actum impignorationis & hipotecæ, etiam si sint impropriè alienationes, cum per eas nō perdatur dominium: ita etiā promissio de nominando, verificetur in nominatione impropria, quæ fit per successionē ab intestato, per regulam l. conficiuntur 8. de iure codicil. Quis igitur dicere poterit modū nouū & inauditū, nisi eūdē doctissi Cald. Perei. simul nobiscū redarguerit, cum nil aptius ad assertionem nostram dici poterit, cū sit in materia electionis, seu nominationis, super qua fuit nostra obiurgata assertio.

Huius etiam speciei sunt cūmulata per Doctores in mate-
49 ria inofficiosæ donationis factę, re & consilio in præiudicium filiorum, vt licet his cōpetat ius nullitatis totius donationis, quā do ita fuerit facta donatio, vt nil pro filijs supperererit in bonis patris donatoris, tamen si aliquid minimum filijs in bonis patris consequatur, solum detur actio ad supplementum legitimæ, aduersus immensam donationem, ad l. omnimodo, C. de inoffi. donatio. Bart. l. Titia Seio, §. Imperator, num. 4. & ibi Rubeus nu. 256. Imol, nu. 8. Cuman. num. 2. de legat. 2. Æman. Acost. in c. si pater. verbo priuare non possit, de testam. in 6. num. 14. Canonistæ in cap. fin. de donatio. Hondede. cons. 43. num. 21. lib. 1. cū alijs per Gracian. adductis forē, cap. 247. num. 64. & cap. 729. n. 11, qui extendit ad plures casus. Et tamen videmus, quod si hoc
50 minimum peruenerit ad filium ab intestato, á patre immēso donatore, forsan in quantitate minima reseruata, vel post donationem eidem patri delata, idem resultat effectus, vt propter hoc minimum filio ab intestato delatum, cū veniat ex iudicio permissiuo testatoris, impediat quo minus filius non contra totam donationem, sed ad supplementum legitimæ venire possit, Cuman. l. Titia Seio 89. §. Imperator, de legat. 2. Æman. Acos. vbi supra num. 15. late Gracian. vbi supra num. 16. & d.c. 247. nu. 66. & 67. sufficere enim existimarunt (supra allegati interpretes) iudicium patris ab intestato de
51 cedentis, cuius voluntas est cōsideranda, non secus ac si esset ex testamento, licet vna sit expressa, alia tacita, Salicet. l. 1. n. 8. versic. Tertio quia adest, de hæred. instituē. allegans nostram l. conficiuntur 8. §. si quis post, & l. si quis cum multæ, de iur. codicillor. apud quem etiam exornatam inueni regulam supra dictā, vt paria sint reliquere, vel non adimere, igitur iam auditum, ab intestato censeri factam nominationom, seu electionem, ex tacito iudicio, atque si fieret ex expresso dispositiuo.

52 Iuuantur superiora ex aliquibus traditionibus examinatis in hac materia per eruditissimū, & in iure nostro instructissimū interpretem (á paucis inuestigatum ob tāti ingenij acumen) (à quo didici hunc dicendi modum, quem nouum canonizauit Petrus à nobis allegatus) Anton. Fabrum, sub suo superiori tra-

ctatu (speculatiuis parato) conie cturalium, li. 14. cap. 11. inuestigando illam quæstionem (apud interpretes omnes non infructuosè discusam), an prohibitus
53 alienare fundum extra familiã, adiecta causa, vt in familia maneat, censeatur contrafacere in personam successoris ab intestato prohibiti, qui non erat de familia testatoris prohibentis alienationem defendendo namq; contra communem, super enodatione, l. penul. §. penul. delega. 2. ait, non minus niti voluntate defuncti, qui ab intestato succedit, sicut qui ex testamento, hoc addito solo discrimine, quod intestatus tacitam habet voluntatem, testamentarius vero expressam. Addit etiam autor. *Ni*
54 *hil interesse, an quis heredem instituat extraneum, an vero successorem eligat ab intestato, vt semper & vtroque casu præsumatur, de patre familias, qui testamenti factionem habet. si intestatus moriatur perinde habendum ac si omnes legitimos successores in testamento hæredes scripti forent*, allegando supracitata iura in l. 3. l. 8. de iur. codic. si nil igitur distat nominatio testamentaria de persona extra familiam, vt dicatur contrafactum prohibitioni, à tacita successione ab intestato? & non minus censeatur contra factum, instituendo extraneum in testamento hæredem, qui non fuit de familia, quam extraneum, & etiam extrafamiliam legitimũ successorem, relinquendo ab intestato? cur erit inuridicum dicere electionem censeri factam ab intestato ex iudicio permissiuo?

Accedat huic obseruationi alia tradita per eundem disertissimum Anton. Fabrum, qui ex
55 *pressioribus verbis nobis docuit istum nouum modum dicẽ di, sub tracta. de error. pragmati. descas. 53. error. 5. sub eodem* met articulo à nobis firmato sub d. glos. 5. num. *98*. An videlicet in casu quo ex pluribus vnus sit ab aliquo eligendus, nullus eligatur, vt petant omnes, ex quibus debuerat electio fieri, l. cum quidam 24. l. vnum ex familia 67. §. 1. cum similibus; statim in principio suam Fabrum reperio dixisse assertionem sub hac verborum formula, quam transcriptam habe, vt sit mihi in testem, & probationem probatam sic. *Atque ita vulgo nostri sentiunt omnibus, qui eligi potuerunt datũ videri fideicommissum, quia vidẽtur omnes tacitę quodãmodo electi, quomodo dicimus mortuo patre familias intestato, videri ab eo tacita quadam voluntate institutos legitimos successores.* Hactenus Faber quem si extollit sæpius in suis comentarijs Petrus eruditissimus, cur quæso me increpat? & tam acriter aduersus nostra dicta inuehit?

56 Tandem nos instruit ad firmandum sub eodem modo ab intestato censeri factam electionem. Assertio quædam literatissimi Petri Peralta Salmanticensis Primarij interpretis, sua tẽpestate ex doctioribus, qui sub repititione, l. cũ quidam Iamagna 24. in ordine sub, num. 8. quidum egisset de enodatione versiculi quem Fõtan. expendit sub sua glos. 1. clau. 7. par. 2. nu. 38. ait sub his formalibus verbis.
57 *Tertio nota, quod habens electionẽ personæ insertę de certis tenetur, quam primum commodè potest eligere aliàs constituitur in mora eli-*

gendi,

gendi, & omnes illi certi admittunturtanquam electi. Percontor modo super simili verborũ formula, quomodo poterũt ista verba posteriora *tanquam electi* stare, & verificari, nisi fatendo ex iudicio permissiuo, & ab intestato censeri factam electionem, de omnibus? cum nulla præcesserit positiua testamentaria vè electio? cum nullus alius actus reperiatur eligere debentis vltra mortem intestatam? Si igitur de me & meis lucubrationibus exiguis, tam parum facit, vt sibi sufficiat á me dictum, vt exinde sibi videatur infectum, vt attẽdat quęso, ad præstantiam authorũ, quos in fideiussorẽs elegi tam approbatæ fidei, vt sunt Anton. Faber, Caldas Pereira, Petrus Peralta, & Stephanus Gracianus, ex quibus, & à quibus trado approbatam meam assertionem.

58 Nec quidquã in minimo subuertit supradicta, illud quod extollit obiurgator noster pro vero, (cui libẽter assentio) quod electus non capiat ex iudicio eligentis, sed eligere iubentis, ad l. vnum ex familia 69. in princi. de legat. 2. quid ad hanc? non enim est necessaria consequẽtia, venit electus ex iudicio eligere iubentis, ergo ab intestato non potest dici electus: cum certum sit, quod eo casu quo quis dicatur electus ex iudicio permissiuo ab intestato, non minus dicatur venire ex iudicio testatoris, quam si fuisset electus ex actu dispositiuo testamẽtario: igitur ad quid trahit regulam pro nostra obiurganda.

59 Et tamen hac regula pro vera habita, negari nõ poterit (prout iura disponunt) quod si fieret

45 electio, per institutionem vniuersalem (vt est casus super quo aduersus nos proposita est queremonia) hanc transire dicamus in ius hæreditarium eligentis, quod fiet apertissimum expensa l. vnum ex familia 69. in §. si duos, de legat. 2. ibi sub illis verbis: *quas iure hæreditario retinet*, prout ita expenderat verba relata Pau. Castr. in lectura d. §. sub 3. notabili: Vt sic ex his colligatur manifesta approbatio nostrę traditionis (non nouæ, sed ex vetustioribus) vt quemadmodum nominatio illa seu electio, si testamento facta fuisset, transiret in ius hæreditarium elegẽtis, ex quo testamento fuerit facta sub institutione vniuersali, etiam si ex ordinatione eligere iubentis fuisset facta: ità etiã si omnes filij capiãt successionẽ seu electionẽ ab intestato, ex quo pater nullã fecerat de illis electionẽ, trãsire debebit in ius hæreditarium eligere debentis, cum nulla ratio diuersitatis esse possit, vt non faciat ius hæreditarium, tam successio ex testamento, quam ab intestato, vt ex his vellem á tam disertissimo insidiatori nostrarum assertionum percontare: Si testator, vel pater elegisset vnũ ex filijs, vtens sua eligendi facultate? diceremus ne, tunc electũ succesisse eligenti, vel testatori? certum me facio de sua dexteritate responsurum, successionem venire ex iudicio eligere mandantis, & non electoris. Igitur vis difficultatis non cõsistit vt succedatur testatori, vel electori.

60 Et adhuc si in his difficultas consisteret, nõ erit difficile probare, & asserere (& forsan nouũ videbitur, sed bene fundatũ) in

casu

caſu quo omnes ex eligendis ve
niant ad ſucceſsionem tãquam
ab inteſtato vocati, non dicãtur
60 venire ex iudicio teſtatoris, &
eligere iubentis expreſſo. Nam
teſtator ordinans vnum eligi
viſus fuit in illum tantum con-
ſentire, ex quo ad vnum tantum
direxerat electionem, & non ad
omnes, qui ſi veniunt, non ex vo
luntate, ſed contra voluntatem
teſtatoris, qui ſolum vnum elige
re iuſsit. Non quod omnes ex
eligendis non ſint admittendi
(prout nos aſſeruimus in incre-
patis aſſertionibus, traditis ſub
d.gloſ.5.n.99.) ſed q̃ non ex iu
61 dicio teſtatoris, ſed ex incertitu
dine illius qui debuerat elegi,
ſeu nominari, ita vt omniũ ele-
ctio cauſetur ab incertitudine
vocationis, nominationis, ſeu e-
lectionis fiendæ, ſic ad terminos
d.l.vnum ex familia, §.rogo, de
legat.2. videbis ratiocinatum ſu
pra proximè allegatum Petrum
Peralta in repetitione d.§. ro-
go, num.14.circa medium. Quẽ
ſi vidiſſet Petrus noſter Fontan.
non ita ſub allegato loco n.35.
tam de facili affirmaſſet nullũ
futurum quemquã dubitantem
circa modum ſuccendi inter fi-
lios. Cum & dictus Peralta non
dubitauerit firmare ad termi-
nos d.§.rogo, nõ diſsimiles præ
ſentis caſus, ideo venire omnes
de familia, quãdo vnus ex ipſis
fuit eligi prætermiſſus, quia in-
certitudo hoc dictabat, vt om-
nes in dubio admitterentur, li-
cet voluntas teſtatoris ſolum
vni ſuffragetur, ſicut in ſimili ca
62 ſu aliás fuit á nobis obſeruatum
ex communi interpretum voto
vt ſupplementum legitimæ, de
quo in l.omnimodo, C.de inoffic.
teſtam. detur filijs contra vo
luntatem parentum, quorum vo
luntas fuit, vt filius contentare-
tur illo minimo á patre relicto,
ut ex ſimili aſſertione reſpõſum
habeat idem Fontanel. ad illud
quod ſub num.38.in fin.quęſie-
rit. Vt qui non ſint ex ſucceſſo-
ribus ab inteſtato, quomodo ſuc
cedere dicãtur? Dices tu per in
certitudinem, de cuius dicti in-
ueſtigatione plus inſudare di-
ſtuli, quia nullum, vel minimum
fructum pragmaticis, & in foro
verſantibus parare poterit, relin
quendo ad ſpeculationem Cuia
ciſtarum, remittendo ad tradita
per Hugon.Donel.in commen-
tarijs ad d.§.rogo, conſiderando
quod licet facultas eligendi pro
ueniat á primo teſtatore, ſeu do
natore, actus vero eligendi ſit
donatarij, & hæredis, & conſe-
quenter nullo pacto dici poſsint
electi, abſque eo quod conceda
mus aliquod miniſterium in eli
gere debente. Et hæc ſatis de
purgatione ad primam obiurga
tionem contra noſtras aſſertio-
nes propoſitam:

Secũda proponitur obiurga-
63 tio per eundem Fontanel. ſub
clau.7.gloſ.1.par.3.num.41.ad-
uerſus aliam traditionem á no-
bis obſeruatam ſub eodemmet
noſtro tracta.de ſucceſ.impube.
gloſ.4.num.239. in euerſionem
alterius aſſertionis eiuſdem Pe-
tri, de qua ſub 1.tom. pactorum
nuptial.clauſ.4.gloſ.7.p.3.á nu.
27.ad num.36. circa materiam
authenticæ excipitur, C. de bo-
niſque liberis, obſeruando (non
occultè, nec incõgruè) nullatenus
dandam adminiſtrationem ad-
uenticiorum parentibus, quibus
fuerat per matres prohibitus v-
ſusfructus, iuxta terminos dictæ
authenticę, & melius ſub corpo

re

re illius á quo fuerat per Irnerium sumpta in §. 1. in authe. vt liceat matri, & auiæ, quem expendendo pro mea sententia deverbo adverbum, comminui, vsque ad versiculum *Si vero forsan*, vbi neruosè fundaui meam assertionem, ex cuius clara & aperta contextura deuictus, dixi voluntarium prorsus esse, ab ea recedere obseruatione, & contra Salicetum sentire, plures cumulando sectatores huius legalis traditionis ad Salicetũ ex antiquis & neothericis, quæ omnia licet ita curauerim legitimare, iuribus & interpretũ autoritatibus, non potui tanto Doctori satisfacere, & ac si ex proprio sensu (nihilo expenso) cõtra suã traditã sententiã veniissem inelegantiori stylo sub d. nu. 42. aduersus nos irruit, dicendo desiderio desideraſſe aliquid inuenire sub meis allegationibus, vt animum suũ cõpelleret ad deponendam primam illam suam sententiam expositã sub d. clau. 4. glo. 7. p. 3. n. 35. & quiescere meo moderno modo scribendi egrè ferenti suã opinionẽ, & quod sibi non fuit possibile inuenire. Quibus respondere cogor, quod potuisset hoc facillimè consequi acquiescendo decisi. Iustinianeę, de qua in d. §. 1. in authentico vt liceat matri & auiæ, in cuius inductione, duas expendi colũnas, & de-
65 monstraui participium aliquod in bonis aduentitijs, in quibus inhibitus fuerat vsusfructus per matres parentibus, non esse permittendum, quod nullatenus cõsequi posset, si patri daretur administrotio, cũ saltem interusuriũ medij temporis vsusfructus bonorũ aduentitiorum haberet & in eo iã diceretur participiũ habere cõtra mentẽ Iustiniani, & cõtra ꝓhibitionẽ legis, quid igitur plus facere potui? vt tãto Doctori satisfacerẽ, quã text. ita apertũ tradere? Imo vinculo literaturę erat astrictus autor querellãs, respõdere ad tex. ita apertũ à nobis inductũ, ex quo dixerã ius in causa dixisse absq; legis totius perspectione acusatio, à qua debuerat se purgare, sicut nos purgure curauimus respondendo ad tex. in l. fi. §. fin autẽ, in secũda ætatẽ, C. de bonisq; libe. per eundẽ Petrũ adductũ ad firmandã paternã administrationẽ in aduentitijs, vt cõstat ex cũmulatis per nos sub n. 242. in fi. & n. 243. Quid enim quęso, plus facere potuerim, vt nos excusatos haberet? si ita contra suã assertionẽ nostram firmaremur, quã text. ita inconuincibilẽ (vt fuerat vers. Si vero forsan, d. § primi) cõducere, adducere, & expẽdere? nonne vltrà d. §. 1. ver. si vero postquã, adduxeram tex. in l. scire 21. §. 1. de tutor. & curat. dat. ab his, cum l. si quis in suo, 53. §. fin. C. de inoffic. testã.? quæ omnia sub n. 239. in fin. non obscurè intueri potuerunt. Quid est ergo quod meã acriminet assertionem, vt ita insulsè illã protulerim? vt aliquid deuincere eũ possit à deponendo suo errore.

Et si hæc assertio nostra infecta sibi visa fuerit (ob aqueductũ illius, quia a moderno scribente prolata) si minimam adhibuisset diligentiam in vera discutione quęstionis inuestigãda, cum leuissimo studio inuenisset Anto. Fabr. huius nostrę sententiæ sectatorẽ, is namq; sub diffinitio: 6. tit. de bonisq; liber. in C. Sebusiano, regulam facit generalẽ illã, (vt assolet) iuribus muniendo,

obseruauit, patrem nullatenus dici administratorem aduentitiorum filij, nisi in casibus & vbi vsusfructus illorum sibi competat. Quid enim interest quod Marius Giurba ad suam firmandam venerit exinde sententiã (si ita est, quod non potui examinare) si in contrapositionem illius Senatus totus illius Regni, in
67 nostram venerit sententiam, legatur quæso decisionis contextura don Garci. Mastril. sub decisione 59. numero 8. vbi hęc nostra canonizatur sententia, sub his verbis: *Nam aut sumus in casu in quo patri non quæritur vsusfructus, cui etiam si volet non posset quęri stante prohibitione hominis, prout erat casus de quo agebatur, & tunc pater prohibetur etiã administrare.* Hactenus Siciliana decisio fundata sub dispositis in §. 1. in authen. vt liceat matri, & auiæ, à quo & nos fundamentũ insignius sumpseramus.

68 Sub eadẽ canonizatione transire hanc sententiam in Prouincia Marchiæ, testatur Gracianus sub decis. 76. num. 9. sub illis verbis: *Et ideo in dictis bonis pater non habet legitimam administrationem, quam solum habet in illis, in quibus acquirit vsumfructũ, sed habebit filius si sit eius ætatis vt possit administrare, vel dabitur curator.* Ecce verba decisionis Marchiæ. quæ plures allegat exornationes addictũ, & expressius sub numero 20. eiusdem decisionis, ibi: *Ex quo enim fuit facta prohibitio vsusfructus habetur pater pro suspecto, cui tanquã tali interdicitur per legem administratio.*

69 Adnotator etiam literatissimus ad decisiones Rotæ, Alexã. Ludouis. quem dicunt Cardina. Bononien. sub decisione 334. in additione sub littera D. num. 10. hanc nostram approbauit sententiam dicens expressissimis verbis. *In his in quibus pater non habet vsumfructum non est legitimus administrator, sed habetur loco extranei*, allegat post supradicta propria verba Bursa. cons. 133. n 30. Menoch. de recup. remed. 9. n. 86. cũ multis alijs recollectis per Pascas. de patria potes. p. 1. c. 2. n. 84. post Castill. Sotom. de vsufr. c. 3. qui postquã à n. 59. Fontan. sententiã munierit, tandẽ sub nu. 62. in hãc nrã venire sententiã reperies, tentãdo concordare opiniones, sed iã nostra vbiq; prætaluit, circa quã si alia nõ cõcurrerẽt quã canonizatio illius, in Senatibus Subaudiæ, Sicilię, & Marchię pro ea esset respondendum. Hęc autẽ adnectere dcreuerã, ad cũmulũ eorũ quæ á nobis tradita fuere sub d. n. 239. in fin, & hoc ex abũdanti, cũ nõ ignorem fuisse superflua, vbi pro veritate conclusionis assistunt iura ita aperta, vt sũt quę per nos d. loco cõmulata fuere.

Sed quid amplius egemus testibus? possem namque dicere
70 aduersus peruigilantem Petrũ insidiatorem calcatèum nostrum à temetipso hoc (quod nos asserimus) dicis, ex quo firmatum reliquerit sub clausula 7. glos. 1. par. 1. num. 42. de anno 1596. in Regio Consilio conclusum contra patrem in materia vsusfructus, ex quo militabant cõiecturæ inducentes voluntatem testatoris. Hęc autem decisio virtualiter nostram canonizare videtur assertionem. In hac enim, nos nil aliud dicimus,
71 quã firmiter seruare prohibitionem vsusfructus esse insignioré

conie-

coniecturam, ad eliciendã volũtatem matris, circa priuationẽ adminiſtrationis in patre, quia is præſumittur ſuſpectus, eo ipſo quod priuatur vſufructu, cũ priuando viſa ſit non bene ſentire de patte, vt deducere poteris ex d.§.1.(vbi omnia ſunt animad uerſa) in authent. vt liceat matri & auiæ, Butricar. Cin. Salicet. & alij in d. authent. excipitur, ex neothericis non inelegãter Gracian. foren. cap. 730. num. 79. & melius in allegata deciſio. Marchiæ, 76. num. 20. ſub relatis iã verbis ibi: *Ex quo enim fuit facta prohibitio vſusfructus, habetur pater pro ſuſpecto.* Ex quibus potuiſſet Fõtanella capere illud quod faſſus eſt ſub nu. 42. capere non poſſe quomodo fieri poterit, vt pater aliás non ſuſpectus priuari potuerit adminiſtratione.

72 Sub num. 43. in loco ſupra allegato idem autor me conatur increpare, ex quo dixeram. Optaſſe videre aliquem ante prædictum autorem illius firmantem opinionem, & vt deponerem deſiderium, adducere curauit Marium Giurba, & allegatos ab eo, qui omnes tenent meam ſentẽtiam Faber qui in allegata diffinitio. 6. ſub tit. C. de boniſque liber. (vt dixi) regulam conſtituit generalem ad omnes patres vſu fructu priuatos, Caſtillo Sotom. itidem ſub d. cap. 3. à num. 59. ad num. 61. primã defendit ſententiam, ſed ſtylato ordine á nu. 62. in hanc (vt dixi) venit aſſertionem, & ſic cæteri relati præter Marium Giurbam, quem nõ potui examinare cum in meam adhuc non venerit Bibliotecam, ſaltem extra codicem deciſionum. Sed dato, quod ita dictũ fuerit á Giurba, cũ poſt nra ſcripta in lucem fuerit editus, & nra locutio intelligi debeat (ſicut cæterç omnes) circa qualitatem adiunctã verbo, intelligendam ad tempus verbi, non exinde ſi Marius Giurba ex tunc in lucem prodierit quid officere potuerit ad dicta ante illius tempora.

73 Et ſupra dictum autorẽ dum viderim ſic acriminantem noſtram ſatis agitatam aſſertionẽ, & acriter ferẽtem noſtrum modum dicendi, fateor, ſperaſſe in refutationem noſtrarum aſſertionum vrgentiores, & concludentiores inſtantias, & non ita minus alia iura noſtris oculis obumbrata, & acuminatas ratiocinationes, & tãdẽ tãdem, ſub n. 47. non ſolum quæ expectabam defecerunt, ſed imo potius vidi eum deuinctum in hanc ſententiã. Ex quo viderim recurrere

74 ad caſus fallentiales, nempe quãdo pater remiſit vſumfructum á lege delatum, quo in caſu nulla poteſt eſſe hæſitatio, & procedit de plano abſque contradictore, & tenet Gracian. d. deciſ. 76. numero. 21. de quo iam à nobis fuit ſumptus tractatus, ſub numero 250. vbi late de differentia inter omiſsionem vſufructus, & amiſsionem illius, quando nempe pater illum dimittit, vel quando illum amittit.; vt primo caſu habeat adminiſtrationem; vt exinde dicatur, & viſus ſit fateri nullatenus adminiſtrationem competere patri, quando amittit vſumfructum, & quomodo fructus omiſsi mutent naturam, circa cuius tractationem potuerit is Doctor ſua dexteritate ſubtiliora adiungere, & ea ſilentio inuoluerit, & eſcam conuertit ad humilia, & leuis ſpeculatio-

nis, obseruauit namque is autor num. 240. desiderasse aliquid inuenire vt nobis complaceret, ad deponendam nostram, & suam sequendam sententiam. Et dixit verum, quo casu lib entisimum me deflexum faceret, á mea sententia, & ad suam sequendam, quia à natura abhorrui pertinaciam & perfidiam, & tanto minus si á tanto Doctore obseruatam vidissem, & adminiculatã, nec dicam in apertis, sed in dubijs, excellentia, quam solam tribuerunt Consulti Papiniano in concursu Iurisconsultorum.

Sub clausula (itidẽ) 5. glos. 10. par. 2. numer. 4. in allegato 2. tomo pactorum nuptialium, nos increpat, & cum (aliqua abiectione nostra) cur ita audacter
75 contra obseruantiam nostri Cõsilij, ita temerè sim ausus meum proponere iudicium sub mea glos. 5. à num. 34. ad num. 46 in quęstione illa tam inter glossatores, interpretes, repetentes, & pragmaticos ventilata, sumptaque & originatà ab illa Acursij obseruatione sub l. Lutius, de hęred. instit. An nempe filij positi in conditione dicantur ita in dispositione, & aprimè in casu quãdo filij vltimi grauati, digressio
76 ne prius facta ad plura capita substitutionum, seu ad plures gradus fideicõmissariæ, fuissent, & reperirentur vocati, de qua quæstione cum decentia, decore, & reuerẽtia debita tanti Cõsilij (quam nunquam ignoraui á primis rudimentis Iustinianeis, postquam in illis perlegerim responsa prudentum ius facere) & salua pace; dixerim meam interponendo leuem censuram, & si meum esset, nullatenus me subscriberem pro inclusione conie
cturę, nisi tantum pro vltimo loco vocatis, nullatenus in alijs. Et accipiendo axioma, quo docemur, quod ex diuersitate locu-
77 tionis testatoris, diuersa ex sua voluntate sumatur coniectura, vt ex consequenti cum testator vltimos vocauerit expresse, & sub diuerso stylo, præsumamus diuersitatem intentionis, quod non ita esset si omnes dicerẽtur vocati. Aduersus istam assertionem insurgit Petrus noster, cũ aliqua dispicentia nostra, dum arbitratur propter meum affirmare, vel negare, Senatum non recessurum à suo semel iudicio sumpto, in hoc non immoror, sed sapit temeritatem ita iudiciũ sumere ď sacri Cõcilij resolutionibus accipiẽdis. Sacrũ enim Cõsiliũ, pro ęqualitate iudicij
78 quam semper obseruare curauerit, absque personarum exemptione, vbi nos inueniet iuridicos locutos, & in iure fundatos, nostra exigua allegata audiet, discutiet, & æstimare scierit, an talia sint releuantia, & cõtrarium asserere minus reuerẽter, prout decet sentit de ęqualitate Senatus, cuius institutũ semper fuit cũcta rimari, etiãsi procedant à tam inculto, vt huius operis authore, sed an iuridicè, & intra limites iustitię venerint deductiones. Illa autem quæ à nobis, ad exclusionem filiorum tenendam, fuerat allegata, condemnauit Petrus tanquam brocardica parue constantiæ, & magnæ latitudinis, & lubrico exposita, & cum alijs conuitijs, ad relegationem, seu exilium à Prouincia differtè scribendi. O
79 bone Deus, quam cum attentata ratione Imperatores iudi-

carunt

carunt inicum admodum eſſe quemquam in ſua cauſa ius ſibi dicere ſub illa l.vnica & compẽdioſa huius edicti. Cum quotidie experimento comperimur, quã de facili homines labimur ad aliena in minimo à recto ſenſu deuiata acriminanda, propria vero ex toto virtuti contraria in ſimulacrum habenda. Quidni dicam? ſi fundamus noſtras aſſertiones in iuribus & rationibus, ab arcanis iuris originantibus, nec ad iura, nec ad rationes aliquid profertur, ſed intactis lucubrationibus in illis fundatis, ad vulgaria interpoſito recurſu, ibi nos proponunt acuſatos, de nimia incongruentia, & leuitate rationũ, quid dicã iſtis? niſi vbi illis me ſatisfactũ tradã neſcio.

Tribus ni fallor exemplis adductis arguẽdo á ſimili conatus ſum in propoſita obiurgatione vocationem filiorum excludere vnum de tatcia vulgari, ſub expreſſa pupillari, ſub num.38. Secundum de conditione, *ſi ſine liberis*, tacita, aliquando non ſubintelligenda ſub num.42. Tertium vero de qualitate maſculinitatis, in teſtamentarijs diſpoſitionibus adiecta, non intelligi repetita in reliquis teſtamenti partibus loquẽtibus de filijs ſub num.44. Et ad relatas inſtantias de apicibus iuris, & ad alia ſimilia, & vbi dexteritas corrigẽtis in iure dicendo potuiſſet eluce re, nil emendandum proponitur, nec vllum verbum ab inſidiante profertur. Et ad regulam trivialem forte dilapſam, & in exornationem tantum ductam, ibi obiurgatio fũdatur. Et quod peius eſt cum alia regula tanto plus vulgata, (qua veterani noſtri nutriũtur) vt vna pars teſtamenti aliam declaret, qua rectè perpenſa quiſquam facillimè re torquere poterit aduerſus intẽtionem autoris, & pro legitimã da noſtra regula pro leui acriminata. Nam ſi verum eſt dicere vnam partem teſtamenti aliã declarare, quid apertius dici poterit pro noſtra regula, vt nempè pars teſtamenti indubitata quæ filios vltimi ſubſtituti includit, declaret aliam partem teſtamenti dubiam quę potuerit inducere tacitam vocationem illorum, quod (meo videri) idem eſt dicere, quod ſi voluiſſet expreſsiſſet, & quia non expreſsit, ſicut expreſſerat ad filios vltimi ſubſtituti, noluiſſe credatur vocare illos filios, quos tantum in cõditione poſuerat in alia parte teſtamenti, quæ declarata remãſerat per vltimam, qua expreſſè vocati fuerunt filij vltimi ſubſtituti, vt exinde regula á Petro tradita in euerſionẽ noſtrę, non ſolum prædicari poterit contraria noſtrę, ſed adminiculatiua ad meam regulã, quam dixi, ex abundãti dictam, & inter manus nãs prorumptã, ſeu euolatam.

Imo vnum dicam, quod & ad condemnationem meæ regulæ ad iudicium lubricum, defecerat Petrus in ſalutare, ſeu in cõprobatione illius, ex quo teſtẽ non conteſtantem in ſuis dictis induxerat. Adduxit namque in teſtem Cardinalem Manticam, lib.6.tit.12.numer.8. & illuſtriſſimus Cardinalis (allegato in loco) ſolum agit de pręſumptione, circa inducendum fideicommiſſum ratione agnationis, quãdo domus maiorum ſub vinculo relinquitur. Sed de allegata regula, quod vna pars teſtamẽti aliã declaret: nec verbũ

80 81 82 83

vllum, ab itto celebratiſsimo authore profertur, vt videãt lectores, quam libenti animo, & leui occaſione ſumpta, Fotanella expertiſsimus gratis venerit ad inſidiandas noſtras lucubrationes ſolum vĩdeo è contrario venerandum Cardinalem (in teſtem addactum prẽter illius intentionem) ſub libro 6. titulo 13. numero 8. ſub tractat. de coniecturis. Argumentationem Petri, vt lubricam reputare, quod ſatis conſtabit. Ex quo retorquẽdo regulã, prout paulo ante nos viderint eam retorqueri.

84 Quanto magis, quod ſi ipſe dixerim ſub mea gloſ. 5. nume. 34. diſplicuiſſe cauſam vocationis filiorum, totum mihi euenire firmaueram, ab intelligentia text. in l. vel ſingulis 37. §. 1. de legatis 1. & ſemper habui de ſtylo, quod ſi me deuiatum propono á communi obſeruantia, ſeu conſilij approbatione, non quia rationem habuerim ad maiorem numerum interpretum, (de quibus ſolitũ eſt dici vnum ſequi alios ſicut aues, & oues) ſed quia iurib⁹ & legibus perpẽſis, & ingenuè conſideratis, aliud nobis perſuaſum remanſit expoſitis, enodatis, & perpenſis verbis legum, ſeu Iuriſconſultorum locis, quia non exemplis, ſed legibus iura nobis iudicare permittunt, vt ſæpius notamus.

85 Tandem nos increpatos reperimus ab eodem litteratiſsimo Doctore ſub gloſ. 1. part. 3. num. 31. clauſ 7. eiuſdem ſecundæ partis; in his quæ etiam á nobis fuerũt obſeruata ſub glo. 5. numero 104. circa quandam allegationem per nos factam, de quodam adnotatore ad Guidonem Papam ſub vna ex illius deciſionibus dicto Rebotio, quem dixi pro mea ſcripſiſſe opinione, viſum fuit noſtro autori fuiſſe contra veritatem facti verba Rebotij, ſunt in finali parte illorum ibi: *Quod ſi non elegerit is cui data eſt poteſtas eligendi, cenſentur omnes vocati*, ſub his verbis fundaui meam ſententiam, ſuper eiſdem ſum ratiocinatus, ad probandum quod Rebotius de mea ſenſerit opinione, quod ſatis relata verba ſuadere videntur, vt tribuatur electio, cum tunc omnes filios admittat quá do deficiat electio facienda. Et in repulſa data per authorem ad noſtram allegationem de Rebotio factam, nihil de ratiocinatione dicitur, nec verba integra additionis tranſcribuntur, ſub allegato numero 31. ſed tantum illa quæ poſſent redargutionem propoſitam legitimare (tanta fuit affectio redarguendi.) Quo affectu proſecutus ſub ſilentio ponit ea quę tradimus ſub num. 104 ſuper l. hę redes mei, § peto á te, ad Trebe. Nam cum doctrinæ interpretũ ſint intelligendę iuxta legẽ quã allegant, (vt alibi dicimus) & á iuribus expoſitis ſint aſſertiones informandæ. debuerant ita noſtras aſſertiones metiri, vt non ita acriter aduerſus dicta per nos elaborata redarguatur: & á prime á tam diligentiſsimo autore, quem deprecor vt me excuſatum habeat, ſi ita fusè in purgationem imbecillitatum noſtris exiguis vigilijs impoſitarum ſuperiora ſint cummulata, vt noteſcat lectoribus, nos ſumma inueſtigatione adhibita hanc Prouinciam ſcribendi, noſtros vmeros ſupperantem,

86

aggreſſos

aggressos fuisse, & tanto magis postquam tam grauis censura super nos ceciderit dictis oportuit pro illis reddere, non in vindictam, sed in venerandum tantum autorem. Sed hęc satis de declaratione secunda.

Notabilia ex tertia declaratione, ad assumptum tertij temporis.

1 *Pater mulieris, & socer in casu nostrę constitutionis in tenutam, & ius faciēdi fructus suos, quando dos ad patrem est reuersura, vel ex pacto seualiàs sicut, & filia, cum seqq. & per totam istam declarationem.*

2 *Verbo constitutionis nostrę in mulieres, & vxores diriguntur expensis verbis illius.*

3 *Dictio relatiua sibi, vel ipsi, cuius sit naturę.*

4 *Milites ordinis sancti Ioannis Hierosolimitanen. Zāblę, huius Principatus, quàre exclusi à presentoryjs huius Principatus.*

5 *Pater nō fruitur priuilegijs quę competent filię, seu ratione dotis, etiamsi dos sit ad patrem reuersura, contra nu. 9.*

6 *Tutor non vtitur priuilegijs minorum suorum, etiam si ab his iura sint cessa.*

7 *Hipoteca tacita competens mulieri pro recuperanda dote, non competit patri illius etiam dote ad patrem consolidata.*

8 *Alimenta viduę debentur in anno luctus in casu nostrę constitutionis, etiam si dos ad patrem, & non ad vxorem sit reuersura.*

10 *Persona capientis in actibus est considerandā, & non illa media per quam sit capiendum, & non verbi, persona, sed effectus.*

11 *Dos quæ reddit ad patrem, tūc priuilegia dotium fulcitur quando est omnino reuersura ad filiam.*

12 *Euentus futuri casus non veniunt in consideratione.*

13 *Dos filiæ ad patrem reuersa non tanquam patrimonium filię est æstimanda, sed tanquam patris.*

14 *L. vnica, § extraneus, C de rei vxor. actio declaratur, & intelligitur.*

15 *Dos filiæ ad patrem reuersa, tunc priuilegijs dotium gaudet, quando ad patrem reuertitur nomine filię, & pater filię nomine experitur in exactione illius.*

16 *Dos profecticia licet sit communis patris, & filiæ, exercet tamen pater actiones inuita filia.*

17 *L. si cum dos 27. § si vero pacta, declaratur, & acommodatur ad casum nostrę constitutionis.*

18 *Pater an agat nomine filię, vt administrator ratione patrię potestatis, vel nomine proprio de voluntate filię, longum est discrimen, & quare.*

Tertia declaratio ad argumentum ex tertio tempore desumptum.

DEclaratur tertio loco argumentum huius temporis, quando dos est soluenda & reuersura ad ipsam mulierem, secus vero si ad patrem & gentorem illius esset restituenda, vel ratione pacti, quia ad eum reddi fuisset stipulatus tempore dationis, iuxta terminos legis, quoties 30. solut. matrimon. vel quia fuisset in eundem patrē consolidata, iuxta terminos legis dos á patre 4. C. soluto matrimonio: his enim casibus nullatenus beneficium nostræ constitutionis in iure faciendi fructus suos vigebit, neque in personam filiæ, cui non erit dos restituenda, neque in personam patris iure proprio agentis, ex quo constitutionis verba in eo deficere vidētur, & in mulieribus tantū dirigi cōstat, vt non obscurè illa sonare videntur, ibi. *Sancim, que la muller mort lo marit incōtinēt*, id est, *Sancimus, quod mulier mortuo viro incontinenti*. Iterum paulo inferius ibi: *Apres lo dit any empero del plor los fruits de aqlls bens fasa seus fins atant que a ella en lo dote e sponsalici seus sia integrament satisfet*. Id est: *Post dictū vero annum luctus fructus illorū bonorum faciat suos, donec & quousque sibi* vel *ipsi in dote & sponsalicio suis sit integraliter satisfactum*. Dictio enim illa, *a ella*, La tine dicta, *sibi*, vel *ipsi*, toties in constitutione repetita personalitatem inducere solet, vt latius dixi in mea repetitione constitutionis *los impubers*, glos. 1. n. 216. quibus addere Seraphin. decis. 1337. num. 4. loquentem in casu notabili ad nostrum Principatum, cum illa decisio cū alijs fuerit sumpta in illa disceptatione satis graui, habita inter milites religionis sancti Ioānis Hierosolimitanē huius linguæ. & huius Principatus, & Zambleę, cū Aragonensibus, super cabimentis quarundam præsentoriarum consistentium intra fines huius Principatus, á quibus fuerūt (decidente Rota) excluſi milites Catalani, res grauis, & intollerabilis, quod præferantur incolę, & districtuales, ab exteris, in rebus sitis in territorio incolarum, vbi dictionem, *suis*, personalissimā reperies canonizatam, similiter in alia apud Farinac. in recentiſſimis decis. 619. num. 3. adducendo alios sic tenuisse nempè Iaſ. l filius familias, §. diui, 2. lectura, num. 151. vbi Ripa num. 11. Nata conſ. 163. num 8. Tiraquel. de retract. conuen. §. 1. glo. 6. n. 23. Ex quo igitur constitutio respexerit tantum (cum mera personalitate) ipsam vxorem, ad patrem illius non est porrigenda, cú inexorbitantibus (vt est constitutio nostra) omnis excludatur extēsio, vt sępe admonimus.

Iuuant hāc sententiā aliq iuris obseruationes, quibus docemur, patrem frui non posse priuilegijs dotibus filiarum, & ipsis filijs concesis in iure, quando nomine proprio, & non administratorio, agit ad dotis recuperationem: argum. text. in l. si ex pluribus 43. de administrat. tutor.

vbi

6 vbi tutores,non fruuntur priuilegijs minorum, & pupillorum suorum,etiam si ab his cessę proponantur actiones,& sic priuilegium tacitæ hipotecę cum iure prælationis iuductum in l. assiduis,C.qui potiores, non cõpetere parentibus agentibus ex
7 proprijs personis ad dotium recuperationem,virtute stipulationis vel consolidationis, ex doctrina Bart.communiter sequuta in l.post dotem,num.33. soluto matrimon.Neguſan.in tract. de pigno.4.mẽb.2.p.n.34.intelligẽdo, put Cãpes. de dot. 1. p.q.83. Iaſ.l.2.§ quod si in patris,nu.11. vbi Parpal.num.58. Crot.nu.25. ſoluto matrim. Bolognet.in d.l. poſt dotem,num. 249. declarauit diſertè Barboſ. ibidem n.56. Similiter igitur in caſu noſtro, nec hoc beneficium patri competere poterit, agenti nomine proprio,nec filiæ, quia non eſt
8 domina dotis. Licet nõ excludere filiam, in propoſita ſpeciè à beneficio anni luctus, circa alimẽta,vt dictum fuit in alio propoſito, quando extraneus dotẽ ſibi reddi fuerat ſtipulatus, iuxta terminos l.vnæ, §.accedit, C. de rei vxor.actio.

9 Dicedũt tamen ab hac obſeruatione aliqui ex interpretibus, ſequendo Romanum primum contradictorem, in d.l.poſt dotem,nume.48. firmantem patri competere omnia priuilegia doti filiæ ſuæ conceſſa, & inter illa legis aſsiduis, ex quo redundat in filiæ vtilitatẽ, cu pater etiam in caſu quo dotem ſibi reddi fuerat ſtipulatus, ſit aſtrictus dotem illam reſeruare filiæ, ad authenticam ſed quamuis,C.de rei vxor.actio. vt ſic propter intereſſe filiæ mediatè conſequẽ-

10 dum,eiſdem prærogatiuis potiri debeat, ex iuribus quæ ipſe allegat in l. cum dotem 57. ad l. falcid.l.3.verſ.ſed ſi ponàs,de legat.præſta.l.ania 76.§.Titio, de condit. & demonſtrat. alia iura ex gloſ.verbo interpoſiti in d.l. cum dotem: ex quibus deducũt interpretes ſemper in actibus perſonam capientis conſiderari debere, & non illam mediã per quam capi debet, de quo Acoſt. in cap.ſi pater,verbo legauit,numer.22.cum ſeqq. de teſtamen. in 6.Gracia.qui alia iura allegat diſceptat.527. num. 39. vbi ait, non curari de perſona in quam verba diriguntur, ſed in quam effectus confertur,ex l.ſi cui legetur,§.fin. de fideiuſſor. vt ex his concludat Roman. non eſſe curandum de perſona patris, in quem verba diriguntur, ſed de perſona filię, in quem effectus conſecutionis dotis confertur, & conſequenter ius hipotecæ, & prælationis,& beneficium noſtræ conſtitutionis, debeatur patri cum dos filiæ ſit peruentura ex diſpoſitione dictæ authenticę ſed quamuis,faciunt cummulata per magiſtralem Rot.deciſ. diuerſo.2.part.156.à num.2.vbi allegatur Pau.Caſtr.in l. fin.n.7. cuius autoritate aſſeritur, quod pater non recuperat dotem ſimpliciter,ſed cũ onere dandi pro eadem filia in ſecũdo matrimonio,vt ſic dos iſta ſic recuperata nunquam confundatur cum patrimonio paterno,ſed quod indiſtinctè conſolidetur cum filia.

Sed tamen hãc Romani opugnationem refutat Petr.Barboſ. in d.l.poſt dotem,numer. 56.ex communium interpretum ſententia,ibidem Alexand.in fine, Vincent.num.41.Bologne.num.

249.ex eo quod dicta Romani
11 procedunt, quando dos in omnem euentum, est peruĕtura filiæ, secus vero, quando in vno casu tantum nempe contractus secundi matrimonij, in quibus casibus loquitur authen. sed quã uis, C. de rei vxor. actio. vt patet ex verbis illius, ibi: *Nõ tamẽ licet ei, filia denuo nubente diminuere prioris doctis mensuram.* Declarat Barbos. in l. quæ dotis, nume. 32. cum seqq. solut. matr. tunc enim, cum sit incertũ ad idpsam peruenturam, sicut est conuolare ad secundum virum fit vt ca-
12 sus ille futuri euentus non sit in consideratione, l. Iulianus 6. ff. qui & à quib. l. sciendum, §. si fundum, qui satisd. coga. & ibi glos. possit, Felin. in cap. in nostra, nu. 56. Corolario. 7. de rescrip. Rot. in nouis decis. 21. num. 5 de prę ben. eadem Rota apud Pute. de cis. 97. numer. 7. lib. 2. Gonçal. ad reg. 8. Cancella. glos. 45. §. 1. nu. 43. Gracian. discepta. 944. num.
13 23. libr. 5. ex quo enim reuersa fuit dos ad patrem, & incorporata fuerit in illius patrimonio, tanquam de eius, & non filiæ patrimonio ęstimanda est, ad l. fin.
14 C. commun. vtriusque iudicij.

Nec quidquam faciet inductio, §. extraneũ, l. vna, C. de rei vxor. actio. ibi: *Parenti enim tacitam ex stipulatu actionẽ damus*, quæ verba nullum alium rectũ sensum admittere possunt, quã innuere, priuilegia dotibus mulierum competentia, patribus illarum dari, quoties agunt de dote exigenda, cum vnum ex insignioribus priuilegijs dotium sit, actio tacita ex stipulatu, inducta à Iustiniano in d. l. vnica vt sic non sit verum indistinctè dicere. priuilegia in fauorem do-
15 tium inducta, non competere patribus. Nam huic obiurgationi dices illam procedere, quando pater nomine filiæ agit ad dotem proficticiam, non nomine proprio, tanquam de ipsius patrimonio, in quibus terminis loquuntur iura superius adducta, in l. dos, á patre, & in l. quoties 30. & in quibus terminis nos propossuimus dubium, tunc enim, quãdo pater, vt legitimus administrator nomine filiæ, agit ad dotẽ, certum est posse experiri, sicut ipsa filia experiret, sic colliges, ex Bart. in l. 2. §. 1. solu. matr. & Rip. in §. item si voluntate, num. 2. licet enim dos profecticia sit communis patris & filiæ,
16 tamen solus pater tanquam legitimus administrator, habet actionis exercitium, quod filia impedire non potest, absque iusta causa, l. dotem, l. si cum dotẽ, § eo autem tempore, solut. matr. hæc intelligas de iure communi, quo atento filia per contractum matrimonij non liberatur á patria potestate, sicut in nostro Principatu, & ferè in tota Hispania, vbi per matrimoniũ emancipantur filij.

Ex quibus etiam non inelegan-
17 ter dici poterit, ad terminos tex. in l. cum dos 27. §. si vero pacta, de pacti. dotal. beneficiũ nostræ constitutionis non dari, sicut nec ius tacitę hypotecę, cũ prælatione datur, ex quo in illo vers. pacta fuit filia, de restituenda dote, ex interuallo patri suo, danti dotem nomine illius, quæ cum fuerit excluſa per pactum post interuallum appositum, sequitur, quod ex quo pater iure proprio agere compellatur ad dotem repetendam, & non iure filiæ, & tanquam legitimus ad-

mini-

miniſtrator, non poterit frui ſu pradictis prærogatiuis, & priuilegis, quamuis dicatur ex volũtate filiæ ad dotem agi, ꝙ apertius deduces ex l.2.§.itẽ ſi voluntate, ſolut.matri. maxima enim eſt differentia, an pater agat nomine filię, vt legitimus adminiſtrator, vel nomine proprio de
18 voluntate filiæ, cum primo caſu priuilegia dotalia competãt patri: ſecundo vero caſu iure priuato debeat procedere. Sic colliges expenſis verbis, ver. ſi vero pacta. ibi. *Dicendum eſt enim paſcicendo filiam conditionem patris deteriorem facere non poſſe eo caſu quo ea mortua in matrimonio dos ad patrẽ reuerſura eſt*: ex quibus verbis ineuitater reſultat, ꝙ pater nomine ſuo proprio agebat ad dotem. ergo à contrario in ver. antecedenti agebat adiũcta perſona filiæ, & nomine illi⁹ tanquam legalis adminiſtrator, ſic Bart. in d. l. poſt dotem, 2. q. Neguſan. de pignor. 4. mem. 1. p. num. 43. Zaſ. §. fuerat, num. 30 inſtit. de action. Ripain d. l 2. §. item ſi voluntate, num. 7. licet dicedat Zaſ. lib. 2. intellect. c. 1. Nec erit admittenda dicẽtium ſententia, ad §. ſi vero pacta, ibi filiam deterioris cõditionis dotem facere non poſſe, ad l. Atilicinus, de iur. dot. Ntm cum pater dotem teneatur reſeruare filiæ ſuæ, iuxta terminos authenticæ ſed quamuis, C. de rei vxo. actio. non videbitur dotẽ deteriorare, ſed quia, vt dixi, hęc inueſtigatio redditur inutilis, in hac noſtra patria, cum filia à ſacris poteſtate eximatur per contractum matrimonij prætermittam conſulto multo notatu digna, quæ circa intellectũ d. §. ſi vero pacta, adduci poterant.

Notabilia ex 4. declarrtione ad argumentum ex tertio tempore deſumptum.

1 *DEſponſata de præſenti nondum cognita à viro, neque in domum traducta, quæ iam ſolùerat dotẽ an tenutã cum iure faciendi fructus habere poſſit, cum ſeqq. & per totam declarationem.*

2 *Vidua vt in caſu noſtræ conſtitutionis obtinere poſsit, quatuor in ſimul & ſemel concurrere debẽt, ſponſa cadit ſub nomine mulieris.*

3 *Vidua quæ dicatur, vt congruè vidua dici poſsit.*

4 *Verba legis vbi conueniunt ibi & diſpoſitio conueniri debet.*

5 *Qualitates conſtitutionis noſtrę circa conceſsionem tenutæ cum iure faciendi fructus ſuos an cõcurrant cum deſponſata tantũ per verba de preſenti.*

6 *Nupta an congruè dici poſsit deſponſata per verba de preſenti.*

7 *A proprietate verborum nunquam recedendum, ſed quantum ſit poſsibile verbis legis inhæreri.*

8 *Verba legis quando in vno caſu conueniunt cum proprietate illorum, licet aliud ſonarent in potentiori ſignificatu, ſufficit proprietas illa prima.*

9 *Nuptias non facit concubitus, ſed conſenſus.*

10 *Spon-*

10 Sponsalia contracta per verba de præsenti potius sub matrimonij quam sponsaliciorum nomine possunt designari.

11 Desponsata per verba de præsenti potiri debet omnibus priuilegijs quibus veris nuptis & traductis concedit ius, & numero 30,
Omnia iura loquentia de viro, & vxore intelliguntur de simili desponsata.

12 Matrimonium dicitur verũ, & perfectum inter sponsos de presenti.

13 Donatio inter sponsos de præsenti non minus inualida, atq; inter coniuges consumatos.

14 Stãte statuto, quod fœmina maritata succedere non possit, comprehendit sponsã de præsenti, & similiter de statuto disponente vt debita omnia contracta constante matrimonio sint communia.

15 Mater per transitum ad secunda vota perdit legitimam, & testamentariam tutelam filiorum.

16 Mater ad legitimam tutelam non admittenda absque eo quod cautionem præstiterit de nõ tractandis secundis nuptijs.

17 Et an remitti possit per testatorem similis cautio per matrem præstanda.

18 Sponsa de presenti an amittat tutelam filiorum per transitum ad secunda vota.

19 Beneficium vacat per sponsalia contracta per verba de præsenti. sicut per consumationem matrimonij.

20 Raptor desponsatarum an puniatur pœnis de raptu virginũ, atque raptor nuptarum.

21 Spõsa de præsenti transiens ad secundas nuptias an afficiatur pœnis secundo nubentium.

22 Argumentum de termino ad viam termini.

23 Successio vnde vir & vxor, an locum habeat inter sponsos de praesenti, & itidem an quarta authen. praeterea, debeatur.

24 Sponsa de praesenti, an fiat de domicilio mariti, sicut & nupta ad l. exigere dotem, & l. cũ quædam puella.

25 Maritus promittendo residentiam facere in loco & domicilio vxoris, incontinenti fit de illius domicilio.

26 Stante statuto vt coniux superstes lucretur certam partem dotis habet locum inter sponsos de praesenti, & nu. 27.

28 Sponsi de praesenti non minus quam vxorati sunt socij diuiuæ & humanae domus.

29 Sponsus de praesenti percutiens clericum cum sponsa de praesenti, non incurrit in pœnis Canonis si quis suadente diabolo 17. q. 4.

31 Lucrum dotale deferendum marito per mortem vxoris, an ea ingressa religionem dicatur veniisse casum mortis, & declarata l. Deo nobis, C. de Episcop. & cleric.

32 Legatum relictum quando nupserit debetur sponsalijs de praesenti contractis.

33 Vxoris verbum, an continere possit sponsas.

34 Tacita hipoteca an competat sponsae in bonis mariti.

35 Quarta ex authent. praeterea, an debita sit sponsae, nondum cognitae, nec traductae.

36 Statutũ dictãs vt vxoratae sine maritorum assensu non contrahant, an comprehendat sponsas.

37 Verbum Muller, in textu nostro

stro descriptum, quid comprehendat.

38 Sponsa an comprehendatur sub nomine vxoris, secundum communem vsum loquendi.

39 Communis vsus loquendi praeualet proprie significationi verborũ, & ab eo solent verba statuti, & testatoris regulari, & plura de illius materia sub numer. 44.

40 Sponsi verbum continet sponsos de futuro sub sua lata significatione seu propria.

41 Beneficia, an vacent, & pensiones Ecclesiasticae per contractũ sponsaliorum.

Sponsalia de futuro etiam clandestinè contracta nõ subsunt prohibitioni Sacrosancti Con. Trident.

42 Sponsa de praesenti gaudere debet beneficijs nostri textus.

43 Sponsi de praesenti semper habẽdi pro vere vxoratis, & nuptis nisi in materia inadaptabili ad sponsos.

44 Sponsi de praesenti secũdum cõmunẽ vsum loquendi pro vere cõiugatis, vxoratis, & nuptis reputantur.

45 Interpretatio facta secundum communem vsum loquendi non reijcitur ab statuto ad litteram intelligendo.

46 Constitutio nostra in quo dicatur fauorabilis, & consequenter extensibilis.

47 Actus quando dicatur fauorabilis, vel odiosus, & quid sit inspiciendum pro illius discussione.

48 Communis vsus loquendi an sit potens ad inducendum aliquid obligatorium circa causam matrimonij, & quando.

49 Pœnę impositae ab statuto laicorum aduersus mulieres se matrimonium copulantes absq; parentum consensu an obseruandę, & de constitutio. 1. & 2. titu. de sponsal. & matrimo.

50 Communis vsus loquendi attendendus an legitimati contineantur sub nomine filiorum legitimorum, & naturalium ad exclusionem substituti.

51 Communis vsus loquendi declarat dubiã testamẽtariã ordinationem.

52 Communis vsus loquendi probandus & articulandus ab allegante, & ab illo qui se fundat in illo cum non praesumendus sit, nisi in probationem deducatur.

53 Communis vsus loquendi notorius, nec articulandus, nec allegandus ex obseruantia Rotae.

54 Communis vsus loquendi sumẽdus est, & probandus ab illo loco vbi maior pars regionis conuenire solet, vt in Cathalonia à ciuitate Barchinonen.

55 Vxor putatiua an pro sua dote possit habere beneficia nostrae constitucionis, quoad tenutam, & ius vsusfructus, & quomodo sit consideranda dos putatiua, num. 56.

57 Ablatiuus absolutus tex. nostri ibi, mortuo viro, an faciat conditionem.

58 Constitutiones Cathaloniae absque interpretatione intelligendae.

59 Dos putatiua fulciri an possit omnibus praerogatiuis vere doti concessis.

60 Bigamia contrahitur per matrimonium putatiuum.

61 Dotis priuilegia tantum competũt putatiuae, quae sunt pro exactione facilitanda, inducta, & de ratione, n. 62. & 75.

63 Hipoteca tacita cum praelatione an competat vxori putatiuae sicut & verae.

64 *Alienatio fundi dotalis an sit prohibita in matrimonio putatiuo sicut in vero.*

65 *Dominium rei dotalis in putatiuo matrimonio transfertur de facto impedimento in vxorem ispo iure sicut in dote vera soluto matrimonio.*

66 *Maritus an habeat retentionem rei dotalis pro impensis factis necessarijs in putatiuis, sicut in veris matrimonijs.*

67 *Impensæ necessariæ per maritum erogatę, quando dotem minuere dici poterit.*

68 *L. & si quid 24. solut. matrim. declaratur, & expenditur.*

69 *Lex vna per aliam declarari solet pro vitandis correctionibus iurium.*

70 *Statuto dicente, vt instrumenta dotalia pro guarentigijs habeantur an in dote putatiua verificari possint.*

71 *Pater tenetur pro restitutione dotis nurus suę quando filius de suo consensu contraxit matrimonium tam in vero quam in putatiuo.*

72 *Legitimatio per subsequens matrimonium an fieri possit tam per matrimonium putatiuum, quam verum, vbi de obseruantia Rotæ.*

73 *Autent. res quæ, C. communia de legatis an quoad restituendam dotem, comprehendat dotẽ putatiuam sicut veram.*

74 *Matrimonium putatiuum nõ in omnibus, & quoad omnia cũ putatiuo est quoad ęquandum.*

75 *Dotium priuilegia communicãtur matrimonio putatiuo in his quę tendunt ad dotium conseruationem, & nu. 83.*

76 *Actio furtiua licet non concedatur aduersus vxores veras surripiẽtes res maritales, sed actio rerum amotarum, bene vero aduersus putatiuas.*

77 *Stante statuto vt coniux superstes lucretur certam partem de functi coniugis sine liberis non comprehendit coniuges putatiuos.*

78 *Donatio inter coniuges putatiuos facta an confirmetur morte sicut inter veros coniuges concepta, & num. 82.*

79 *L. cum hic status 33. §. si quis sponsam, de donat. inter vir. & vxor. declarata & expensa.*

80 *Errans quando dicatur consentire, & quando dicatur nulla illius voluntas.*

81 *Causa finali, vel efficiente cessante nullus potest considerari actus causandus.*

83 *Dos putatiua in exactione priuilegiata vt vera, secus vero in constitutione, & alijs qualitatibus.*

84 *Dos putatiua tunc demũ ęquatur doti verę in exigendo, si viuente muliere dictum sit matrimonium nullum, secus si ea mortua etiam filijs superexistentibus.*

85 *Maritus & vxor licet sint correlatiui, & dispositum in vno, censetur in alio dispositum non procedit.*

86 *Maritus putatiuus an ęqualiter procedat cum vxore putatiua.*

87 *Maritus putatiuus vtrum ad lucrum dotis vxoris adulterę sit admittendus, sicut & verus admitti solet, nec habebit beneficium ne egeat, n. 88. nec fructus lucrabitur dotis nisi tanquam bonæ fidei possessor. nu. 89. nec in successione edicti vnde vir, & vxor. nu. 90.*

91 *Dos putatiua tunc demum coadęquanda doti veræ, quãdo mu-*

lier

lier in matrimonio putatiuo cõ trahendo fuerit in bona fide, secus si in mala fide per scientiã impedimenti contracta.

92 *Lex dolosis nunquam sua beneficia impartire voluit.*

93 *Proles susceptа ex matrimonio putatiuo cum bona fide contracto impedimenti dicitur legitima & successibilis, & facit cessare fideicommissum.*

94 *Bona fides vt faciat matrimonium putatiuum, sufficit vt alter ex coniugibus sit in bona fide.*

95 *Error iuris quando admittendus ad constituendos contrahentes in bona fide matrimonij putatiui.*

96 *Filij matrimonij putatiui an comprehendi possunt sub appellatione filiorum ad casum constitut. finalis, hoc titulo.*

Quarta declaratio ad argumentum ex tertio tempore desumptum.

DEclaratur quinto loco assumptum huius conclusionis, vt procedat in vidua quæ tantum fuit desponsata per verba de præsenti, seruatis (hodie sacrosanctæ Conci. Tridentini, sub sess. 24. cap. 1. sub decret. de reformat.) solemnitatibus, etiamsi nec ad domum mariti traducta, nec carnaliter cognita á viro proponatur: & dotem soluisset iam promissam, vel partem illi⁹, sicut contingit nobis consulere in quadam desponsata per verba de præsenti, quæ viro suo & sponso soluerat mille & ducentas libras numerabiles ex duabus mille in dotem promissis, quibus receptis se contulit vir ad ciuitatem Barchinonæ, vt vestes & ornamenta pararet mox reuerso infirmo tandem defuncto fuit, dubitarunt de tenuta, & beneficio faciẽdi fruct⁹ suos: respondi affirmatiuè pro nõ defloratа vidua, pro qua, & huius articuli enodatione considerabam, & ad vnguem expendebam verba nostræ constitutionis, quæ omnia manifestam facere videntur causam mulieris. Pro qua vt obtinere possit, quatuor considerandа sunt á lege nostra inducta, quod sit nupta. quod sit viro orbata, quod habuerit dotem, & quod hanc soluerit, quibus concurrẽtibus nulli dubium erit quod beneficiũ nostrę constitutionis sit concedendum: quod autem constitutio sub his qualitatibus tenutã, & fructus elargierit, patet ex cõ textura constitutionis, ibi: *Sancimus, quod vxor mortuo viro, vel marito confestim post illius mortẽ sit visa omnia bona sui viri possidere.* Et aprimè si verbum illud vulgari, & materna nostra dictũ *la muller*, idemsit quod mulier Latinè, quod conuenire omnes dicunt sponsę de præsenti, l. mulieris 13. de verbor. significatio. notabiliter Cepola l. 1. num. 1. de ædil. edict, & post eum Rebuffus in d.l. mulieris, Azeued. l. 2. tit. 3. num. 5. lib. 3. & legitur sub diuina Scriptura Ioann. c. 8, dicto Saluatoris nostri in Arbore redemptionis humanæ, prolato Matri suę Sanctissimæ, dicentis, *Mulier ecce filius tuus.* & iterũ sub

eisdem

eisdem fere verbis ibi: *fructus illorum bonorum faciat suos, quousque sibi in dote & sponsalicio sit satisfactum.* Qualitatem enim nuptiarũ, & viduitatis sonant illa verba, mortuo viro, cũ vidua sit propriè cuius maritus est mortuus, vt in can. vidua 16. in ordine 34. distinctio. declarãt Bald. post glos. in l. fin. ad fin. C. ad l. Flauia, de plagia Aloisi Leo in l. vna, C. quando Imper. inter pupil. & vid. num. 3. de alijs vero duabus qualitatibus, dotis nẽ pè, & solutionis illius habetur sub verbis, *vsquequo sit de dote satisfactum.* Solutio enim, vel satisfactio supponit debitum, & consequenter sub his qualitatibus constitutionem beneficium impartiri certum sit; sed omnes istæ qualitates concurrũt in desponsata de præsenti, absque copula, & traductione ad domum mariti, igitur eidem impartiri debet beneficium legis, & consequenter cum legis verba conueniant, & dispositio conueniri debet ad vulgatam l. 4. §. toties, de dam. infect. l. hos acusare, §. omnibus, de acusation. Deci. & omnes in l. 1. notabili 5. C. de sent. quæ pro eo quod interpro fer. & in cons. 669. n. 3.

Quod autem verba nostrę cõstitutionis conueniant desponsatæ per verba de præsenti, sicut conueniunt traductæ & deflorate, & consequenter omnes supradictæ quatuor qualitates, fiet certum, si attendamus ad seriẽ, & mentem constitutionis de tribus enim qualitatibus, nempè, quod fuerit vidua, quod habuerit dotem, & hanc solutã, & penes virum mortuum existẽtem, tanquam necessariũ antecedens est supponendum, si enim non esset dos, cum non entis nullę sint qualitates, frustra dubitaretur, nec similiter si non fuisset soluta, quamuis promissa, cũ ob solutionis, seu restitutionis retardationem, inducatur ius tenutæ: & ita similiter si non fuisset vir mortuus, inaniter formaretur quæstio. Solum igitur est videndum si illa prima qualitas quod fuerit nupta, concurrat cũ simili desponsata, nec dum á viro cognita, nec traducta, & adhuc dicimus, & firmamus hanc propriè, realiter & verè dici nuptam. Quod inhærendo verbis constitutionis liquido apparebit, cum ex illis resultet, sub nomine viri, seu mariti decisionẽ concipi, sub quorum verborum figura desponsatam tantum per verba de præsenti contineri nõ est dubium, supposito quod in interpretatione legum, seu statutorum verbis edicti semper sit inhęrendum, nunquam áverborum proprietate recedendũ, l. 1. §. si is qui nauem, de exercit. act. l. prospexit 12. ff. qui & á quibus, l. non aliter 67. de legat. 3. Deci. cap. 1. num. 26. de constit. vbi fundat in legum interpretatione ad verborum proprietatẽ semper recurrendum, post Aretinum l. cum lege, de stat homi. Tiraquel. de retract. conue. §. 1. glos. 14. num. 101. & 102. & quãdo verba legis in vno casu conueniunt, secundum illorum proprietatem, quãdo in potiori significatu aliud importarẽt, sufficit quod proprietas conueniat verborum, ita ad intelligentiam legis 1. §. qui in perpetuum, ff. si ager vectig. vel emphit. pet. tradit Socin. Sen. cons. 25. vers. Obstat, lib. 3. Tiraquel. de retracta. conuen. glos. 2. num. 41. Peregr.

conſ.85.num.4.lib.1. quod autē propriè ſit maritus,qui per verba de præſenti ſe deſponſauerit, licet nō cognouerit vxorē,& ſub illo cadāt omnia iura loquentia de maritis,viris,vxoribus, & cō iugibus,l.nō ſine 5.C. de boniſq; liberis latè,Rolan. de lucro dotis quæſt. 12. Cald.l. ſi curatorē habens verbo lęſis,C. de integr. reſti.minor.num. 127. Matien. l.fin.gloſ.6.tit.3.nouæ collec. regiæ.Gutier.de iuram.cōfir. 1. p. cap.51.numer.2. & de matrimo. cap. 1.numer.9.patet ex ſequentibus.

9 Primo ex vulgata regula,quæ habet cōcubitus nō facere nuptias, ſed conſenſus, ad l.nuptias 31.de reg.iur.l. cum fuerit 15. decondit. & demonſtra. c. cum locum de ſponſal.can. matrimonium 27.quæſt.2.Feli. in cap. 1. num.1.ext.de ſponſal. vbi plura allegat corroborantia, Bertran. conſ.24.facit l. denique cum l. ſeq. de rit.nuptia. cum ſimilibus Poſt conſenſus enim præſtationem copula nil addit matrimonio Curt.Iun.l.1. & in authē. præterea, C. vnde vir, & vxor Couarr.ad 4.par.1.cap.1.nume. 3.& 4.Soto in 4.diſtinc.27.q.2. arti.1.Viual. in ſuo Candelabro cap.1.num.7.Gutrier. de matri. cap.1.num.4.Franciſ.Molin. de rit.nuptia.quæſt.68.num.3.& q. 27.nu.13. lib.3. ſponſalia. enim ſimiliter contracta per verba de præſēti,potius matrimonij, quā

10 ſponſaliorum nomen habere debent,Capella Toloſ. deciſ. 160. Rota in vna Valentinen. matrimonij diuerſorum,par.1. deciſ-460.num.4.in fin. vt ſic deſponſata ſimilis,gaudere ſolet in om

11 nibus priuilegijs vxoris traductę,& cōpulatę,Minſinger.deciſ. 78.par.6.& demum, quod omnia iura loquentia de marito,& vxore intelligātur de deſpōſata per verba de præſenti, multis citatis,Couarr.ad 4.2.part. cap.1. in initio.num.2. quem ſequitur Matien.l.fin.gloſ.6.num.1. libr. 5.nou.collec.reg Gutier. de iura.confir.1.par.cap.13. nume.2. Sanchez de matrim.lib.1.diſpu. 1.num.3.Gutier.ſub eodē trac. c.1.n.7.inter enim ſpōſos ſimi-

12 les de præſēti dicitur matrimoniū,ratū,& verū c.fi.in fin.de de de ſponſa.duor.c.1.e.cū locū de ſponſ.Cōcil.Trid.Seſ.24. ſub decret.de reforma.c.1. Matiē.alios cūmulans,l.8.tit.1. glo.1. lib.1. nouæ collec. Hæc autē regula exēplificatā habem⁹ tā in edictis prohibitorijs,quā largitorijs, vt tā in prohibitus,quam permiſsiuis ſponſæ de præſenti ſicut alij conſortes cohabitantes, & ſecum copulantes,Mol. vbi ſup. n.3.De prohibitorijs verificatur in donatione prohibita inter cō iuges,vt nō veniāt mutuo amore ad ſummā paupertatem, vt in titulis,ff. & C. de donat.int.vir. & vxor. in edictis prohibitorijs, quam elargitorijs, vt tam in permiſsiuis inter coniuges, quam in vetitis, ápari iudicetur inter ratos,& cōſumatos,quā inter ſpōſos de præſēti de inibitorijs fit certū in materia donationū inter cōiuges prohibitarū vt vtroſq; cōprehēdat cū tā in vno quā in aliovrgeat ratione mutuo omore ſe ſpoliētur iuxta cō mu-

13 nē interpretū ſentētiā quā dicūt eſſe apertū,tex.& incuitabilē in l.penul.de donat.int.vir.& vxor. vt per Bal.&Cin.in l.cū te Alex. cōſ.142.ver.itē reſpōdeo vol.5. Soci.qui plures diſtinguit caſus conſil.123. colin.2.Palac. Rub.

in rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 55. num. 2. vers. Sed meo iudicio, vbi asserit ad dictam l. penult. nullatenus responderi posse, & ante hos glo. l. 3. §. 1. verbo, Concubinę, de donatio. int. vir. & vxor. Marta voto 122. Barbos. l. exigere dotē de iudi. n. 177.

Aliud etiam edictum prohi-
14 bitorium vigente statuto, vt mulier maritata, extantibus masculis. succedere non possit, comprehendit desponsatam per verba de præsenti, vt sit sub edicto comprehensa, tradit Brunus de statu. exclud. fœmin. in 6. articulo principali, q. 29. num. 285 Nata in eodem tract. quęstio. 2. princ. n. 24. ad exēplum alterius statuti disponentis, debita contracta constante matrimonio, fuisse communia mariti, & vxoris, comprehendere despōsatos de præsenti, ex Cardin. con. 14.

15 Sic video etiam obseruatum in edicto prohitorio, vt mater, quæ ad secunda vota transierit, non possit retinere legitimam *tutelam filiorum*, sed *illam* secundis nuptijs contractis amittat, & ab ea remoueatur ad l. omnē, 6. C. ad Trebellianum, vbi Baldus num. 10. authenen. Sacramentum, C. quando mulier tuto. offic. de qua Menochius casu 151. Gutierr. de tutel. 1. part. c. 9. & Aloi. Leo numero 5. l. 2. cum authentica ibi contesta, C. quando mulier tuto. offic. c. ex parte, de appellation. Socinus Iunior consilio 8. numer. 4. Couar. de sponsal. 2. parte, cap. 3. §. 9. numero 6. Cifuent. l. 6. Taur. nu. 3. Afflic. dec. 357. n. 4 Boer. decis. 267. Pala. Rbe. vbi sup. n. 6. Gutier. de tutel. 1. parte, cap. 16. numero 134. & melius sub cap 8.

16 Adeo quod ad legitimam tutelam matri delatam ex iure autē ticorum in authentica matri & auiæ, C. quando mulier tuto. officio nullatenus admittatur, quin prius caueat de non contrahendis secundis nuptijs, Bartol. optimè declarans in l. si quis sub conditione, nu. 15. de testamē. tutel. & in d. authen. matri & auiæ, numero 11. vbi Bald. nu. 3. & Salicetus q. 14. Gom. l. 14. Tauri, num. 11. Baeça de decim. tutor. cap. 4. num. 47. Gutierr. de tutel. 1. par. cap. 8. num. 24. cū seqq. Et adeo
17 est necessaria similis cautio & obseruantia illius, quod fuerit dubitabile, an posset per testatorem remitti ad adducta per Bal. in cap. ex parte, 2. num. 2. ad fin. de appellationibus, disputat ad partes Gutierr. d. cap. 8. á numero 87. cum sequentibus, vbi concludit pro impotentia patris, incidentis in edictis, l. nemo potest, de legat. 1. & l. ius publicū, de pactis. Hæc igitur prohibitio
18 porrigitur ad desponsatam per verba de præsenti, vt spōsalibus *contractis* remoueatur *á* tutela, ex communi interpretum sententia duce specnlatore ad titul. de tutor. §. nunc dicendū, vers. item excipitur, Bart. in l. si quis sub cōditione, de testamēt. tutel. Lucas de Pena l. fin. col. 1. C. de incol. lib. 12, Couarr. resolution. libr. 1. cap. 7. num. 6. vers. Quid si confessio dotis receptę, Gutierr. de tutel. 1. par. c. 9. nu. 5 Imo desponsata de futuro ad tutelam non est admittenda ex dictis per Gutierr. d. c. 8. num. 93. Licet meo videri hęc exemplificatio non sit de casu dubitabili, nam si sunt filij matrimonium erit iā consummatū, & cessabit difficultas sūpta de desponsata tātū, & nō traducta, nec cognita

subest

ſubeſt tandem aliud edictũ prohibitoriũ in materia beneficiali vt ſicut contrahens matrimonium non poteſt beneficium retinere,imo confeſtim vocare dicitur,ſic etiam contractis ſponſalibus de præſenti,beneficiũ deſponſati vacat,vt pluriesRota decerminauit,vt in deciſ.1.ſub tit. de cler.coniuga. in nouis, & in antiquis,ſub tit.de ſponſ.deciſ.1. Staphil.de litter.gratio.folio 73 Couarr.ad 4.2.p.cap. 6.§.3.nu.4. Vaſq.de ſucceſ.progreſ. libro.3. part.1.§.22.num.45. Sanchez de matrimon.libro 7. diſputati.42. num.4.Gracian. diſceptation.5. alios recenſet Ceuall. contra cõmunes q. 147. & cum diuerſis Rotalibus deciſionibus, fuſius Garcia de benefic. p.11.cap.8.in ſcripto de beneficijs vacantibus per contractum matrimonij, in princip.

Raptor itidem deſponſatarũ per verba de prẽſenti, non minus eſt plectendus pœnis l. vnicẽ,C.de raptu virgin.ac ſi raptũ commiſiſſet in nupta corrupta, & ad domum traducta,Seſſe plura adducens dec.Arago.95.p.1.

Et tãdem videmus pœnas impoſitas de iure ſecundo nubentibus, non minus deſponſatas, ſimili modo atque verè nuptas comprehendere, communis interpretum fuit obſeruantia, Mainardus deciſione 96. libr.3. Quæ omnia non ex alio principio emanarunt quam ex illo de quo deſumptum fuit, ex l.ſine 5. C.de boniſque liberis, vt diſpoſita in vxore in materia indifferenti procedant in ſponſa.

Et ratio rationis fuit,quia diſpoſitio quę habet locũ in exiſtẽte in termino, habeat locum in exiſtẽte in via termini,argu.tex. in l.penult. de militar. teſtamẽ. l. qui pœnę, §. diuus, de manumiſ.teſtam.vbi Bart. laſ.in repetitio.l.quominus, de fluminib. libro 10 C,Salicet.l.cum veterum C.de dona.ante nup.

De edictis vero elargitorijs ad coniuges idem reperio diſpoſitum ad fauorẽ deſponſatorum per verba de prẽſenti, edictum enim illud mutuę ſucceſsionis, vnde vir & vxor,nullis extãtib⁹ deſcẽdẽtibus,& aſcẽdẽtib⁹cõſanguineis, ad excluſionem fiſci, vna cum beneficio authenticæ præterea, deferentis quartam in bonis coniugis defuncti, reperio vigere inter ſponſos de præſenti ex communi omnium voto, Bald. Paul. & alij.in l. 1. C. illo eodem titul. vnde vir & vxor,Bertrand.conſilio 24.Cur. Iun. & Pepius in d.authent.præterea, Baldus l.certum, nume. 16. C. de bonorum poſſeſsione vnde vir & vxor, Bontinus in tractat. de ſucceſ. ab inteſtat. in additionibus ad Mateſilanũ, folio 3. ante finem, & Vbald. in eodem tractatu, part. 4. in princip.

Sic priuilegium l.exigere dotem, de iudic. & l. cum quædã puella,de iuriſdict. omnium iudicum, vt vxoratæ ſortiantur forum maritorum, horumque domicilium ſequantur, vt latè dictum fuit ſupra 1. tempore, nu. 64.practicari in deſponſatis per verba de præſenti, cautum inuenio ad legem ea quę 26. cum gloſ.ad municipal. Alexand. in dicta l.cum quędam puella, Ruinus conſilio 58. n. 4. libr.3.Rolandus conſ. 106.facit dictũ Baldi in l. mulierem, de ritu nuptiarum, Oroſcius in lege cum

quęda puella,n,9.& 12.de iurisd. omn.iudic.Barbos.l. exigere dotem,num.174. de iudic. vbi ait traductionem & copulam nihil facere,quominus sponsata priuilegia omnia matrimonialis concessa,consequatur, satis enim est se dicit maritum habere facultatem ducendi, & potestatem copulandi, vt per eundem Ruinũ, d.cons. 58.num.4.post Bartolum in l.nihil.ff.de actio.rer. amotar. Roland.de lucro dot.quæstione 16. Azeuedo l. 4. titulo 2.num. 8. libro 5. nouæ collectionis Regiæ.

25 Nisi aliás maritus in capitulis matrimonialibus declarasset sequendum vxoris domicilium, quod statim esset cõsecutũ iuxta Bartol.traditionem.l.murilegguli,num. 1. & ibi Platea C. de murilegu.lib.11.cum tũc ex necessitate residendi confestim incolatus acquiratur,ex Innocen. in cap. ex ore, vbi Ancharran. numero 8. de priuilegijs, & ex alijs per Gracianum disceptat. 569. numero 9. & 10. vbi de obseruantia Rotæ.

Tandem in lucro dotali delato marito superstiti sine filijs 29 vigore statuti, vel conuentionis, vt si his dictantibus maritus lucrari debeat certam partem dotis, vxore prædefuncta sine liberis, habere locum in desponsato marito, qui carnaliter vxorem suam non cognouerit, communis interpretum schola obtinuit ex doctrina Bartoli in l. nihil, ff. rerum amotar. per illum textum, & in l. 1. in principio, C. vnde vir & vxor, vbi Salice. Pau. Roma. & Bal. ide Bald.l.Deo nobis,n.6.C.de Epis. & clericis, & in l. solet, §. 1. de infami. & in l. non tantum, C. de legat.Cuman. in d.l.nihil,fusius,Pau.Castre.in cons 154. incipiente super primo quęsito, 1. volum.Aretin.in §.fuerat, instit. de actio.n.39.vbi concludẽs pro ista sententia, admonet semper in practica tenendã,latius Felin. in c.tertio loco,nu.1. cum seqq. de præsumptio.Nouel.de dote, 6.p.priui.37.ad fi.Rip.in rub.solu.matr. n.69.Palac Rub. in rub. de donat.§.55.n.8.ver. Hinc est etiã,alios cũmulat Phau. de lucro dot.glo.2. vbi geminatis instantijs,hanc tuetur sententiam AriasGom.l.79.Tau.n.1.Gutie. de matrim.c.1.nu.12.Peregrin. 27 cons.85.lib.1.Barbos.in l.exigere dotẽ,n.173.cũ seqq. Nõ ignoro hanc obseruationẽ de lucro dotali,plures habere desidẽtes autores pro Duce in ea Salicetum ad partes examinãtem in d.l. cũ inter,C.de donat. ante nup. Panor.c.ex publico, nu.7. cũ seqq. de conuer.coniuga.Bal. sibi contrarius in authen.dos data,C.de donà.ante nup.Cãpes. de dot. 5. p q.13.Alciat.cons.6.libr.8. alios cummulat Peregrin.d. cons. 85, nu.9.ver.Sed contra,Thom.Sanchez de matri.lib.1.disp.1.n.5.

Coniuges etiam & vxoratos 28 ius socios diuinę & humanę domus appellat l.1.de rit.nup. c.cũ societas 27.q.2.& pari modo sic spõsos denominare solet,l. Deo 42.C.de Epis.& cler.Palac.Rub. in l.16.Tau.n.13.Molin. de ritu nupt.lib.3.q.68.n.6.

Et tãdẽ videmus, q̃ sicut 29 maritus percutiẽs clericũ cũ vxore repertũ in fornicatione,nõ tenetur pœna can.si quis suadẽte diabolo 17.q.4.nec cogitur ad sedẽ venire Apostică,c.3.de sentẽ. ex cõm.nec in aliquam excommunicationem incidere, iuxta

ma-

magis receptam ſententiam Nauarr.in manua.Latin.cap.27. nu 84.Sanchez de matrimon.lib. 1. diſputa.1.num.6.qui aſſerit omnes ab eo examinatos in hanc ve niſſe opinionem, reiecta illorũ qui dixerunt tantum maritum excuſari per ſimilem manum in iectionẽ adire Summum Pontificem.non autem ab incurſione excommunicationis,ſic etiam ſi ſponſus inuenerit ſponſam fornicantem cum clerico,per ſimilem manum iniectionem, excuſabitur ſponſus,gloſ.in d.c: 3.de ſentent.excommunicatio. verb. Vxorem,vbi Panor.num. 9. Butrio num.17.D.Anton.3.par.tit. 24.cap.1.§.2. caſ.7.Ludouic.Lopez in ſuo inſtructorio conſcientiç,2.par.cap. 36.Sanchez vbi ſupra num:6.Gutierr.de matrimonio cap.1.numero 14.Couarru. de ſponſal.part.1.cap.1.nume.8. Farinacius 3.part.crimin. q.121. num.73.

Si igitur deſponſata per verba de præſenti, nec dum cognita à viro ſuo, nec ab eo in domum traducta, gaudet priuilegio vxoris, & in omnibus diſpoſitionibus prohibitorijs, & elargitorijs, ſeu munificentialibus habetur tãquam vxor, quid erit dubitandum, quod in caſu noſtræ conſtitutionis, non habeatur pro talis, & potiri poſsit ſuo beneficio, ad exemplum aliorũ in fauorem copulatorum, & in matrimonio exiſtentium inductorum? 30

Confirmatur hæc ſententia ex deciſis in l.Deo nobis, C. de Epiſcop. & clericis, vbi videbis lucrum dotale deferendum marito per obitum vxoris, deferri etiam, ſi vxor ingrediatur religionem ante copulam, igitur ratiocinando ſicut Bald. ibi non eſt neceſſaria copula, vt lucrum deferatur. Quod ſatis approbari poteſt ex l. cum fuerit 15. de condictionib. & demonſtratio. vbi lucrum iure legati relictum cum mulier in familia nupſerit, legatum conſequi dicitur, nuptijs ſecutis, etiam ſi nec copula, nec traductio ſequatur, & notat glo.ibi poſt Pau.Caſt. Palac.Rub. rubric.§.55.& Phan.de dot. glo. num.59. 31

Suſpecta tamen hæc declaratio viſa fuit ſaltem illis qui nouerint limitationes ſuperiores traditas, ad legem fine 5. C. de boniſque liber. vt non ea, quæ in fauorem nuptarum ſint inducta protrãhantur ad ſponſas; præmaximè vbi diſpoſitio legis, ſtatuti, ſeu cuiuslibet diſpoſitionis, reperitur concepta ſub verbo, *Vxorum*; quod tantum ex propria illius ſignificatione dixerunt comprehendere nupas traductas, & in obſequio mariti exiſtentes,& in matrimonio conſummato repertas late Couarruu.de ſponſal,1.par. cap.1.numero 3.latiusSoto in 4. diſtin.27.q.2.artic.1.Tiraq.de iure mariti,glo.2.n.19.cũ alijs per Gutierr.de matrimo. c. 1.nu.4. 33

ſic ad terminos l. vnicę de rei vxor.action. & l.aſsiduis, C.qui potior. vt illa tacita hipoteca, cum ſtipulatione non trahatur ad ſponſas, nec aliquod aliud priuilegium, ſub illis legibus inductum in fauorem mulierum, ex quo contextura legum formatur ſub nomine vxorum, vt ex gloſſa l. 2. §. ſi ſponſa, vbi Bartolus, & Ripa de priuilegijs creditorum, idem Ripa in lege prima, ſoluto matrimonio, numero 51. noſter 34

Oliban. de actionib. libr. 2. ad §. fuerat, numero 23. aliqua Deſpujol ad Mier. ſub tex. noſtro, num. 38. in fin. Sic dixerũt
35 beneficium quartæ in fauorem coniugis iuductum per Iuſtinia. in authent. præterea, C. de vnde vir, & vxor quia elargitur ſub nomine coniugis non competere ſponſæ, dixerunt Curt. Iun. ſub repeti. d. authen. numc. 15. & teſtatur deciſum, ſub Rota Tolоſana Mainardus deciſ. 96. lib. 3. quem non vidi, ſed ſub fide Aloiſij Riccij, ſub collecta. 538. allegandam duxi.

36 Eodem modo obſeruatum reperij apud interpretes de ſtatuto dictante, quod vxores non contrahant abſque maritorum licencia, ſub pœna nullitatis contractus, vt habent Caſtellani, ſub l. 55. Tau. vt nullatenus comprehendantur ſponſæ tantum ſub ſimilibus ordinationibus conceptis per verbum, *vxorum* ſeu *coniugum*, Couarr. ad 4. 2. p. cap. 7. §. 1. nume. 4. & ante eum Palac. Rub. à Didaco allegatus Cifuent. d. l. 55. Tau.

Vnde cum conſtitutio noſtra
37 pær verbum *vxoris* conceperit diſpoſitionẽ, vt ſonãt verba illi⁹, ſibi: *Sancimus, quod mulier mortuo viro*, verbum enim iſtud *mulier*, ſub noſtra lingua prolatum non idem importat, quod latinem verbum *mulier*, ſed quod verbum *vxor*, ſeu *coniux* cum verbum latinum mulier ſub noſtro vſu vulgari dicimus *dona*, dicendum ſit nullatenus ad ſponſam trahi nec porgiri, cum diſpoſitio legis nullatenus ſit protrahenda, vbi verba legis deficere reperimus, vt ſæpius à nobis ad alia demonſtratur.

38 Et ſufragatur ſuperioribus communis vſus loquendi, qui obtinuit ſecundum aliquos, vt ſub nomine vxoris, & coniugis ſponſa non comprehendatur, ſed ſolum illa, quæ cum maritali obſequio vitam agit, quod ſine traductione ad domũ mariti, & abſque copula vix propriè conſequi poſsit. Qui regulariter debet prçualere propriè ſignificationi verborum, ad l. cum Delanionis 18. §. aſinã de fund. inſtruc. l. librorum 50. §. quod tamem Caſsius de lega. 3. l. Labeo 7. de ſupellec. lega. l. cum antiquitas 13. vbi gloſ. relictum, C. de vſufruct. Bart. Bald. & communes congeſti per Manticam de coniect. libr. 3. ti. 8. numer. 1. & ab ipſo vſu communi loquendi, regulantur ſemper verba ſtatuti, Socin. l. 1. §. qui in perpetuum, ff. ſi ager vectiga. vel emphite. peta Rota in recentiſ. 2. part. deciſ. 393. numer. 1. in fin. & apud Alexand. Ludouiſ. deciſ. 123. numer. 1. Vt ſic quæmadmodum communis vſus loquendi, deſponſati ſolum ſint, & dicantur ante copulam, & poſt eam vir, & vxor, Rip. in rubr. ſolut. matrimon. numer. 69. merito dici poſsit ſecundum communem vſum loquendi ſponſos non contineri ſub deſignatione vxorum, & coniugum, nec ſub verbis conſtitutionis noſtræ.

Sed his omnibus non refragantibus vno verbo ſatisfacies obiecta procedere in
39 ſponſis de futuro, ſub cuius nomine regulariter verbum, *ſponſus* continetur ſiue ab homine, ſiue à lege proferatur ex Couarru. ad 4. part. 1. cap.

1. in

1. in fin. Didacus Perez l. 1. tit. 1. libr. 5. ordinamenti Ludouic. Lopez in ſuo inſtructo. concienc. 2. par. ſub tit. de matri. cap. 36. Thom. Sanchez de matrim. lib. 1. diſpu. 1. num. 2. Rot. in recentiſ. part. 1. deciſ. 113. num. 8. & poſt hos omnes ex cap. noſtrates 30. quæſt. 5. & ex l. 1. de ſponſalib. tenet Gutier. in tract. de matrim. lib. 1. cap. 1. nume. 2. & 8. Marcus Anton. Cuchus, lib. 5. inſtitu. maiorum tit. 10. nume. 3. & ſic per ſimilia ſponſalia nõ
41 vacant beneficia, nec penſiones deſponſati, Doctores in cap. 1. de Cleric. coniung. Rota in nouis deciſ. 3. ſub tit. de Cleric. cõiug. & in recentiſsimis, Farina. 772. num. 3. & ita ſimilia ſponſalia de futuro non cadere ſub prohibitione clandeſtinitatis inducta á Concil. Tridenti. declarauit ſancta Congregatio Concilij, vt per Gutier. in canonicis, li. 1. cap. 18. num. 9. in fin. Sanchez de matri. lib. 1 diſpu. 12. num. 2. Rot. allega. deciſ. 393. nume. 2. in fin. nos autẽ dubium formamus in ſpõſa per verba de præſenti facta,
42 nondum à viro cognita, nec ad illius domum traducta, quæ iam ſoluerat dotem ſuo ſponſo, ſub ſpe conſumationis de proximo facienda, & traductionis ad domum feſtinanter, pro qua indubiè firmamus beneficia noſtræ conſtitutionis, tam circa tenutam, quam circa ius faciendi fructus ſuos, ſibi competere, cum concurrat principalior ratio introductionis ſimilium iurium, quam diximus conſiſtere in facilitandis dotium exactionibus á bonis virorum defunctorum, & ad ſtimulandos hæredes venire ad reſtitutiones dotium, & donationum propter nuptias.

Et ita ſunt intelligendi, interpretes ſupra relati, pro obiurgatione cummulati, vt intelligantur de ſponſis de futuro, cum
43 ſimpliciter hoc verbum ab ipſis prolatum reperiatur. Vt ex his obſeruemus, coadęquationem, ſemper admittẽdam inter ſponſos de præſenti, & veros vxoratos, & ſi aliquid forſan contra reperiatur diſpoſitum, id, forſan fiet in materia differenti, quę non poterit adaptari ad ſpõſam de præſenti, vt in materia, lucrorum diuidendorum inter coniuges, de acquiſitis conſtante matrimonio (vt alibi diximus,) & ita indubiè ferè in proprijs terminis cõcludit pro ſpõſa de præſenti pluribus exemplis cummulatis Caſane. in conſuetu. Burgu. Rub. 4. §. 6. gloſ. *Mariţ*, vbi duæ conſultationes adnectuntur conferentes ad caſum noſtrum.

44 Nec quidquam faciet obiurgatum de communi vſu loquendi, quem negamus, induxiſſe ſub nomine vxoratorum, & coniugum ſponſas de præſenti non contineri. Imo dicimus communem vſum loquẽdi aſsiſtere pro deſponſatis per verba de præſenti, & ſecundum eum, deſponſatos ſic, dici verè, & propriè cõiuges, vt ex ſupradictis apparuit & proſequitur, Paul. Caſtr. conſ. 154. num. 1. libr. 1. & inconcuſus vſus loquendi in hoc Principatu, & ferè totius Hiſpanię ſit, vt ſub nomine, *de caſadas*, ſeu maritatas, vxoratas, ſeu cõiugatas, comprehendantur ſponſæ de præſenti, quæ monitionibus Eccleſiaſticis præambulis iuxta formam Concil. Tridenti. publicatis per verba de preſenti contraxerunt Benedic.

in cap. Raynuntius, verbo duas 1 num. 161. de testamen. Gutier. de matrimo. cap. 9. num. 9. & c. 1. num. 7. vt sic constitutio nostra informetur á communi vsu loquendi. Non vrgente, quod iura nostra municipalia, absque interpretatione sint intelligenda, vt per Felin. in proœem. Decreta. num. 35. Euerard. loco ab opinione vulgi, Bart. l. omnes populi, num 15. vers. circa præmissa, de iust. & iur. notabilis glos. l. liberorum, §. sin autem caius, de legat. 3. & cum dispositum sub hac constitutione possit dici fauorabile potiusquam odiosum, etiam si sæpius admonitum sit, in odium hęredum & successorum mariti non soluentium dotes, fuisse inductum, & licet in inducendo fauore exhorbitet á iure communi, seu illud corrigat, non erit denegãda illius extensio ad desponsatam per verba de præsenti.

46 Neque vellem ab aliquo accusari de inconstantia, ex quo in euidentiali vltimo, & sæpius in alijs huius operis locis sit dictum, dispositionem huius constitutionis fuisse odiosam, odio hæredum inductam. nam etiam si pateat odium, fauor tamẽ mulierum principaliter fuerat consideratus, quoties enim intentũ

47 legislatoris dirigitur merè in fauorem alicuius, facit actum fauorabilẽ, & cum attendatur, quod principaliter agitur, etiã si redundet in odium alicuius, non est cur iudicemus actum odiosum. Si vero è contra prima intentio statuti, seu legis, vel ordinationis dirigitur in odium alicuius; etiamsi pœna contrafactionis sit in alicuius fauorem, cum veniat secundario, non erit actus diiudicandus fauorabilis, sed odiosus, & tunc intrat regula superius formata, vt à primordio tituli posterior firmetur euentus sic Potifex, in cap. statuimus, de decim. in 6. ibi: *Cum non sit asperum, sed pium potius & benignum*, glos. aurea, in c. si propter, vers. primi anni, de rescript. in 6. vbi Domin. num. 9. Bart. l. qui exceptionem, num. 2. per illum text. de condic. indeb. & in l. si quis nec causam, num. 6. de reb. cred. Couar. lib. 1. resol. cap. 11. num. 5. Parisius de resignat. lib. 12. q. 2. num. 23. cum seqq. Sãchez de matrimon. lib. 1. dispu. 1. num. 4. Gutierr. alios citans sub eod. tracta. cap. 1. num. 10. Cuius qualitatis pŏtest considerari nostra constitutio intentionem dirigens ad facilitandas recuperationes iurium vxorum ex bonis mariti, & ad accelerandas actiones soluere debentium. Vt clarissimè insinuant verba constitutionis finalis declaratiuę huius nostræ, de qua tractamus, ibi: *Com la dita constituteo sie vn dels mes principals priuilegis que las donas viudas tenen en los bens de son marit.* Hoc est, *Cum dicta constitutio sit vnum ex insignioribus priuilegijs, quod mulieres viduę hodie habeant in bonis mariti.* Quibus verbis ingenuè perpensis, non dubiè insinuant, dispositionem dici fauorabilem, & consequenter à sua natura extensibilem ad desponsatam.

Nec est ferenda sententia existimantium non subesse facultati vsus loquendi communis, aliquid inducere circa materiam & causam matrimonij, de qua noster versatur sermo. Nam cũ vsus communis laicorum loquẽdi, sic inducẽdo, vt sub nomine

viri,

viri,& vxoris desponsati de præ
senti comprehendantur,non dis
ponat circa matrimonij substan
tialia, reseruatum Pontificibus,
& Iure Canonico, sed solum cir
ca accidentalia, non erit de po-
testate & facultate vsus loquen
di ambigendum, argumento eo
rum quæ notauerat Decius in l.
nuptias,num.8.de reg.iur.quod
obseruandum aliàs duxi in supe
47 rioribus ad cõstitutiones 2. & 3.
sub rubro constitutionum no-
strarum de sponsal. & matrim.
quas tribuimus Regi Iacobo pri
mo, & Ferdinãdo etiam primo,
& ad alia iura patriæ disponen-
tia,seu imponentia pœnas exhæ
redationis aduersus puellas se
matrimonio copulantes,absque
parentum,propinquorũ,seu tu-
torum assensu,& consensu,vt si-
miles dispositiones etiamsi à sæ
cularibus introductæ sint, in ma
teria matrimonialij,cũ nil dispo
nant circa substantialia, sed circ-
ca accidentialia illius,in punien
dis inordinatis modis in contra
hendo,& cohercendis inobediẽ
tijs filiorum,quod omne ad do-
minum temporalem pertinet
punire, diximus non esse ambi-
gẽdum de validitate legum,nec
de communi vsu recepto in ob-
seruantiam illarum:vt non obstã
te Rotali decisione,diximus ob
seruari ferè in tota Hispania,ex
Marquil.in vsatico exhæredare,
col.6.Oliba. de iure fisci. cap. 7.
num.34.Cancer.lib.3.var.c.11.
numer. 2. & 3.Molin.de rit.nu-
ptia differ.7.n.9.lib. 2. recenter
Cald.Perei.deci.Lusita.48.quid
quid cõtrarium asserant Meno-
chius cas.452.num.8.Suar. titu-
lo,*de los casamientos*,ver.3.*in quã
tum*,Gutierr.in pract.libr.2.q.1.
num.2.Barbos.4.par.l.1.num.35

50 solut.matrimon.Vt sic eodẽmo
do dicamus de communi stylo
laicorum recepto,vt licet indu-
xerit circa matèriam matrimo
nij, vt nempe sub nomine v-
xorum,nuptarum,& coniugum
cõprehendantur sponsæ de præ-
senti,non inde vsus tanquam ir
rationabilis sit reijciendus.

Sic obseruari solet apud inter
pretes ões in materia legitima-
tionis,vt in diniẽda illa quæstio
ne an legitimati venire possint
sub nomine, & appellatione fi-
liorum legitimorum, & natura-
lium attendatur ad communem
vsum loquendi ad celebre illud
51 consil.Decij 285.num.9.& om-
nem testamentariam dispositio
nẽ recipere declarrtionem à cõ
muni vsu loquendi, docuerunt
Ripa in l.ex facto,§. 1. num.44.
ad Trebel. faciunt cummulata
per Ias.l.1.in princip. nume.42.
de acquir.poss.& in rubric.de
noui oper.nunt.num.7.Bruno á
Sole in suo compendio iur.reso
lutio.verbo, vsus communis lo-
quẽndi.Maceraten.libr. 2.reso-
lut.2.nũ.12.

52 Non dubito in præsenti casu
& in quolibet alio probandũ, &
articulandum fore communem
vsum loquendi, ab eo qui se fun
dat in eo,& allegat vsum, cũ nõ
sit præsumendus,Bart.l.1.de suis
& legitim.hæred.Socin.l.Gallus
§.si eius,de liber.& posth. Bech.
cons.1.num.30.Mantic.de tac.
& ambig.lib.2.tit.8.num.10.Ro
ta apud Cardina.Bononien. de-
53 cis.257.num 10. licet eadẽ Ro-
ta apud Seraphin.decis.730.n.7.
tenuerit in vsu loquendi noto-
rio,& generali, sufficere allega-
tionem. Vsus tamen loquendi
sumendus erit articulari, & pro
54 bari ab eo loco vbi maior pars

regionis

regionis conuenire solet, vt ci-
ib hoc Principatu in ciuitate
Barchinonen. argumento in l. si
seruus plurium, §. fin. de legat. 1.
not. Iaf. l. de quibus, num. 89. de
legib. Mantic. de coniectur. libr.
3. tit. 8. num. 1. Surd. de aliment.
tit. 9. q. 30. nu. 6.

Ex hac declaratione resultat
55 alia, vt sicut habet locum in mu-
liere desponsata per verba de
præsenti, habeat etiam locum in
dote putatiua, & in vxore quæ
bona fide contraxit matrimo-
nium, quę reuera erat in gradu
prohibito quo (postea soluto ma
rrimonio per mortem viri) dete
cto, matrimonioque nullo de-
clarato, quo casu non dubito be-
neficium tenutæ comprehende
56 re posse hanc putatiuam vxorē,
sicut veram, dico, quod vt dubiũ
huius declarationis probabilē
esse possit, intellige quando de-
claratio nullitatis matrimonij
(quæ fecit mairimonium putati
uum) facta fuerit post mortem
mariti, nullatenus vero dubita-
mus, si declaratio fiat ad termi-
nos text. in cap. 1. & 2. extra de
donat. inter vir. & vxor. cum cõ
stitutio ſſolum conferat benefi-
cium suppositæ morte viri, & cũ
ista conditione quę formam in
duxit, vt sonant verba illa (Mor-
tuo viro) quæ verba cum sint a-
blatiui absoluti importare con-
57 ditionem, palam fit ex l. á testa-
tore 108. de condict. & demon
strat. & ex Petr. Barbos. in rubr.
soluto matrimonio, num. 26. 1.
part. & antea nu. 1. Cancer. lib. 3
var. cap. 20. num. 364. Anto. Fa-
ber de error decas 28. error. 4.
dixi alibi Rota apud Cardin. Bo
nonien. decis. 492. *num. 7.* & per
æquipollens ad implementum
illius verificari nõ potest ex eo-

58 dem Ludouiſio num. 8. ex l. qui
hęredi, & l. Męuius, de condict.
& demonstra. Surd. cons. 186. n.
19. Maxime cum constitutio sit
absque interpretatione intelli-
genda, iuxta constit. 1. de inter-
preta. constit. Ferrer obserua. 7.
3. par. num. 4. In his igitur termi
nis dari tenutam in dote putati
ua sicut in vera, non dubito, si-
cut de eadem obseruatione nõ
dubitauit Petr. noster Fontanel.
claus. 7. glos. 3. par. 1. num. 22. qui
paucis adductis quęstionem ab-
soluit, contra institutũ nostrum
obseruatum, in quęstionibus ter
minandis, prout decet cõmenta
tori, cuius officio fungimur, ve
ritatem igitur puram esse existi
mo in casu proposito tenutam
vxori putatiuæ competere si-
cut veræ.

59 Ducor ad istam firmandã de
claration em ex his quę in iure
reperio cautũ, quod omnia pri-
uilegia, omnesque prærogatiuę,
exactioni & recuperationi do-
tis veræ concessę, sint etiam con
cessę doti putatiuę, ad l. 3. C. solu
to matrimo. l. 2, §. fi. de priuileg.
credito. l. si cum dotem, §. fin. so
luto matrimon. vbi omnes inter
pretes, & aprime Alexan. ex n. 3
qui plura conuolat, facit text. in
cap. debitum, de bigamis non or
din. in antiquis, vbi reperies, q
60 sicut bigamia contrahitur nõ so
lum per cõtractum secundi ma-
trimonij *veri*, sed per *putatiuũ*,
latè Bart. theorica, in l. si concu-
bina, ff. rer. amotar. Niconicius
in rubr. soluto matrimo. nu. 131.
Bald. Nouel. de dote, 11. patr. §.
hactenus, per totum, Tiraquell.
de ll. connub. glo. 8. num. 235. cũ
seqq. Palac. Rube. in rubr. de do-
nat. §. 36. Dueñas reg. 150. limit.
2. Conarr. ad 4. 2. part. cap. 8, §. 1.

nu. 2.

num.2.Gom.l.30.Tau.num.56. latius omnibus Petr. Barbos. d. l.si cum dotem,§.fin.solut.matr. á num.4.Gracian. discepta. Foren.cap.120.num.76.cum seqq. facit etiam tex.in cap. 2. iuncta explicatione Abbatis, ibi: num. 2.de donat.inter.vir.& vxorem sed sic est,quod beneficium faciendi fructus suos per nostram constitutionem inductum, tendit ad consulendum tutius vxoribus viduis, & mulieribus pro suarum dotium exactione,& ad stimulandos hæredes maritorũ, & successores, ad festinandas restitutiones dotium, quod satis euidenter resultat ex contextura constitutionis cum ob contumaciam,& remitentiam restitutionis dotium,& in pœnam non faciendi solutiones in annali dilatione à iure inducta ad eas faciendas,vt diximus in solutione contrarij,& rationis dubitandi; igitur non minus viduis putatiuis, quam veris, debet priuilegium constitutionis nostræ impartiri.

61 Dixi consulto, solum priuilegia exactionis in fauorem dotis verę,in corpore iuris clausa inducta,impartienda putatiuę, & non alia,licet aliquantulum fauorem mulierum respiciant, & nulla,quæ fauorem maritorum, per multum quod consideres correlationem inter coniuges, cum ratio,quæ militat in priuilegijs exactionis,cesset in alijs perrogatiuis,& sic á cessante ratione,deneganda sit priuilegiorum communicatio. Quod fit

62 certum si consideres ideo rationem exactionis competere putatiuis dotibus, vt facilius dotibus exactis,renubere possint,& validè matrimonium contrahere, ad quod semper ius publicũ respexit,in conseruandis dotib⁹ mulierũ ad generalitatem, seu vniuersalitatem illam, l.1.solut. matrim.l.3.de priuile.credit. & cum versetur fauor publicus,ita ab omnibus interpretibus,& Summistis consideratus, nil mirum si immunitates,quæ facilitant recuperationes dotium,considerẽtur æqualiter in putatiuis, & veris dotibus.Alexan.& Duarenus latè ad l.si cum dotem, §. fin.solut. matr. at vero cum cesset hęc ratio in alijs perrogatiuis matrimonij,illarum non fiet communicatio,de dote vera ad putatiuam, hæc raciocinatio certior fiet sub aliquibus exemplis positiuis ad prerogatiuas exactionis,& recuperationis,& negatiuis ad aliás causas.

63 Primum ex positiuis exemplis deduces ex priuilegio tacitę hypothecum prælatione inductũ in vulgata,l.Asidius C.qui potior.in pigno.habeꝓ ex quo ad facilitandam dotium exactionem, & recuperationem cottet fuisse introductũ,vt sonant verba dictę legis Asiduis in principio, quæ sunt proœmialia, ibi: *Per quas suas dotes deperditas se lugebant*,& paulo inferius,ib.: *cum pene mulieribus tota substantia in dote constituta est*. & iterũ paulo inferius, ibi: *Oportebat enim disponi maritos creditoribus suis,ex sua substantia satisfacere non de dote mulieris, quam ad suos victus suasque alimonias mulier posidet*,& paulo inferius, ibi *pro dotibus mulieribus subuenientes*, & demum in finalibus verbis,ibi *non enim pro lucro fouemus mulieres,sed ne damnum patiantur suisque rebus defraudentur curamus*, quæ verba,& fere

tota illius legis contextura tendunt, & tendit ad exuberantē dotis recuperationē, dixit exinde vniuersa iuris schola ad dotē putatiuam porrigi, glos. l. 2. §. fin. de priuile. credito similis glos. quæ est magna in d.l. Asidius, alia glos. verbo actionem in fin. l. si cum dotem, §. fin. solut. matri. vbi Bart. nume. 5. & Paul. Castr. 39. & Petr. Barbos. num. 6. idem Bart. in d.l. Asidius, num. 10. Ias. in §. fuerat insti. de action. num. 39. Nouel. de dot. par. 11. §. hactenus, num. 7. Palaci. Rub. d. §. 36. numero 4. Gomez l. 50. Tau. num. 56.

Habemus secundum exemplum in fundo dotali inalienabili ob prohibitionem, l. vnę, §. & cum lex, C. de rei vxor. actio. princi. institu. quibus aliena. licet, & ob eam causam, vt dotes conseruentur, & per mulieres exigantur ilesę, vt suadent verba, d. §. & cum lex, ver. cum autem, vbi postquam alienationē, per hypothecam etiam contingentem prohibuerit, ampliando ad casum consensus vxoris, addit Iustinianus pro ratione. *Ne fragilitate naturæ suæ in repentinam deducatur inopiam*, quę prohibitio dotem putatiuam comprehendit, vt testatur concursus omnium Doctorum, glos. verbo prętabitur in l. dotale 13. de fūdo dotal. quam extollit Allexā. in d. §. fina. num. 3. Parpal. in rubri. solut. matri. num. 14. Nouel. de dot. par. 11. §. hactenus, num. 14. Corras. l. qui liberos, nu. 63. de rit. nuptia. Palac. Rub. in rub. de donat. §. 36. num. 4. ver. habet etiam vxor, Tiraq. post. l. connubia, glos. 8. num. 256.

Sic etiam sicut dominium rerum dotalium ipso iure, soluto matrimonio in vxorem transfertur, secundum terminos, l. in rebus 30. C. de iur. dot. sic detecto errore matrimonij putatiui, ipso iure, vt exactio exhuberāter fiat, trāsfertur dominium dotalium in vxorem putatiuā, vt contra Bald. Nouel. de dot. 8. par. priuil eg. 6. num. 16. limita. 12. quē secutus est, Tiraq. post ll. connubia. glos. 8. num. 243. tenet Barbos. d. §. fin. l. si cum dotem, num. 8.

Item, & pro 4. exemplo sicut marito vero non licet retinere dotales res, pro impensis factis in ipsis, nisi tantum pro necessarijs, quas dotem ipsam minuere docet nobis Iustinia. in d. l. vna §. taceat, vers. *Sed nec ob impensas*, C. de rei vxor. action. de quo dicto, Garci. de expen. cap. 13. nu. 57. & post eū insignis, Petr. Barbos. in rubri. soluto matrimo. 3. part. num. 18. cum sequentibus, & pro theoricis, & in Scholis versantibus, Anto. Faber de error. decas. 82. error. 4. Ita nec putatiuo dabitur retētio in omni re dotali, tametsi pro expensis necessarijs, in quātum fuerit impensum minuatur dos, hoc est vt retineat quantum res impensa valuerit, sicut verus maritus facere potuerat, Cumā. in d. §. fi. n. 23. vbi Barbos. n. 10. post Tirq. quem ipse allegat post ll. connubia glo. 8. n. 258. contra glo. l. etsi 24. soluto matrim. & contra Bart. in d. §. fin. l. si cum dotem, & contra alios per Tirq. allegatos, qui ab hac opinione discedunt, in coadęquatione & parificatione inter vtrumq; maritum verum & putatiuum, vt maritus putatiuus retinere possit res dotales propter impensas, cum dicunt esse textum aper

tum

tum dantem retentionem in l. & si quid 24.solut.matri.ex quo ibi mulier agens ad dotem recuperãdam dolo malo repellitur, ex quo maritus exceptionẽ impensarum proposuerat,ex cuius decisione in quandam consequentiam deduci necessario aparet, permissam retẽtionem, per quem text. dicebat glo. in d. l. etsi quidem, solam istam differẽtiam dari inter putatiuam & veram dotẽ. Hæc tamen differentia nullo jure probari potest,nec potuit esse dispar ratio in vno atque in alio marito expendente,& concordando,Ciuman. vbi supra d.l.& si quid in eam,cum d.§.taceat, ait,tex. intelligendũ de expensis necessarijs,á marito putatiuo factis,de quibus opponendo maritus mulier dolo malo repellatur, pro quibus datur retentio minuendo dotem, & licet d.l.& si quid in eam 24. in diſcriminatim loquatur, debet intelligi secundum terminos, l. vnæ,§.taceat v ers.*Sed nec ob impensas*, vt in necessarijs tantum concedatur retentio, ad modũ præscriptum in d. §. sed nec ob impensas,nullatenus vero,in expensis vtilibus, & voluntarijs, etiam si de voluntate vxoris factæ fuerint, vt Iustinianus non ineleganter in d. §. demostrat, cui adstipulatur, l.dote 61. derit.nuptiar. vbi habetur, quod dote caducata per inutile matrimonium, expensis retentis necessarijs, quæ dotem ipsam minuant, cogitur maritus integrã facere restitutionẽ, ex quo apparet, marito putatiuo non in omnẽ euentum expensarũ concedi retentionem, sed in necessarijs tantum, non enim est nouum in iure,ad correctiones vi-

69

70

71

tandas, vnam legem per aliam declarari,ad l.non est nouum de legib.enodatam per Spin.in Specul.tectam,glos.30. princ. num. 13. vnde ne dicamus d. l. & si quid corrigi á Iustiniano in §. taceat, dicemus intelligi secundum terminos Iustiniani, loquẽtis de necessarijs,& cum introductio ista respiciat vtilitatem dotis in exigendo, vt tutius illi consulatur, nilmirum si retentio pro expensis in vtroque matrimonio concedatur.

Idem etiam, & 3. loco videbis obseruatum in statuto dictãte, quod instrumenta dotalia pro guarentigiatis habeantur secumque trahant executionem paratam,quia fauẽt dotib⁹ recuperandis siue sint stipulata inter veros coniuges,siue inter putatiuos, executioni erunt similia instrumenta demandanda ad exemplum guarentigiorũ, Bal. Salicet.& Alex.in l.1.C.de condict.ob cau.idem Alex.in d.§. fi. numer.3.vers.& hæc ratio,Bald. Nouel. de dot.part. 11. in fin.9. conuenientia,Palac. Rub.in rubri.de dona.§.36.numer.4.vers. habet etiam Roder. Sua r. tit.*de las ganancias*,num.3.

Bona etiam patris cum sint sub tacita hypotheca dotis receptę per filium familias, quide sua voluntate contraxerit matrimonium,secundum doctrinam, Bart.in l.si cum dotem, §. transgrediamur,per illum tex.ff. soluto matrim.ex quo actio procedens ex promissione dotis facta filio,ipso iure fuerat in patrem translata,ex vulgata l.placet,de acquiren.hæredita. ex communi omnium sententia in d.§.trãsgrediamur,vbi Alberi.num.6.& Barbos.qui optimè declarat,nu-

mer.6.

mer.6. ex quo ius introduxerat hanc tacitam hypothecam, vt satis esset cautum vxori pro sua dote repetenda, cum filij familias obligatio nulla fuerit, ex quo sine patris consensu, nō poterat nexui obligationis astringi, etiam si dos sit restituenda, ex quo matrimoniū fuerat nulliter contractum, pater nihilominus tenebitur sicut in matrimonio vero tentus esset sic contra multos quos recēset Tiraq. in l.cōnubia, glos.6.num.242.tenet Palac.Rub.in rubri. de don. §.21.num.8.vers.pretium. Hæc autem inuestigatio in hoc nostro Principatu, & ferè in tota Hispania redditur inutilis, ex quo filij familias per contractū matrimonij liberantur á parentum potestate, & fiunt sui iuris, vel per emancipationem, vel aliter eximendo eos. Eadem coa
72 dæquatione considerata inter matrimonium putatiuum, & verum per ius canonicum recepta fuit apud excellentiores interpretes illius, non minus matrimonium putatiuum facere, vt data ignorantia in vno cōiuge, vt proles antea suscepta legitimetur, atque legitimaretur per verum matrimonium, iuxta terminos, c.tanta est vis, qui filij sint legitimi, vt per glosam in d.decretali verbo aliam, vbi Butrio num.9. Surdus in tracta. de natura.liber.part.2.tit.de legitimatione per matrim. puta. Anton.Gabr. tit. de legitima. concluſ.1.nume.486. latè Sanchez, qui alios refert de matrim. lib. 8.disput. 34.num. 46. Rota non semel, vt apud Casado.decis.vna de sponsal. apud Seraph. decis. 1099.num 1.apud Farinac.ex re colect.post consi.crimina.deci.
73 364. apud Cardina. Bononien. decis.461.num.2.vbi alię allegātur decisiones.

Sic video pro vltimo exemplo casum authēticę res, quę, C. communia de legatis, quo res fideicōmissarię alienabiles fiūt causa dotis restituendæ, verificari in dote putatiua, ad hancque decisionem extendi, cum militet ratio supradicta consulende exactioni, & repetitioni. Sic res empta ex pœcunia dotali putatiua fit dotalis sicut vera, ad l.si cum dotem, §.fin.solut.matrim. Et sicut sententia lata super dotis solutione, & repetitione non suspenditur per apellationem ab ea interpositam, ita siue sit vera, siue putatiua, dos super qua fertur sententia, Palac. Rub. in rubri. §.15.num.5.

74 Ex quibus exemplis colliges non esse verā indistinctè sumptam traditionem multorum scribentium firmātē, matrimoniū verum, & putatiuum coadæquari, & à pari in omnibus procedere, vt per glos.l.dotali de fundo dotal. & in rubr.solut. matrimo. glos.l.2.§.fin.de priuil.credi. gl. in l.1.de condic.ob causam, glos. l. Assidius, C. qui potior. glos. magna in, §.si aduersus insti. de nup. Negusa.de pignor.4.mēbr. num. 104. Rip.in rubr.solut.matrimo.num.63. & alia multa coadęquari dicat Suar.ad titul. *de las ganancias*, lib. 3. fori, Couarr. de sponsa.2.par.cap.6.§.8. circa fin. Gomez, & alij Tauristę in l. 53. Tau.num.69. & 77. & in l.81. Tau. Segura in l.cohæredi, §.cū filiæ num.154.de hæred. institu. Baeça de decim.tuto.cap.12. Palac.Rub.in rubr. de donatio. §. 21. & §.36. & in cap. per vestras, §.22. sed intelligantur horū, &
75

cęte-

cæterorum traditiones, in his quæ concernunt dotium conſeruationem, tam in exigendo, quam in obligando, propter publicam vtilitatem, quæ verſatur tota in conſeruandis dotibus, vt eſt in l.1. ſoluto matrimon. & in ore communium interpretum de dote loquentium, quoties vero prærogatiuę dotales non reſpiciunt conſeruationes dotium, & exactiones, nullatenus fit cõmunicatio doris veræ cum putatiua, vt efficietur clarius his negatiuis exemplis in cõtrapoſitionem poſitiuorum recollectis.

Primum efulget in l. ſi concubina 17. de actio. rerum amotar. vbi edictum illius tituli rerum amotarum, inductum ob reuerẽtiam, ſeu decentiam vxorum furripientium, vel amouentiũ, (pluſquam decet ſocio diuinæ, & humanæ domus) res, ſeu bona maritorum, non conuenientiũ actione furtiua, ſed actione rerum amotarum, non vixere in vxoribus putatiuis furripientibus, vel abſtulentibus bona mariti, aduerſus quas conceditur maritis actio furtiua, quod nulla alia cõcludentiori ratione induci potuit, dictãte Bar. in d.l. ſi concubina, quam quod pręrogatiua in fauorem vxorum inducta, vt teneantur tantum actione rerum amotarum, reſpiciat honorem vxorũ, aduerſus quas non decebat turpem actionem (vt erat furtiua) inſtituere, iuxta l.2. ff. rer. amot. nullatenus vero dotiũ exactionẽ, ſic poſt Bar. Alexand. in d.l. ſi cum dotem, §. fin. num.3. verſic. Adde etiam, Tiraquel. l.15. connubia. gloſ.6. num. 245. Bal. Nouel. de dot. par.11. in fin. differ. 17.

76

77 Stante itidem ſtatuto, vel cõuentione dictante, de lucranda certa parte dotis, nullis filijs ſuperexiſtentibus, ſub conuentione vel pacto, non comprehendi matrimonium putatiuũ, docent iura expreſſa, de quibus in l.1. in fin. C. de condict. ob cauſam, vbi Bart. Bald. & omnes, Tiraq. poſt ll. connubial. gloſ.8. nu.247. Nouel. de dot. d.11. part. §. hactenus, num.29. Barboſ. ad d. §. final. l. ſi cum dotem, num.14. vbi plura fuſeque ſuo more notatu digna cumulauit.

78 Eãdem diſſimilitudinem reperies inter coniuges veros & putatiuos in materia donationis inter illos factæ contra edictum prohibitorium de illis non admittendis, vt in titulis, ff. & C. de dona. inter vir. & vxor. in quo edicto licet cautum ſit confirmari morte donantis donationem contra illud factam, ad l. Papinianus 24. l. cum hic ſtatus 33. §. oratio, & in §. ſi ſponſus de donatio. inter vir. & vxor. l.1. de dot. prælegat. l.2. de pact. dotal. cum alijs adductis per Palac. Rube. qui de materia in rubr. de donat. §. 69. cum ſeqq. Suar. allega.20. verſic. forte aduocatus, Gom. var. titu. de donat. num.23. & in l.53. Tauri, num.65. Couarr. reſolu. cap.7. li.2. late etiã de materia Thom. Sanchez de matrimon. lib.6. diſputat.14 per totam. Non tamen morte coniugis donantis putatiui confirmabitur, ad text. difficilem cum materia in l. cum hic ſtatus 33. §. ſi quis ſponſam, de donat. inter vir. & vxor. ex quo text. colliges rationem cur oratio diui Seueri de confirmandis donationibus inualidis, non aſſiſtat inter putatiuos, eſſe, quia quod nullum eſt; non poteſt re-

79

conua-

conualidari, vt est in vulgatis iuribus, & cum donatio coniugis putatiui fuerit nulla, ex defectu consensus, quia voluntas donãtis fuit restricta ad veram coniugẽ tantum, non debet protrahi ad
80 putatiuam, errando enim in qualitate vxoris, errauit in causa finali donationis, quia errans nũquam consentire videtur, nec vlla *errantis solet esse voluntas*, ad l. nõ id circo, C. de iur. & fac. ignor. l. si per errorem, de iurisdict. omn. iudic. l. nihil, §. nihil, de regul. iur. vbi Deci. Bald. in l. cũ testamentum, num. 2. C. de iur. & fact. ignor. quam regulã non habere aliquam limitationem, firmat Rota apud Alexan. Ludouis. decis. *179. num. 5.* & ex defe
81 ctu causę finalis deficientis per consensum nullus subsistere potest actus, ad l. si pater 4. & l. neque apud 7. C. de hæred. institu. l. ea quæ, vbi glos. fin. C. de donatio. ant. nup. vt sic cum nulla fuerit donatio non potuit morte donantis coniugis putatiui confirmari.

Et licet videatur dicendum
82 quod imo summo iure perpenso, similis donatio inter putatiuos facta, esset plus valitura, ex quo cum reuera non sint coniuges, nulla lege resistente fuerit concepta, æquitas tamen simile prohibuit donationem, ad l. 3. §. *videamus, de donatio. vir. & vxor.* quę non confirmatur morte sicut in vero matrimonio, vt per Alexan. in d. l. si cum dotem, §. fin. *solut. matrimon. nu. 3. vers. Ex hoc*, verificatur Nouel. de dote, d. p. 11. in fin. different. 19. Tiraquel. d. glos. 6. nu. 243. & 264. Couarr. de sponsal. 2. p. c. 2. §. 1. *num. 7.* Palac. Rub. *in rub. de donat.* §. 56. in princip. Baeça de dotium. tutor. cap. 12. num. 17. latius prosequitur Barbos. d. §. fin. n. 19. allegans Acost. cap. si pater, verbo, vxorem. 1. par. nu. 16. & melius Thom. Sanchez de matrim. lib. 6. disput. 2. num. 8. vbi in tota illa disputatione distinguit quatuor casus, & vltimus illorum est, quando vterque cõiux ignorando impedimentum fecerit donationem, concludẽdo sub num. 9. pro inualiditate donationis, absque spe cofirmationis, per mortem donantis contingentis, allegando plures Doctores pro ea subscribentes.

Ex quibus igitur exemplis in
33 sensu directo primis, resultat, q̃ vbi priuilegiatur dos in exactione & recuperatione, dos putatiua ęqualis iudicatur cum vera, & in sensu contrario alijs, & secũdis, quod vbi non habetur ratio ad exactionem, sed ad alium finem, dos vera in plus priuilegiatur quam putatiua. & consequenter vxor vtroque casu erit priuilegiãda quantum ad beneficium nostrę constitutionis, siue in vero, siue in putatiuo fuerit matrimonio, cum ad faciliorem exactionem fuerit inductũ & inuentum.

84 Aduertendo etiam ex Baldo Nouel. de dot. part. 11. in fin. q̃ tunc temporis priuilegia supra narrata positiua ad exactionem dotium, *erunt cõmunicanda* doti putatiuę: quando viuente muliere declaratum fuerit, nullum matrimonium, detecto impedimento dirimente, & impediente, secus vero si mortua muliere etiam si ex ea supersint filij, quia licet sint Isgitimi, vt dicam ex cap. *super eo. extra qui filij sint legitim.* Nihilominus tamẽ priuilegijs supra recollectis vti

non

non poterunt, quia in eis cessat ratio publicæ vtilitatis, in excep tione cõsiderata de qua in d.l.1. solu.mat.& l.3.depriuileg.cred.

Ex hac eadem ratione ratiocinari poterit super illa triuiali
85 regula, qua docemur, dispositũ in marito, censeri dispositum & in vxore, tanquam inter correlatiuos, ad l.fin.C.de de indic. viduita.tollen.l.fin.de acceptila. l.1.C.de cupres. lib.10. Cinus & Bald.l.2.in fin. C.de sponsal. & dixi alibi quibus addo Thomam Sanchez de matrimo.libr.*1*.disputa.54.numer.1. & nullatenus procedat in marito putatiuo' vt iuuari possit supradictis priuilegijs, etiã si agat de suo axo-
86 uario repetendo, seu donatione facta in domum vxoris pro sua dote, cum in his non versetur fauor publicus, ita Alex.in d. §. fi.d.l.si cũ dotẽe, n.3.ver. Idẽ prę dicta Tiraq.in citata glo.6.n.151. Anton.Negu.de pignorib⁹, 4.mẽbro, 2.par.nu.105.

87 Nec maritus putatiuus in aliquo coadæquatur in iure cum vero, huic enim applicatur dos mulieris per adulterium ab ea commissum, iuxta textum in l. consensu 8. §.vir quoque, versiculo Nam mulier, C. de repudi. late Barbos.l.1.2.part.solut. matrimonio, numer.38. non autem putatiuo, Nouel.vbi supra, differentia 13. Alexandr. in dicto §. fin.numer.3.versiculo, Ex his verificari, quidquid dicat Tiraq dicta glos.6.numer.257. Nec si-.
88 militer putatiuus frui poterit beneficio l. maritum 13. soluto matrimonio, ne egeat, nec l.vnæ, §.exactio, C. de rei vxoriæ action.circa annalem restitutionem, vt est decisio expressa in cap.1.vbi Panor.de donat.inter vir.& vxor.Alexan.vbi sup.Zas. l.maritum, soluto matrimonio, num.14.Nouel. de dote vbi supra differen.4. Tiraquel d.glos. 6.num.252.& 258.Couarru. ad 4.2.part.cap.6.§.8.num.24.cum seqq.post glo. verbo, Restituendis, in d.§.exactio, l. vnæ. C. de rei vxor.late Suar.tit. *de las ganancias*, num.11.Gom.l.50.Tau.
89 num.56. Nec fructus dotis, putatiuus maritus lucrare poterit, nisi ad exemplum bonæ fidei possessoris, iuxta terminos l.Insulam 43. §. final. soluto matrimonio, sicut permissum est lucrari illos marito vero, etiamsi onera matrimonij supperent & excedant, ad l. dotis fructus, 8. cum ibi notatis de iur.dotiũ, Suar. vb i supra numer. 4.Gom. mox citatus Phanucius de lucro dotis, glos. 3. numero 20. Tandem video edictum, C. vnde vir & vxor, quo mutua
90 successio ab intestato ad exclusionem fisci datur inter coniuges in defectum consanguineorum, locum tantum habere inter coniuges veros, exclusis putatiuis, Tiraquellus d.glos. 6. num.237.

Et ita demum supra dictę cõmunicationes priuilegiorum, in
91 ter putatiuam & veram dotem, erunt concedendæ, etiam in casu repetitionis illius, quando bona fide contrahentium fuerit matrimonium illud putatiuum contractum, & detecto impedimẽto anullatur matrimonium, & non aliàs aliter, nec alio modo, vt colliges ex sæpius allegato §. final.l.si cum dotem 23. soluto matrimonio, á contrario sensu, sic Baldus Nouel. de dote, vbi supra numer.3. Couarru ad quartum 2.p.c.6. §.8. nu. 28.

nullatenus vero erit concedenda communicatio priuilegiorũ etiam in repetenda dote, si mulier mala fide, & cum scientia & notitia impedimenti, dirimentis & impedientis contraxisset matrimonium, quia cum tunc eo casu lex nunquam dolosis beneficia sua impartiri soleat. ad l. fœminis, & quæ ibi notantur, C. ad Velleia. Paul. Castren. d. §. fin. l. si cum dotem, num. 2. ad med. vbi Barbos. num. 11. Ripa in l. 2. §. fin. num. 21. de priuileg creditor. Suar. tit. *de lasganancias*, nu. 17. & alij negant, mulierem sic factam dolosam frui posse supra dictis priuilegijs, ne ex sua malicia commodum reportare dici possit cõtra regulã, l. siue hæreditariam 23. ff. negotior. gestor. Bona fides enim in contrahendo matrimonio habita, hoc beneficium procreauit, sicut & aliud insignius, de quo in c. ex thenore, ext. qui fil. sint legit. vt proles suscepta ex illo matrimonio putatiuo bona fide contracto dicatur legima, & successibilis, ad omnes actus etiam ad exclusionem fideicommissarij vocati sub conditione si sine liberis legitimis & naturalibus, Couarruu. ad quartum, 2. part. cap. 8. §. 1. post glossam in verbo, Aliam, in cap. tanta qui filij sint legitimi, vbi Butrio numero 9. Alexand. de Neuo, numero 7. Ioann. Andreas in cap. quod nobis, quem sequitur Cardinal. in fin. in 2. oppositione, eodem titulo, Antonius Gabri. titulo de legitimis, conclus. 1. numer. 486. Ex quibus etiam colliges sufficere bonam fidem in altero ex cõiugibus, Rota apud Casad. decis. vna de sponsal. & apud Alex. Ludouis. decis. 461. num 2. & antea etiam fuit dictum in eadem Rota 19. Nouẽbris 1607. in vna Pampilonen. matrimonij apud Farinacium, *in recentissimis* decis. 28. par. 2. eadem Rota apud Seraphin. de cisio. 1099. post Sanchez de matrimon. libro 8: disputatio. 34. nu. 46. & melius Gutierr. de matrim. c. 71. per totum. Quod intellige etiam si contrahentes errassent in iure, dummodo error fuisset iustificabilis, seu probabilis, quando vero talis dici possit enodauit Couarru. vbi supra num. 9. nunquam vero talis diceretur si quis omissis solennitatibus Concilij Trident. contraheret matrimonium, error iste nõ esset excusabilis, Sanchez vbi supra dicta disputa. 42. nu. 1. & Gutier. d. c. 71. nu. 8.

Ex his deduces ad intelligentiam constitutionis finalis, hoc titulo, incipientis, *Declarant*, qua cauetur beneficium constitutionis circa tenutam, & ius faciendi fructus suos, porrigi ad filios, his dando prælationem ad secundam vxorem, & filios illius, vt procedat etiam si filij prioris matrimonij, fuerint ex putatiuo orti, nam cum pro legitimis & naturalibus habeantur, iuxta dictum capitulum ex thenore, extendendo casum constitutionis nostrę ad filios, non erit dubitandum quin putatiui comprehendantur sub extensione, sicut veri legitimi, & naturales, data bona fide coniugum, vel alterius, subscribit Despujol in scholijs ad Mier. hic numer. 2. qui allegat Caualcanum de vsufructu muliere relicto, numero 231. qui loquitur in diuerso casu inadaptabili ad nostrum

92 93 94 95 96

sed

sed non exinde veritas huius dicti remanet turbida cum militent supradicta.

Notabilia ex 5. declartione ad argumẽtum ex tertio tempore desumptũ.

1 DOS confessata an possit mulieri suffragari in beneficijs nostrae constitutionis intenuta & iure percipiendi fructus bonorum mariti. & cum numer seqq. & nu. 15.

2 Dos confessata sub dotis nomine cõtinetur & habetur pro veritate sicut quaelibet alia confessio.

3 Dotis confessatae materia, à quibus commendata, & à quibus tractata, & nu. 10.

4 Dotis confessatae materia resoluenda sub duobus capitibus vnũ promissione dotis, & alterum absque promissione, & fusè cum numer. seqq.

5 Confessio dotis facta correspectiue ad dotem promissam inducit veram dotis numerationem, & remissiue nu. 10. & 25.

6 L. in contractibus, § sed quoniã, C. de non numera. pecun. declarata & exposita & nu. 19.

7 Confessio dotis promissae an sit praeiudicialis creditoribus confitentis, atque marito & haeredibus suis, & nu. 12.

8 Dictio Penitus, praecisã causã secum trahit.

9 Ratio decidendi traditur quare dos confessata cui praecessit promissio habeatur pro soluta.

10 Dotis confessio cui praecessit promissio, nunquam praesumitur fraudulenta de obseruatione Rotae.

12 Dotis causa non ita priuilegiãda vt iniustitia ex ea aliqua generari possit.

13 Fraus mariti non est praesumẽda vt per eam vxori non sit fauendum in dote.

14 Scire, vel scire debere conditionem illius cum quo contrahitur paria sunt in iure.

15 Confessio dotis cui praecessit promissio retrotrahit obligationem ad tempus promissionis, quod est considerandum, & non confessionis.
Traditio non facit dotem, sed matrimonium.

17 Hipotecae tempus semper considerandum ad sui praelationem ad diem contractus, nõ ad diem solutionis illius.

18 Confessio dotis licet sit facta praecedente promissione, tamen admittit probationem in contrarium pro fraude vsque ad 30. annos.

19 Exceptio non numeratae dotis vltra tempora à iure definita, ad illam opponendam non prohibetur proponi, si ab opponente suscipiatur onus probandi simulationem.
Dotem non fuisse numeratam, sed cautam licet confessio subsequatur coniecturis demonstratur, & quae sint istae.

21 Praesumptio cedit probationi, & suspicio veritati.

22 Confessio dotis receptae, etiam in casu praecedentis promissionis elidi solet per vrgentes coniecturas, quae inducunt simulationem, & animo fraudandi fuisse factam, & nu. 25.

23 Præsumptiones recensentur vr gentiores contra confessionem dotis remissiue.

24 Confessio dotis facta per mari tum constante matrimonio post multum temporis à die matrimonij, & tempore quo maritus ferè in omnibbs bonis suis ære alieno grauatur, præsumitur fraudulenta.

26 Confessio dotis receptæ facta per maritum in testamento cor respectiua ad dotem promissam an sit eiusdem effectus cu ius fuit facta in apocha, & constante matrimonio, & nu mero 29.

27 Cõfessio facta per testatores in vltimo confine vitæ plus solent habere legitimationis, quã eaquę fiunt inter viuos.

28 Fraus in moriente nunquã prę sumendus.
Moriens non pręsumitur im memor salutis æternę.

30 Dos confessata in testamento nullum priuilegium dotale con tinere poterit, sed tanquam le gatum.

31 Doctrinæ Doctorum sunt in telligendæ secundum iura quę allegant.

32 Confessio dotis receptæ facta in testamento tunc obtinet vim legati quando nulla præcessit promissio, & declaratus Surd. decis. 285.

33 Petri Fontanellę quędam tra ditio super confessionibus dotiũ testamentarÿs intelligenda.

34 Confessio dotis receptę facta per socerum cui pręcessit pro missio veram dotis numeratio nè generat, ac si per ipsum filiũ facta fuisset in casibus in qui bus dos socero solui debet.

35 Confessio dotis receptę nulla pręcedente promissione, non fa cit dotem cum pręsumatur ani mo donandi.

36 Rota dubia an fuerit in discer nenda controuersia, an simplex confessio dotis sit facta animo donandi, seu spe futuræ nume rationis, & tandem obseruatur dici animo donandi, & nume ro 37.

38 Renunciatio expressa non recep tæ dotis, & non numeratæ, fa cit vt non dubitetur quod sit fa cta animo donandi cõfessio sub ea concepta.

39 Coniectura donationis plus su menda inter personas prohibi tas donare, quam in non pro hibitis.

40 Dotis nou numeratæ exceptio aduersus confessionem nudam constante matrimonio factã, po test opponi in matrimonio, quod durauit in decennio, & antea in fra duos annos, si vero vltra de cem annos durauerit infra tres menses à morte mariti comput tandos.

42 Exceptio dotis cautæ, & non numeratæ tam per hęredes ma riti, quam per creditores po test opponi.

42 Confessio nuda & simplex do tis receptæ licet non possit sub uerti per exceptionem non nume ratæ dotis si sunt tempora ad opponendum exceptiones efflu xa, potest tamen per exceptio nem simulationis vsque ad 30. annos querelari.

43 Dos confessata nulla præcedẽ te promissione dicitur simulata donatio,

44 Dos confessata tantum quando pro vera dote numerata haben da post lapsum tempus ad oppo nendam exceptionem non nume ratæ dotis.

45 L. assiduis. C. qui potiores, in

verbis, si tamen reipsa fuerint parte mariti, datę declarata.

46 Exceptiones omnes temporales effluxo tempore ad opponendũ de illis, pro non inductis habendæ.

47 Exceptio non numeratæ dotis tantum per creditores mariti opponenda intra tempora intra quæ licuit marito illam proponere.

48 Mutuum ciuile nil à mutuo naturali distat post lapsum temporis ad opponendum contra mutuum ciuile.

49 Confessio semper est illius naturæ, vt rem gestam probet.

50 Confessio de recepto per procuratorem facta, cui erat ddta facultas recipiendi, probat numerationem post biennium.

51 Fideiussor an aduersus principalem agere possit cum sola apoca de recepto debito, per creditorem, cui datus fuit in fideiussorem facta post biennium.

52 Procurator constitutus ad vendendum in pecunia numerata, an vendendo habita fide de pretio cum confessione receptionis pretij, post biennium possit præiudicare domino.

53 Confessio facta super numeratione debiti, seu pretij post biennium, præiudicat tam creditori quam omnibus ab eo causam habentibus, & creditoribus suis; & contra tertium.

54 Administratio generalis, vel libera facultas alicui concessa non continet in se facultatem donandi.

55 Procurator fisci non potest vẽdere nisi in pecunia numerata, & sic dicitur strictior potestas quam procuratoris priuati.

56 Confessio dotis receptæ, cum contineat simulationem donationis inter cõiuges hæcq; concipiatur sub figura dotis confessatæ, post biennium, vel post trimestre poterit retractari.

57 Constitutio nostra nõ trahitur ad dotem confessatam simpliciter etiam si sint effluxa tempora ad apponẽdum de dote cauta non numerata.

58 Confessio de recepta dote in maiore quantitate quam fuerat promissa facit donationem simulatam in illo plus confessato.

59 Confessio dotis receptæ cum sapiat donationem subijcitur regulis loquentibus de donationibus, & sic ad dispositionem de insinuatione ad constitutio. vnicam de donatio. & nu. 60.

61 Dotis confessio simpliciter facta nulla præcedente promissione cum sapiat donationem, dicitur re & persona prohibita, & quare.

62 Confessio dotis nuda non vestita promissione aliqua facta ante contractum matrimonij, vel in ipso contractu inducit donationem non prohibitam ex tunc.

63 Dos confessata absque promissione non habet beneficium, authent. res quę. C. commun. deleg. & quare.

Declaratio qninta ad argumentũ ex 3. tempore desumptũ.

NOn multum distáre videtur à dote putatiua, de qua sub proxima declaratione sumptus fuerát tractatus, dos cõ

fessata

feſſata : cuius tractatus quintam faciet declarationem,an ſcilicet beneficium noſtrę conſtitutionis,in facientibus fructibus mulierum , donec de dote,& ſponſalicio ſit illis ſatisfactum , comprehendat dotem confeſſatam, cum hæc propriè ſub dotis nomine comprehendatur: argumẽto text.in l.pecuniæ,& ibi Bald. C.de ſolution.l.final.de inſtitor. actio.nec mirum,cum confeſsionem pro veritate ſolet ius habere,ad l. generaliter , C. de non numerata pecunia , ſed quia inueſtigatio huius materiæ propter varias interpretum ſententias difficilis ab aliquibus prędicetur , vt per Couárru. reſolut. lib. 1. cap.7. Rolandus conſ.74. volumin.4.ab alijs dubia,vt per Hieronymum Laurent.deciſio. Auenionen.25. ab aliquibus ardua, vt per Riminaldum Senior conſ.216. volum.2.Trentacinq. var.libr.tit.3.de iur.dot. reſolut. 7.in princio,anceps etiam á multis reputetur , Ancharra. quæſt. 32.part.2.Alciat.conſ.332.Ideo non verebor fuſè de illa agere, etſi certior factus ſim,campum dicendi fuiſſe fœcundum , ex quo varij non pauca dixerint, inſigniores autem ex antiquis, & neothericis , Socinus in l. 1. ſoluto matrimonio, à quo ferè omnia licet elegantiori ſtylo recollexit Menoc.in illis pręſumptionibus 12. & 13. libro 3.Antonius Gabriel conſilio 163. Couarru. libro 1.reſolution.cap.7. poſt communes , vt ſunt Bartol. Baldus,Alexander, & alij in l.diuortio, ſoluto matrimonio , Tiraquel. de retract.lib.2.§.4.gloſ. 6.numero 14. Petrus Barboſ. 6. part.l.1.á numero 26.ad nu. 60. Alexader Trentacinq. libro 3. var.tit.de iur.dotium, reſolu. 7. Maceraten. variar. reſolution. libro 2. cap. 48.Mantic. de taci. & ambig. libro 11. titu.20. pauci etiam ſunt Senatus qui de ea quæſtione ius non dixerint , apud Neapolitanum , Afflict. in allegata à ſuperioribus omnibus deciſion. 402. apud Auinionen ſem Hieronymum Laurentium deciſio.25. Florentinum Magonium deciſio.68. apud Sebuſianum Antonium Fabrum in ſuo C.ſub tit.de dot.caut.non numerata, á prima diffinitione vſque ad nonam , ſub quibus ferè vniuerſa componitur huius tractatus materia in Senatu Mantuæ, apud Surdum deciſio.116. & in Rota apud varias deciſiones diuerſor. 3. par. deciſione 485. apud Farinacium deciſ.683. 2. p. in recentiſsimis apud Alex. Ludouiſ.deciſ.67. in princip. Coccin. deciſ.199.& in alijs duabus & demum quę noſtra tulerat Audientia perquire á Fontanela qui curauit recolligere ſummo ſtudio ſub clauſ.14.glo. vna, & alibi paſsim.

Ex omnium relatorum aſſertionibus hæc materia ſub duob⁹ capitibus reſoluitur:vnum &frequentius eſt, quando cõfeſsioni dotis conſtante matrimonio factę , pręceſsit promiſsio , quod quotidie contingit , experimento enim comperimur,ſub pactis nuptialibus(ſuper quibus noſtri pragmatici tria volumina edidẽrũt) dotes promitti regulariter, & poſtea ſubſequitur confeſsio p̃apocas,& alias cautelas,in hoc caſu,quãdo dotis cõfeſsio,correſpectiua emittitur ad dotẽ ꝓmiſſã,omniũ eſt ſententia,veram facere dotem , paucis , vel nullis exceptionibus obnoxiam,purga

tamque

tamque,ab illa exceptione non numeratæ dotis,quam Iustinianus induxerat sub illa l.fin.C.de dot.caut,non numerata, & toto illo tiulo: nec mirum quod hęc assertio sit magis in prăctica recepta,in speculatiua iustificata, & in tribunalibus approbata, cũ pro ea sit tx.ità expressus,vt vix
6 cauillari queat,in l.in contractibus 14.§.sed quoniã,C.de nõ numera.pecun.vbi postquam Iustinianus induxerat limitationem regulę de opponenda exceptione pecunię nõ numeratę intra biẽniũ in depositio & in publicis functionibus,addit tertiũ casum in dote confessata ad metã promissionis sub his verbis;*Illis etiã securitatibus quæ post confectionẽ dotalium instrumentorum de soluta dote ex parte,vel insolidum exponuntur nullam exceptionem non numeratæ pecuniæ penitus opponi*. Quorum verborum sensus, ita indefinitè prolatorũ,nullus alius rectus esse potest, quam supra expositus, vt nulla exceptione submoueri possit confessio dotis correspectiua ad antecedentem promissionem. Nec relato-
7 rum verborum generalitas patitur,vt restringatur (vt aliqui voluerunt)ad maritum & suos hæredes tantùm, nullatenus vero ad creditores confitentis, absq; eo quod incidatur in edictum, l.de pretio, de publicia.in rem action.l.si seruus,verbo non di-
8 cit prętor,de acquir. hæreditat. dictio enim illa,*Penitus*,secũ prę cisam naturã trahit, Ceuall. qui alios allegat in commun. quæs. 828.num.22. Couarr. ad rubricam de testam.p.2.num.21.ver. Decimoquarto, eodem iure igitur vt propriam naturam non perdat, præcisè ad creditores mairti,& omnes dispositionem dirigi certum sit.

Et præmaxime attentà ratione quà hęc fungitur obseruatio,quam illustratam tradit Barbos.d.6.p.l.1. soluto matrimon. 9 num.52.& defensam reliquit ab opugnationibus Felini, nempè quia in isto casu, quando dotis promissio proponitur ante matrimonium, & eo constante fit illius confessio,non potest cõsiderari affectio effrenata mariti in confitendo, ad alliciendam vxorem, cum iam illam habeat obligatam ex promissione, & iam fruebatur optatis nuptijs, & consequenter non est verosimile, quod animo donandi, & ad finem alliciendi vxorem ad contrahendum, confessionem dotis emitteret, vel sub spe futurę numerationis illam faceret, sed præsumitur realis solutio, Afflict.d.decisione 402. num. 2. & 12. Romanus consil.445,Nouel.de dot.p.10.nu. 18. Mascar. de probatio. conclus. 566. num. 10 8. Et sic inuenio placitam fuisse omnibus hanc obseruationem, vt similis confessio cui præcessit promissio pro vera dote habeatur, vt per communes Cin. Fulgos.Salice.& Castren. in d.l. in contractibus,§. sed quoniam, C.de non numer. pecun. Alexã. in l.penul.§.si vir,sõlut.matrim. vbi Paul.Castr. numer. 3. Socin. in l.1.solut.matrim.num. 75. & 95, Craue.cons.44. Cephal.con. 315. num.11.Nouel.de dot. par. 10.num.18.Menoch.præs. 12.n. 53.qui plures recensęt lib.3.vbi ab impugnationibus Socini hãc liberat sententiam Couarr. var. lib.1.c.7.n.6.Petr. Barbos. in rubric.solut.matrimo.6.p. n. 41. & n.50.ver.Sed vt omnia sup.dicta

Anton. Gabriel lib. 3. commun. opinion. tit. de iur. dotium, concl. 4 num. 1. ad fin. quam approbant ferè omnes Senatus, vt per Affic. quem omnes allegant de cisione 402. & ibi lata manu Vr silis Ludouic. decision. Perusina 66. num. 25. Surdus decis. Mantuæ 116. numer. 1. vbi infinitos allegat, & decisio. 55. nu. 5. Pedemontani apud Tesaur. decis. 172. num. 11. & Anton. Faber C. de dot. caut. non numera. diffinit. 1. 3. & 5. Rota Auenionensis apud Laurentium 25. omnino videnda, alia Rota Florentina apud Magon. 68. & pluries
11 Rota Papalis diuersor. 3. part. decisio. 485. num. 1. cum seqq. vbi ait, *nunquam similem confessionem cui præcessit promissio, pręsumi fraudulentam*, & de communi voto inconcusse id Rota seruari testatur Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 11. tit. 20. num. 12. vbi 20. recenset authores eadem Rota apud Alexand. Ludouis. dictum Cardinal. Bononien. decis. 67. n. 2. vbi plura recenset consilia, & decisiones, & tandem diffiniuit Rota apud Farinacium decisione 683. 2. parte, in recentissimis, in vna Ferrarien. dotis, vbi exorditur, dicendo non constare de credito dotis, Siciliæ, ex quo nulla præcesserat dotis promissio, ex nostris Petrus Fontanela, 2. tom. pactorum nuptialium, clausula 14. glos. 1. part. 1. num. 31. cum seqq.

Hanc itaque obseruationem (vt tetigi) non obstante nimia le
12 gis generalitate, & indefinita locutione illius, illam restrictam trahere volunt, ad maritum tãtum, & ab eo causam habentes immediatam, nullatenus ad creditores mariti, quibus obstare minimè posse dicunt similem confessionem tãquam inter alios gestam ad l. sæpe, de re iudicata, Alias aiunt aperiri posse viam fraudibus, qui de facili suboriri possint, & committi per similes confessiones, ad l. conueniri, de pactis dotal. posset enim maritus cum vxore colludere, vt sibi pinguem dotem promittat, vltra vires suas, quam postea maritus confitendo constante matrimonio, creditores suos fraudet, quod esset absurdum, l. nam absurdũ, de collat. bonorum, l. conuentionalam, C. de Episcopis & clericis, *non ita causa dotis priuilegiaria effici debet, vt exinde iniusticia generari possit*, ad c. nuper, de donationibus inter virum & vxorem, §. illud quoque, in authentico de æqualitate dot.

Sed hęc non debent turbidã facere supradictam sententiam
13 à qua non esse recedendum dixerat Socinus d. l. 1. solut. matrimon. in 3. limitat. facultas enim seu timor fraudis mariti non debet vxori noscere, toto titulo, C. ne vxor pro marito animaduersi debent creditores stare, qui contrahunt cum vxorato, cuius bona sciunt obnoxia & hipotecata vxori pro dote, & cũ scierint, vel scire debuerint naturam, & statum illius cum
14 quo contrahunt, imputetur ipsis, qui inaduertenter, & cum similibus periculis contrahunt, l. qui cum alio, de regulis iuris, l. in ciuile, C. de furtis, vnde his non vrgentibus, quãdo dotis promissio prędedit cõfessioni, sicut prefertur

credi-

creditoribus in hypotheca,& talis confessio est capax ad dandã hypothecam, & prælationem,
15 sic etiã ad elargiendum beneficiũ per nostrã constitutionẽ inductum, pro vera, & reali dote facilius exigenda, etiam ad præiudicium creditorum, qui contraxerunt cum marito, post promissionem,& ante confessionẽ,
16 hæc enim retrotrahit obligationem ad tempus promissionis à quo hypotheca inchoauit fuum esse,l.1.ibi: *Non vtique solutionũ obseruanda sunt tempora, sed dies contractę obligationis*, l. potior. 11. ff. qui potior. solitum enim est passim in iure dici traditionem non facere dotem,sed matrimonium,l.3.l.talè,de iure. dotium,nunquam enim circa prælationem hypothecę consideratur tempus solutionis (cuius vicem obtinet præsens de qua agimus confessio,) sed factę obligationis, Bart. in l. Assiduis, C. qui potior.Negusa.in tracta. de pignor.5.part.2.membr. nume.
17 9.Nouel.de dot.par.8. priui.23. Couarr.d.cap.7.nume.6.Barbos. d. 6.par.l.1.nume.52. Afflic.vbi supra nume.10.Boer.decis.330. Hieron.Lauren.decis.25.num. 1.Ioseph. Ludouic. in Perusinis decis.66.num.28.Griuel. decis. Dolan.133.num.25.amplians ad vtrasq; hypothecas siue tacitas dotis,siue expressas,Gracian.discepta. 804. per totã vbi fusse,& docte declaratur per plures casus,& aprime quando matrimonium contrahitur tempore promissionis,& itidem,cap.935.numer. 5. vbi de tacitã hypotheca administrationis trahenda ad tempus susceptæ administrationis,& non ad tempus damni dati.

Hæc autem iuris præsumptio,quæ pro confessione huiusmodi assistit in eius calificatione, vt faciat præsumere veram dotẽ,& solutam,& traditam, & quę non admittat exceptionem non numeratę dotis, iuxta, d.§. sed quoniam, l. in contractibus nõ est ita arcta, & indubitata,vt non possit maritus si vellit, vel
18 illius pos ẽt creditores probare in contrariũ confessionis, eam nempe fuisse metu,vel dolo,vel alia machinatione extortam, vel spe futurę numerationis:hãc quæ facultatem durare triginta annos,vt doctè,aç eruditè more suo eleganti,aduertit Anton. Faber diffini.4.sub tit.C.de dot. caut.non numera.& ante eum, Salicet.in l.assueratio,C. de nõ numer.pecu.& in l.si inter eodẽ Afflic.decis.402.num.12. versic. sed benè ille,qui opponit, quod
19 enim dicitur in d. l. sed quoniã; in isto nempè casu non posse opponi exceptionem non numeratę dotis,hunc sensum habet, vt ea opposita, onus probandi numerationem sit mulieris, prout esse solet,quando exceptio similis opponi potest, vt deduces ex l.1.& l.si ex cautione 3. C.de nõ numera.pecu.non tamen, quod opponens si voluerit probare simulationem, collusionem, seu dolum confessionis, nõ psit vti que,quando voluerit,maximè si fraudãdi creditores animũ fuisse in cõfitente demonstrandum sit,vt ex Salic.in l.si ex cautione n.17.& 23.& ibi Emanu. Acos. 1.limit.n.1.& ex Cabalino Mille loquio 673.aduertit,Barbos. vbi supr.n.33.ver. & constat ex eo, quæ res cũ sit cõiecturalis & prę sũptionib⁹ supposita vt post gl. in authent. sed iam necesse, C. de

donat.

donat.ante nup.testatur ibi Cin. num.5 Bart,num.1. vers. breuiter possemus.Angel.num.7.ver. in glos.penul.Salicet.num.2.Fulgos.num.3.Goçadin.con.28.nu. 26.Campes.de dot.quæst.53.nu. 2.vers.quod verum,Cauarr.d.c. 7 num.7.Mantic.de tacit. & ambig.lib.11.tit.20.num.37.ver.&si maritus,Rota.diuerso.deci.486. num 6.lib.3.Lauren.decis.25.in fin Farin.d.decis.683.nun. 4.latè Maceraten.variar.lib.2.resol. 48.num.3. si vrgentissimè concurrerēt cōiecturę,quæ tales esse volūt interpretes, vt per Lauren.vbi supra Anton. Faber diffinitio.3.sub d.tit.de dot.cau.nō numera.ibi: *Si non contrarijs, & vrgentissimis coniecturis illa iuris præsumptio elideretur*, locutus enim fuerat de præsumptione resultante ex confessione dotis facta,præcedente promissione, nec mirum cum præsumptio cedat probationi, & suspicio veritati, l. si chirographum 24. cum l.seqq.l. Imperatores 29.in fin.de probat. Fontan. vbi supra num.40. cum seqq. nulli dubiū erit,quod eo casu per coniecturas,& præsumptiones indubitatas,probata simulatione,vel colusione,fraude,vel dolo confitētis,etiam si præcederet promissio,non ita confessio faciet veram dotem,interim tamen pendente exceptione pro legitima reputabitur, & interim tenuta cum iure faciendi fructus suos erit concedenda,stante confessione dotis, cum antecedenti promissione debeātq; esse vrgentissimę,cū adductę per Hieronymum Laurentium, d.decisione Auinionensi 25. fuerant pro insufficientibus repulsæ.

21

22

23

Quæ autem sint præsumptiones,quæ deuincere possent hāc iuris præsumptionem de dote confessata cummulatas reperij apud Menoch. dictis præsumptionibus 12.& 13.Mantic. de tacit.& ambiguis d.tit. 20. Rota apud Farinac. d.decis.683.Hieronym.Lauren.decis. allegata 25. Ioseph.Ludouic.decis. Perusina 66.& cum his remissiuè procedendo, solum aduertam lectores ad illam præsumptionē (quā quotidię per manibus habebūt) desumptam ex confessione post multum interuallum emanata, & constante matrimonio facta, quando omne patrimonium viri molle creditorum grauatur, adeo vt vix suficiat, ad illorum solutionem,tunc solent mariti, apochas & confessiones facere quam solent inter partes fraudulentam prędicare, ita Socinus in l. 1. solut. matrim. n. 108. Gosadin. con. 28. n. 26. Nouel. de dot. p. 10. n. 14. ver. nam cū tępore,Vrsi.ad Afflic.d.deci.402. n. 2. Menoch. præs. 12. n. 82. & præs.13.n.29.latè Gracia. qui alios allegat discepta. 984.n.21. cum sequentibus,Rota in recentissimis quas tribuimus Farina. d. decis. 683. n. 15. post Lauren. d. decis. 25. nu. 7. Maceraten. qui alios allegat resol. lib. 2. resol. 48. n. 22.

24

25

Deficiētib⁹ autē validissimis coniecturis, & vrgentissimis præsūptionibus, in contrarium arguentibus, inconuincibili demonstratione,simulationem, & dolum in confessione dotis vestita antecendenti promissione, non erit de hac dubitandū,quin faciat veram dotem, realem & propriam,& consequenter, quo pro ea recuperanda vidua faciat fructus suos & fruatur beneficio

noſtræ conſtitutionis ſicut poti tur alijs beneficijs á iure inductis per ſimilem conceſsionem, quæ non ceſſare per nouam huius pręrogatiuę inductionem ſæpius admonitũ eſt,quod,& nũc ratificamus.

26 Quam obſeruationem ampliabis ad confeſsionem factam in teſtamento per maritum,cuius virtus erit,ſicut illa, quæ facta fuit per apocham , dummodo præceſſerit promiſsio, prout quotidie videmus maritos in vltimis diſpoſitionibus confiteri dotes promiſſas fuiſſe ſolutas, has quidem confeſsiones teſtamentarias,veras facere ſolutiones, cum priuilegijs, l. aſsiduis, & conſequenter noſtræ conſtitutionis omnes tenuerunt, nec dici poterit tunc emiſſas confeſsiones ſpe futurę numerationis, nec animo fraudandi, ſi enim talis animus dicitur purgatus in confeſsione inter viuos,cui præceſsit promiſsio , & conſtitutio (vt dixeramus)multo fortius in confeſsione facta in vltima voluntate,& mortis tempore,quo
27 caſu plus præſumitur de teſtatore non mentiri,ſed confeſsionẽ facere in animę exonerationẽ, & ſuæ cõſcientiæ ad notata per DD. in cap. parochiani de ſepulturis,Felin.in cap. ſi cautio. num.25. verſ.Quintus caſus , & nume.17. de fide inſtrumentor. Gracian.qui de deciſione Rotæ
28 diſcepta.116.num.52. in vltima enim voluntate fraus nunquam præſumi ſolet,ad l. alienare de aliena.iudic.muta.cauſ.fac. Imo. l.is qui,num.3.de vulgar.Cardi. Mantic.de coniectur.lib. 10.tit. 4.nume.1.nullus enim moriens præſumitur immemor ſalutis æternæ,l.fin.C-ad l.Iul.repetun. facit. l. hac conſulatiſsima. ver. At cum humana fragilitas,ff.qui teſtam.facer.poſſunt, & ſic dicebat,Bart.in authen.minoris debitor,n.12.C. qui dar.tuto.& curator.poſſũt voluntatem teſtatoris omnem tolli fraudis ſuſpicionem.

29 Hoc autem ita intelliges,quãdo maritus dixiſſet ſe recipiſſe dotem promiſſam,& conſtitutã in pactis nuptialibus,ſeu in contractu matrimonij.Secus autem quando maritus in teſtamento, per modum legati reliquiſſet vxori dotem,certa quantitate expreſſa , de cuius cõſtitutione nõ conſtaret,tunc enim talis confeſsio non probat dotem,ſed legati petitionẽ inducit , ad l.3.C. de falſ.cau.adiecta , §. ſed ſi vxori, inſtitu.de lega. & in iſto caſu
30 nullum priuilegium dotale erit conſiderandum,neque in præſcriptione, neq; in tacita hypotheca necin ſtipulatione,nec in tenuta noſtra,nec in aliquo alio priuilegio,vltra competenti legatario cuilibet,& tunc ſimilis confeſsio teſtamentaria,non minus operatur ex die mortis teſtatoris, quæ operatur confeſsio facta de dote,nulla præcedente cõſtitutione,conſtante matrimonio,quæ cum non poteſt peti niſi tanquam donata, vt mox dicemus ex Couarr.lib.1.var. cap.7. num.4.verſ.ſecundo hinc appareret,& ex Rotali deciſsione,& alijs:ſic etiam hæc legata dos nõ poterit exigi niſi tanquam legatum ad quod induces tex.in l.is qui in poteſtate, in fin. principij.iuncta l.1.& ibi glo.verbo dotis nomnie,de legat. præſtan. & in l.virilis,verſ finali eodem titulo l.1.§.1.verſ. & ſi dotem de dot. prælega. & in his terminis

venit

venit intelligenda communis interpretum traditio circa dotē confeſſatam in teſtamento, vt iure legati,ſeu fideicommiſi petatur,ex Felin. in cap.ſi cautionum.75.de fide inſtrum. Socin. in d.l.1.ſolut.matrim.nume.88. Angel.l.generaliter,num.9. veran tamen iſta confeſsio,C.de nō numera.pecun. Bald. Nouel de dot.priuil.78.num.4.6.part.Rip l.fœminę,nume.35.C. de ſecun. nup tanquam cōmunē Pha n.de inuentar.part.7.nume.119. poſt Bart.in l.cum quis decedens,§. codicillis,de lega.3. & in l. Lucius,§.maritus ad Trebel. Crau. conſ.956.Gom.variar.reſol. lib. 1.cap.12.nu.81. Simon de præt. de inter.vltim.vol.li 2.interp.2. dub.2.ſol.2.n. 160. qui omnes intelligūt etiā ſi in nudis terminis confeſsionis teſtamentum remaneat,vlterius non legando,nā aduch vim legati talis obtinet confeſsio ex d.l.Lucius 2.§. quiſ quis 2.de lega. 2. vbi gloſ. Bart. Bald.Alberi.Caſtren.& Imol. & alij cummulati per Gracian.diſcepta.116.num.41. cum ſequentibus,& in his terminiseſt intelligenda traditio CardinalisMātic.de tacit. & ambig. conuen. lib.11.tit. 20.nu.22. quem citat etiam,Petr.Fontan.de pact.nup. clau.14.gloſ.vna,part.2.num.24. vbi ait multo magis præſumi donationem ex confeſsione facta in teſtamento:locutus enim fuerat Cardinalis ex num.19.de cō feſsione dotis receptę, abſque aliqua promiſsione precedēte, conſtante matrimonio, ex qua donatio inter coniuges orieba-
tur,& ſic loquente, ſub d.num. 22.ſub continuato ſermone,per verba illa multo magis,eſt intelligendus de confeſsione teſta-
31 mētaria,cui nulla præceſsit promiſsio,ſeu dotis conſtitutio. Et manifeſtum fiet ſi ponderes iura adducta per Manticam d. loco, quę ſunt,l. qui teſtamentum,de probatio.& l.cum quis decedēs 35.§. Titia.de lega.3. loquuntur enim de confeſsionibus debitorum inter perſonas prohibitas legari,& cum doctrinæ Doctorum regulentur à iuribus allegatis in doctrinis,iuxta Bart.doctrinam,l.non ſolū. §. liberationis de libera legat. Rolan. conſ. 34.nume.22. cum alijs allegatis per Macera.lib.2.reſol.48.num. 10.ſic Mantica loquendo de cō feſsione per quam inducitur donatio inter coniuges,& hæc cauſari non poteſt tacitè,niſi per dotis confeſsionē,cui nulla præceſſerat promiſsio, ita eſt intelligēda obſeruatio de cōfeſsione teſtamentaria nuda, abſque alia conſtitutione.

32 Sic intelliges etiam deciſionem illam Surdi 285.iuxta conſilium eiuſdem 169.qui cauetur confeſsionem dotis receptę ſuſtineri in vim legati,ſi in teſtamento fiat,vt intelligatur ſi nulla præceſſerit promiſsio,vel cōſtitutio, ſic colliges ex verbis quibus concipitur caſus deciſionis,ibi: *Non quidem ex cauſa dotium,quia de conſtitutione,& ſolutione non apparet, & ea confeſsio facta in teſtamento non probat verum debitum*,& paulo inferius referendo doctrinam,Bart.ait deciſio ſub his verbis. *Non poterit vxor eueniente caſu reſtitutionis dotes prædictas retinere,ſi aliter eas non probat,quam ex ea viri confeſsione.* Ex quibus reſultat ideo nouercę non fuerunt dotes aſsignatę iure dotis,ſed iure legati,quia aliàs non conſtabat

de promiſsione dotis,& ſic iure legati fuerunt quantitates dotis aſsignatæ.

Ex his etiam cauendum eſſe puto á nimia generalitate tradita á Petro noſtro Fontanella in
33 allegata clauſ.14.gloſ.1. part. 2. num.23.etiam ſi illam roboratã & illuſtratam adferat Regijs obſeruantijs ſub eadem obſeruatione dotis confeſſatæ & receptæ in teſtamentarijs diſpoſitionibus, vt tranſeant in vim legati, vt reſtringatur tantum ad confeſsionem dotis nudam,nec veſtitam aliqua præambula promiſsione,& conſtitutione, cum enim (vt iam dixi)dicta Doctorum intelligi debeant ſecundũ deciſiones quas allegant,allegãdo deciſionem Surdi, & Cardinalis Manticæ,quos loqui dixeramus in ſimilibus confeſsionibus teſtamentarijs nudis; abſq; precedentia promiſsionis, non dubito quod de his voluerit autor tractatum adnectere, in illis enim confeſsionibus dotiũ teſtamentarijs, quibus precedunt conſtitutiones,& promiſsiones, nullum dubiũ eſſe poteſt, ſicut nec diſcrimen aliquod reperiri inter eas,& quæ fiunt conſtante matrimonio,de quibus diximus veras dotes facere, & realiter ſolutas & numeratas inducere, elargiendo eiſdem omnes prerogatiuas quas ius elargiri ſolet veris dotibus numeratis,& realiter ſolutis, & cum illis hãc noſtram conſtitutionalem faciendi fructus ſuos.

34 Quod nedum intelligo in cõfeſsione teſtamentaria á marito facta, ſed in ea quæ facta fuit p ſocerum mulieris,& patrẽ viri, in terminis in quibus receptio dotis poſſet fieri per ſocerum, qui omnia bona ſua filio ſuo donauerat in capitulis nuptialib⁹, retento vſufructu, & cum onere ſuſtentandi nurum,filium, & familiam eorũdem, vt quotidie videmus in matrimonijs contractis per filios familias, de cõſenſu parentum ſuorum, & omnes in aſſecuratione dotium veniũt· nam quemadmodum in iſto caſu ſoluendo ſocero dotem, mulier veram conſequitur liberationem,ad l.ſi is qui Stychũ 57. ver,ibi dos,ff.de iure dot.vbi Pinel. de quo Cauaican. de vſufructu,num.190.ſic confitendo receptionem ſocer, in ſuo teſtamento, veram faciet ſolutionẽ? nec poteſt obijci vxori, & eius hæredi,curſolutio fuerit ſocero facta: argumento l.ſi extraneus, 53.de iur. dot. faciunt notata per Bartol.in 2.q.& Alex. nu. 7. in l.ſi cum dotem, §.tranſgrediamur,ſolu.matrim.

35 Secundum vero caput principale ſub quo reſoluitur hæc materia confeſsionis dotis, eſt, quando confeſsioni dotis factę conſtante matrimonio, nulla præceſsit dotis promiſsio, ſeu conſtitutio,& nuda fit cõfeſsio, iunc iſto caſu quidquid controuertatur apud interpretes, an ſub ſpe futuræ numerationis,an vero animo donandi emanata fuerit, hoc erit indubitabile,ſimilem confeſsionem non facere veram dotem ſolutam, nec realem numerarionem inducere,nec probare, nec per eam priuilegia dotibus elargita conſequi, quia nunquam ad probationem veritatis induci pro certo habent ex Gabriel.conſ.162.nu. 20.& ſæpius tenuit Rota apud Veral.in manuſcriptis deciſ.12. lib.1.Paleot. deciſ.594.libro 3.

Mantica

Mantica de tacit.& ambig.conuent.lib. 11.tit.20.num.20.& cõ sequenter siue cõfesio ista simplex nuda,nec vestita aliqua p. missione precedẽte, dicatur spe futuræ numerationis facta vt aliqui& multi voluerunt, quos cũmulat Ceuall. contra commun. 432.Petr.Barbos. in 6.part. l. 1. num.30.solu.matrimonio,adeo quod Anton.Gabriel.d.consilio 163.discernere nõ poterat quænam sit communior opinio, & 36 Rota anxia fuerit in ea discernenda,vt videbis apud Coccin. decis.451. in vna Spoletana dotis,vbi postquam in istam venerit sentẽtiam, vt scuta mille per maritum Guidobaldum cõfessata in pactis nuptialibus,sub simili spe futuræ numerationis,fuerint in confessionẽ deducta, ita vt post decennium excluderet facultatem querelandi de dote non numerata,iuxta terminos l. fin.C.de dot.caut. non numera. vel intra tres menses post mortem mariti, iuxta terminos authentic.quod locum, C.eod.tit. postea contrariam mutauit sententiam in eadem causa sub decisio.499.quæ est penultima ex recollectis per eundem Coccin. & sub eadem Spoletana dotis, iterum repro posita in Rota sub die 15.Ianuarij 1609. & recedẽdo á decisis sub d.decis 451.cẽsuit saltem in parte qua fuit dictum, confessionem præsumi facta spe futurę numerationis, & non animo donãndi, vbi Coccinus profitetur se nõ bene percepisse mentem suorum respõsalium, ipso existente ponente, in firmanda hac sententia, & licet in dicta decisione non canonizatur contraria sententia, vt præsumatur, & dicatur similis nuda confessio animo donandi emanata,pluries tamen ante, & post dictam decisionem Coccini video in Rota canonizari, & in diuersis alijs Tribunalibus,& sub diuersis decisionibus obseruari vt sit animo donandi facta, vt in recentissimis per Farinac. 2.part.decis.683.num.2.& apud Alexand. Ludouis. decis. 67. & idem antea apud Puteum decisione 55.num. 8.& 3.part.diuersor.decis. 485. & itidem in vna Ferrarien.dotis apud Burattum 4.Madij 1615. de qua Gracian. discepta.foren.693.num.11.vbi pluribus cummulatis dixit hãc communem idem in Senatu Perusino,vt apud Ioseph. Ludouis. decis.66.nume.2. in Mantuano apud Surd.cons. 489. num.1. & reperio Doctores excellentioris doctrinę in hanc veniisse sententiam, vt talis confessio dicatur emanata animo donandi, vt contra Imol.& Ioan.Andrę.Aretin.l.1.§.creditum, num. 28. de rebus credit.vbi allegat l. quod de suo,& l.1.C. de donatio.ante nupt.vbi doctrina Bart. num.5. de communi & magis communi, Alexand.cons.45.num.6.libr. 1.& cons.142.num.4.lib.5. Socinus l.1.num.101.solut.matrimo. & cons.79.num 1.lib.4. à quo fere omnia sumpsit Menoch. præsump 12.lib.3.num.57.& 66.vbi ait,difficile sibi videri ab hac recedi sententia,late Barbos.6.p. l.1.solut.matrimon. a num.29. vers.Sed si constante, Cardinal. Dominic.Tusch.verbo, Dos cõfessata,conclu.748.nu,103.

Conquiescat igitur interpretum altercatio, an animo donã 37 di, an spe futurę numerationis facta præsumatur, similis dotis confessio, cui nulla præcesit

pro-

promiſsio, poſt dictas Rotales deciſiones, & illis vrgentibus, non dicatur ſub iudice litem fore, prout ante eas Anton.Gabr' in ſuo allegato conſilio 163.firmauerat,& aprimè,in confeſsionibus ſimilibus,quæ hodie practicantur contentis ſub apochis de recepta dote,in quibus renũ
38 tiationes dotis non habitæ, & non ſolutę,regulariter concipiũtur, quæ ceſſare faciunt præſũptionem futuræ numerationis, propter repugnantiam,& cõtrarietatem inter ſimiles renuntiationes, & ſpem numerationis, quo caſu obſtabit regula l. vbi repugnantia,de regul.iur. ſic limitando Imol.in l. ſi conſtante, in princip col.fin.ſolut.matrim. vbi Curci.2.lectur.Socin.l.1.eodem num.100.tenuit Couar. d. cap.7.num.4.Gom.l.50.Tau.nu. 52 Barboſ.d.6.part.l.1.num.32. verſ.Et facit pro illis, & nu. 36.
39 ver.Et quia verius. Et conſequẽter ſimilis dotis confeſsio dicatur facta animo dõnandi, cum facillimè præſumatur talis animus,in iure inter perſonas ſuſpectas,& donari prohibitas, ad l.qui teſtamentum 27.de probatio.l.vir 54. de donat. inter vir. & vxo. in quo caſu cum dos iſta cõſequatur titulo donationis, ad qua nulla dotis prerogatiua adaptari poſsit, fit cõſequẽs nec in ea dari beneficiũ noſtrę conſtitutionis,cum hoc niſi in vera dote,& ſponſalicio elargiatur.
40 Et poſita hęc ſententia pro vera,& extra cõtrouerſiam, fiet vnum certum, quod quando ſimilis dotis confeſsio reperitur facta conſtãte matrimonio,nulla precedente promiſsione, poterit ſubuerti per querelam dotis non numeratę,intra tempora legitima ad dicendum de nõ numerata dote, infra biennium nempe,ſi matrimonium contingat diſſolui infrà decennium,ex regula l.fin.C.de dot.cau.nõ numera.vel poſt decennium infra tres menſes poſt mariti mortẽ, ad terminos authent. quod locum,C.eod.tit.Et hoc remedio
41 vti poterunt creditores, vel hęredes mariti tanquam ordinarium ad regulam l.in cauſę 25. de minoribus. Poſt tempora vero prędeſignata,biennij, & triũ menſium, poterit remedio extraordinario querelari ſimulationis nempe,quę quidem ſimu
42 latio oritur ex tali confeſsione, ex quo fuit facta animo donãndi(vt dixeramus)ſit conſequens vt ſit ſimulata donatio,ex cõtra
43 ctu dotis ad contractum donationis,Bart.l.2.§.creditum,nu.5. ver.Et iſta vera ſunt, de reb.creditis, Alexand.conſ.142.num.6. lib.5.Campeſ.de dote,part.1.q. 53.num.3.Couarr.d.cap.7.nu.4. ver.Secundo hinc apparet, Farinac.d.deciſ.683.num. 3. & cum exceptio ſimulationis ſit perpetua,iuxta gloſ.in l.ſi ſub ſpecie, C.de poſtulatio.vbi Bart.num.1. inde fiat,vt cum nõ ſit locus exceptioni ordinariç, dotis nõ numeratæ,quę fuit temporalis,fiat locus perpetuæ ſimulationis, quę poteſt quandocumque opponi ex Socin.in d.l.1.ſolut.matrimon.num.102.limitat.2.ver. Ad contraria,Gozadin.conſ.28. num.2.verſ.Octauo,Couar. d.c. 7.num.4.ver.Quarto,Menoch. d.preſump.12.nu.34.lib.3. poſt Bald.l.vna, C.de priuileg dot. Aretin.§.fuerat.num.15.inſtitu. de action Surd.conſ.489. nu. 4. Mantic. de tacit.& ambig. libro 11.tit.20.numer. 25. Rota apud

Farinac.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Farina.d.decis.683 num. 11. & apud Alexan.Ludouis.decis. allegata 67.num.6. sub his verbis. *Non obstat lapsus biēnij, quia illud benè tollit, vt non possit dari de non numerata dote, non autem quod nō possit oponi dessimulatione.*

Nec huic obseruationi quicquā officere poterit,illud, quod 44 apud interpretes præmanibus habetur in subiecta materia dotis cautę,licet non numeratæ,vt pro vera, & realiter soluta habeatur,nec cauta dici queat post lapsum tempus à iure præfixum ad dicēdum de non numerata, quod probant, ex l.1. C. de dot. caut.non numera.vbi mulier agens ad dotem,virtute confessionis maritalis, tunc demū admittenda,si probauerit realem solutionem,postea lex finalis eiusdem tituli necessitatem illā probandi numerationem inductam in d.l.1.abdicauit post biē nium Igitur lapsus biēnij realē solutionem facit, & 45 sic veram dotem & realem appellat Iustinianus, licet cauta tantum sit, post lapsum temporis in § si autem 1.vers. vbi enim in authen. de tempor.pecun. non sol. sup. dot.colla.7. quem text. pro hac re esse clarum,alijs adductis, tenuit Bruno. à Sole in suo compen.iur.resolut. verbo Dos confessata.Et sic intelligunt, tex.in d.l.assiduis,C.qui potior.in parte illius qua inducitur pro obtinenda hypotheca cum prælatione realis dotis solutio, ibi *Si tamen re ipsa fuerint parti mariti date*, quæ verba nullum alium sensum directum pati possunt, quam innuere, vt tunc demum decisio textus vigeat,si realis, & vera dotis solutio fuerit subsecuta.Et tamen idem obseruari cō-

stat, si dos fuerit sub confessione,post lapsum tempus ad opponendam querelam non numeratę dotis,ex doctrina Bart. in d.l.assiduis,numero 11.C.qui potior.

Illustratur hæc traditio ex his 46 quæ obseruantur ferè in omnibus temporalibus exceptionibus, vt effluxo, & lapso tempore quibus quis vti permittit ius,pro non inductis habeantur. Ad quod probandum non pauca sunt in iure exempla.Habes 47 vnum in l pen.C.de non numer.pecun. vbi mariti creditores, qui contraxerunt post dotis promissionem,possunt oppo nere exceptionem non numer dot. intra illud tempus, quo licuerat marito opponere, nullatenus vero post tempus quo marito nō licuisset, vt insinuāt verba d.l.penunl.ibi:*Si cui non numeratæ pecuniæ competere possit exceptio, & eo superſedente tali auxilio vti*, & paulo inferius, ibi: *Eius cui competit huiusmodi, exceptio* Couarr. d. c.7.n.6.& quæ antea dixerat in practi.c.15.n.4. 48 Aliud video exēplū in traditis& aductis pCur.in l.1.§.creditū n.19 de reb.cred.aserētē inter mutuū naturale,& ciuile nullā reperiri differētiā, quādo contra ciuile, nulla opponi potest exceptio, post lapsū bienij,temporis enim efluxio,mutuū ciuile,in naturale cōuertit, quia cōfessio est illius naturæ, vt rē gestā probet ad l. 49 pecun.9.C. de solutio. iuncta.l. Publia,§.fi. depositi vbi cōfessio super depositō,emissa,facit depositū verū,& naturale, etiā si reale nō fuerit, nā cū lex præsumat pecuniā verè fuisse depositā tēpore cōfessionis,ob lapsū tēporis legis præsūptio facit veritatē.

Sic

Sic ex eodem Curtio in § creditum.numer.24.confeſsionem
50 de recepto factam per procuratorem,cum facultate recipiendi conſtitutum,poſt biennium,prę iudicare domino,& per eam debitorem conſequi efficacem liberationem, cum illa confeſsio probet realem ſolutionem, nec dici poterit procuratorem fines mandati exceſsiſſe, licet contrarium tentauerit,Bart.in d.§.creditum quẽ, ſequiturSocin. Iun. conſ.57.part. 2. quod omne fecit lapſus temporis.

51 Eundem effectum inducere lapſum tẽporis exiſtimauit Didac.var.lib. 1.cap.7.num.6.in fideiuſſore producente apocham de recepto,per ſolam confeſsionem in ea factam, per creditorem,cuius vigore,non minus fideiuſſor aduerſus principalem experiri poterit,quam ſi veram, & realem ſolutionem contineret, dummodo biennium ſit elapſum,Iaſ.qui contra Bartol tenuit in l.duobus reis, in prin. de iur.iuran.quem dicit comun.ſecũdum Craſ.lib. com. opin. con cl. 11.fol.83.lib.3. faciunt dicta per Bart.& alios in l.ita ſtipulatus in §. Griſogonus de verbo. obligãt.

Ex eiſdem etiam dubiam dixerunt ſententiam Bart. in l.à diuino Pio,§.ſed ſi emptor.nume. 6.de re iudic. qua docendo firmauerat, procuratorem cõſtitu
52 tum ad vendendum in pecunia numerata, non præiudicari domino,ſi habita fide de pretio,cõfiteatur receptionem illius, ex quo dici potuit non ſeruatam formã mãdati,quæ fuit reſtrictã ad numerationem prętij, cum aliud ſit canfiteri (vt Bartol.ait) aliud recipere, ad l. 1.§.quod ſi in lite,& in §. ſi mutuam in fin. ff.ſi quid in frau.patro. Ex ſupra dictis enim confundi hanc ſententiã exiſtimarunt, poſt biennium emiſſę confeſsionis, cum,
53 hæc, non ſolum contra confitentem probet realem ſolutionem,ſed contra tertium, ad l.fi. C.de inſtito.action. vbi Inſtitoris nauis confeſsio probat contra dominum Carinę,ſeu nauis, & in l.2.C.de annal. pręſcrip.vbi confeſsio procuratoris fiſci probat realem ſolutionem contra fiſcum,l.Lutius,§. tutelę de adminiſtra.tuto.Bart.l. ſi procurator, §. fin. de iur. fiſci nam, & ſi hæc iura loqui videantur in diuerſis terminis, nempè in procuratore fiſcali, & tutore, cui libera eſt facultas adminiſtrandi. Nihilominus tamen, fortius
54 probant inſtitutum cum in generali, & libera adminiſtratione non eſt facultas donandi ad l.cõtra iuris 29.§.ſi filius de pac. not.Dec.l.pactum curatoris, n. 2.C.de pact.Alex.conſ.22. num. 8.Pinel.l.1.par.3.nume.56.C.de bon. mater. & á fortiori,ſi in alio caſu confeſsio procuratoris fiſci nocet fiſco,cõfeſsio procu-
55 ratoris priuati huic nocere poterit,cũ huius facultas amplior eſſe dicatur,quã procuratoris fiſcalis,qui nec vẽdere poteſt niſi in pecunia numerata,nec habita fide de pretio tãtum,ſicut poteſt priuati procurator,ad l.ſi procurator de iur.fiſci,l.1. l. ſi inſtrumenta,C.de fide inſtrumen.lib. 10.l.1.C.ne fiſcus,&c. Bar. l.á diuo Pio,§.ſed ſi emptor.n.3.de re iud.Iaſ.& Dec.in d.l.2.§. creditum de reb.cred.gloſ.Bal.& Salice.in l.ſi cum venderet, C.vbi cau. fiſca.alios cũmulat Peregr. de iur.fiſci lib.6.tit.4 n.9.

Non igitur hęc omnia obtinere poterūt, licet enim in his casibus, lapsus, seu temporis effluxio faciat actum verum & naturalē, & inducat tacitam renunciationem exceptionis non numeratę, vt exinde similiter dos sic cauta, talē nomen perdere videatur, & assumere nomen verè, & realis dotis post biēniū, vel trimestre respectivè (vt supra diximus) & consequenter tanquam dos vera fruatur omnibus prærogatiuis, priuilegijs, & immunitatibus, á iure similibus dotibus concessis, quia tamen sub ea specie confessionis, simulatur donatio inter coniuges prohibita, sub figura confessatę dotis, & hæc simulationis exceptio, tanquā perpetua possit quandocumque opponi, fit verum & indubitabile, similem dotem confessatam, cui nulla præcessit promissio, seu cōstitutio, etiam post quemcumq; temporis cursum, nullo modo pro vera & reali dote ęstimari, sed pro donatione habendam fore, & cum in donatis cōstitutio nostra non loquatur, nec suam dirigat dispositionem, fiet plusquā certum, ad eam non trahi, sed in nudis terminis dotis verę, & realiter solutæ remānisse. Quæ sunt animaduertenda ad viduas, quæ quotidie producunt apochas de recepta dote, nullis edoctis promissionibus, & dotium constitutionibus, vel si fidem faciunt de conuentionibus, confessiones fiunt in plus quam in constitutione dotis fuerat enunciatum, vt supradicta vigeant, & intelligantur, in illo plus in confessione deductum, quam fuerat in stipulatione conuentum.

Ex his erit animaduertendū, quod ex quo similis nuda dotis confessio transeat in contractū donationis, subijciatur omnibus regulis, legibus, & statutis, loquentibus de donationibus inter cōiuges, cum prohibitionibus & cōcessionibus in iure cautis ad donationes similes: & consequenter si talis confessio sine constitutione antecedenti, excederet summam quingentarum librarum, vel excederet maiorē partem patrimonij mariti confitentis, esset insinuanda in libris insinuationum, & donationum, in capite vicarię, iuxta tenorē constitutionis vnicæ, de donationibus, incipientis, *per tolrre*, aliàs si fieret vltra formam ibi præscriptam. supponeretur illis exceptionibus quibus suppositæ sunt cęterę donationes purè, in dictis quantitatibus, vt sic dici possit de simili cōfessione, ratione rei, & ratione personę, dici prohibitā, ratione rei, quia excedit quātitatem, & ratione personę, quia fuit inter coniuges, ad titulum, ff. & C. de donationib. inter vir. & vxorem, vt ex Salice. in l. donationes quas parentes, num. 3. vers. Item nota, C. eodem, Soci. l. 1. soluto matrimon. nume. 97. ratiocinata est Rota in allegata Farinac. decis. 683. nu. 10.

Item quod si hæc confessio dotis nuda, fieret ante cōtractū matrimonij, aut in ipso cōtractu & consequenter in tēpore non prohibito, vt notatur in l. 1. C. ā dona. ante nup. valeret iure donationis ex tunc, ad exclusionē creditorum, qui contraxerunt post emissam illam dotis confessionem, est notabilis pro ista sententia & perelegans Antonij Fabri diffinitio 3. sub tit. C. de dot cau. non numera.

63 Ex hac tandem obseruatione fiet vera illa tradita per Iason. in authentica res quæ, C, communia delegatis, fallen. 9. quem sequutus est Palac. Rub. in rubrica de donationibus inter virum & vxorem. §. 15. vt dispositio illius authenticæ, non comprehēdat dotem confessatam sub hac specie, nam præter quod moti fuerūt autoritate glos. in authent. de restitut. & ea quę par in vnde. mē. ex quo vsa est verbis, *quem acceperit*, vt sic dotem confessatam, voluerit excludere, ex quo non potest dici verè accepta, sub qua qualitate authentica fuerit concepta. Nihilominus tamen ex quo nulla alia ratio reddi potest quam quę ex supra adductis colligi potest, nempe quod ex quo talis confessio inducat donationem, quæ nullo iure sustinetur inter coniuges in rebus fideicommisso subiectis. Nil mirum si non cadant sub dispositis, & permissis in authentica fauore dotis, sic post Iasonem, & Palacium Rube. ex Beroio consilio 116. numero 25. libro 2. obseruauit Mantica de tacitis & ambig. lib. 11. tit. 20. nu. 38.

Notabilia ex sexta declaratione, ad argumentum ex 3. tempore desumptū.

1 *Vsumfructū consequitur mulier vidua in bonis mariti tantū quæ sunt & dici possunt propria realiter & verè mariti.*

2 *Verba legis sunt in naturali sensu accipienda, & sic verba cōstitutionis nostrę propriè intellecta est de bonis quæ sunt propriè mariti intelligenda.*

3 *Genitiuus casus importat verū dominiū illius in quē dirigitur.*

4 *Iurisdictio concessa sub genitiuo non de legata, sed de ordinaria intelligenda.*

5 *Verba constitutionis nostrę per genitiuum concepta tam in tenuta, quam in iure faciēdi fructus suos.*

6 *Relatiuū illorū, seu eorū quā relationē faciat, & quid importet.*

7 *Dictio* illud, *quid importet.*

8 *Relatiuum inducit repetitionem qualitatis cum expressa mentione cum relato. Referens semper est in relato cū suis qualitatibus.*

9 *Expressa per relationem dicuntur exprimi in specie.*

10 *Ius percipiendi fructus competit viduis post annum luctus, de quibus voluit possessionē transferre.*

11 *Bona subiecta fideicommisso an venire possint sub vsufructu nostri tex. late discutitur cū pluribus sequentibus vsq; ad nu. 26. contra n. 27. vsq; ad nu. 76. vbi conclusio quæstionis.*

12 *Bona subiecta fideicommisso purificata conditione*, post mortē, *grauati: mariti nullo modo possunt dici propria mariti, sed tā quam ęs alienum æstimanda.*

13 *Verba legis vbi deficiunt, ibi dispositio deficere debet.*

14 *Qualitas adiuncta verbo, intelligenda secundū tēpus verbi.*

15 *Vsus fructus à lege delatus nunquam percipitur ex bonis fideicommisso suppositis.*

16 *Pater habet vsumfructum in bonis filij aduētitijs, etiāsi filius*

viuo patre decedat.

17 *Si autem sunt vinculata mortuo filio veninnt bona ad fideicõmissarium, nec vltra pater habet vsumfructum.*

18 *Bona soceri sunt hypothecata pro dote nurus nõ tamẽ in illis faciet fructus suos, & nu. 19.*

20 *Consequentia non admittenda bona sunt hypothecata pro dote, ergo domina dotis in illis faciet fructus suos post annum, & melius nnm. 74.*

21 *Vsusfructu omnium bonorum legato nullatenus vsusfructus bonornm subiectorum grauamini comprehenditur.*

22 *Argumentum de testamento ad legem.*

23 *Doctores tenentes bona fideicõmisso subiecta nõ venire sub vsufructu nostri tex. recensentur.*

24 *Maritus an beneficiũ ne egeat consequi possit sub bonis restitutoris remissiuè.*

25 *Rationes Olibani in quæstione proposita de non admittenda vidua ad ius faciendi fructus suos ex bonis fideicommisso subiectis, an concludant.*

26 *Inuecta, & illata in domum cõductam, quę sunt vinculo subiecta, an possint pro mercede domus vendi.*

27 *Doctores recensentur tenentes bona fideicommissi teneri pro vsufructu viduæ. Et nostrates dici in hac materia pauci, & malę concordati, & numero 28.*

29 *Obseruantia Aragonum circa viduitatem concedendam in bonis vinculatis quomodo intelligenda.*

30 *Retardari, an dicantur mulier, ad matrimonia non datis tenuta, & vsufructu in bonis vinculatis, vt voluit Molinus.*

31 *Mulieres sunt facundæ, & adiuuandæ, non vt lucra capiẽtur. sed ne damnum patiãtur in dotibus.*

32 *Dos sicut priuilegiatur in sorte si etiam in fructibus æque priuilegiata, & num. 35. melius, numer. 38.*

33 *Donatio propter nuptias tunc priuilegiatur, vt dos ipsa, quando ob securitatem dotis fuit inducta.*

34 *Authentica res, quę, C. commu. delega. expenditur, & declaratur, quam non facit cessare inductio noua textus nostri.*

36 *Plus, quando contineat minus eo ipso, quod conceditur, & inducitur plus.*

37 *Prohibita computatione fructũ in quartam, an possit dici prohiberi non posse Trebelianicam.*

38 *Fructus dotis, an ad paria iudicãdi cum sorte ipsa, & antea, n. 32. tam quoad hypothecam, quã prælationem, & melius, nu. 72.*

39 *Vsurę seu interesse quando fuut permissæ, & permissæ ab vnopricipio cũ sorte, tũc par debet esse ratio melius, nu. 72.*

40 *Beneficia nostræ constitutionis inducta in contumatiam hæredum mariti non soluentium dotes in anno legali.*

41 *Dictio,* fins a tant *latine* quo usque *quid significet.*

42 *Clausula,* quousque sit satisfactum *quid inducat remissiuè.*

43 *Hęredes mariti non soluendo dotes in anuo sub pœnis nostri tex. visi sunt quasi contrahere cum vidua super interesse.*

44 *Plus à lege inductum non comprehendit minus, quando verba legis deficiunt in minus, & non in plus.*

45 *Minus non comprehenditur*

in plus in exorbitantibus. Nec quando diuersa est ratio in plus quam in minus, nu.46.

47 Ratio diuersitatis inter plus & minus respectu dotis & vsus fructus, & tenutæ, est diuersa, & in quo consistit, nu.48.& melius nu.54.

48 Olibanus noster impugnatur in supra dicta ratione assignata.

49 Mulier an ex quo agit de damno euitando in dote experire potest ad bona vinculata, & non in vsufructu, quia agit de lucro captando, vt voluit Olibanus.

50 Lucra non capere, & quæsita perdere quando àpari proccdãt.

51 Constitutio nostra æqualiter procedit in viduis priuilegiandis tam in lucris quærendis, quã in damnis euitandis, & quomodo demonstratur, & nu.53.

52 Mulier agens de donationibus propter nuptias dicitur agere de lucro captando.

L.assiduis 12.in finalibus verbis expenditur & declaratur.

53 Constitutio nostra erogãdo sua beneficia pro sponsalicio, fouet mulieres pro lucro.

55 Ratio posita & assignata per authen.res quę, C.com.delegat. an sit causa finalis, vel impulsiua.& in quo consistat ratio finalis, nu.56.& n.70.

57 Bona subiecta restitutioni, vt causa dotis alienari possint cõsistit in verosimili mente disponentis.

58 Mens verosimilis seu præsũpta disponentis considerata, in alienationibus permittendis dotis causa, in quo consistat.

59 Dispositio quaelibet regulanda semper à verosimili mente disponentis.

60 L.cum mulier 22.§.cum proponeretur, late discutitur & intelligitur.

61 Bona expressè prohibita alienari an valeant alienari causa dotis cõstituẽdae seu restituẽdę

62 Bona fideicommissi conuentionalis, seu ex contractu an causa dotis alienari valeant sicut ex testamento. 15

63 Bona fideicommissi an alienari possint inter extraneos, & collaterales, & extra descendentes causa dotis ad terminos authẽ. res quae, C.commun.delega.

64 Frater quaudo cogendus sit sororem ex suo dotare.

65 Inter cellaterales non datur illa propensata dilectio quae inter descendentes, & ita nec vero similis mens disponentis.

66 Frater tenetur dotare sororem de suo, vbi non sunt filij & soror non habet aliunde, etiam in bonis fideicommissi.

67 Conditio si sine liberis facere videtur, vt dotis restituendae causa bona fideicommissi alienẽtur ex verosimili mente disponentis, cum virtualiter visus fuerit testator matrimonium contrahi & dotem recipere. 16

68 Verosimilis mens disponentis facit vt pro dote bona fideicommissi alienari possint, non vero pro fructibus & interesse.

69 Vsurae, interesse seu fructus, qui, vel quae obuenerunt haeredi iati post mortem testatoris.nõ veniunt ad restitutionem fideicommissi, sicut quae obuenerunt viuente testatore. L. deducta 58.§.qui post tempus, ff. ad Trebel.declarata & expensa.

70 Ratio finalis authentica res quę, & impulsiua cessant in fructuum elargitione ex bonis fideicõmissi, & in tenuta in casu

nostri textus, & quę sit ratio impulsiua.

71 *Dotes conseruari semper ius curauit, non augeri.*

72 *Vsurę seu interesse pari cum dote iudicandæ quoties ille qui obligauit pro principali, seu pro sorte potuerit, & pro vsuris, & declarata l. eos, C. de vsur.*

73 *Obligatio facta tempore prohibito idem est ac si fiat tempore habili si effectus conferatur ad tempus prohibitum.*

74 *Bona subiecta fideicommisso (cõcluditur) vt licet possint pro dote alienari, non pro fructibus, & vsuris, seu interesse, & de obserãtia Rotę & de rationibus.*

76 *Concluditur neque tenutã, neq, ius fruendi fructus suos competere in bonis vinculatis.*

77 *Olibanus refutatus in distinctione ab eo traditam inter tenutam & ius faciendi fructus suos, quoad bona vinculata, & num. 81.*

78 *Fideicommissarius non potest propria autoritate bona fideicõmissi capere, etiam purificata conditione fideicommissi, sed ex manu hæredis sunt capienda.*

76 *Fideicommissarius nil plus potest ante restitutionem sibi faciendam, quam hęres ante additionem, nec habet ante restitutionem ius in re, sed ad rem, nec agit tanquam suum, sed tanquam debitum fideicommissum.*

80 *Fideicommissarius etiam grauato recusante addire non potest fideicommissum occupare, sed cogere hęredem, vt adeat, & sibi restituat.*

81 *Verba legis & cõstitutionis nostræ deficiunt tã in tenuta quã in vs. fructu quoad bona subiecta fideicommisso.*

82 *Verba tx. nostri: ibi,* Los fruits de aquells bens fasa seus, *expenduntur & ponderantur contra Olibanum.*

83 *Vidua in casu tenutæ & possessionis constitutionis nostræ, an iure crediticio, vel hæreditario possidere dicatur, & de ratione nu. 84.*

85 *Autor ad concordiam reducit pragmaticos suos comprouinciales sub sua paradoxa sententia, in dubio, an bona restitutoria veniant sub constitutione nostra.*

86 *Bona mariti libera si sufficiũt ad dotis restitutionem cum spõsalicio, in his tantum mulier cõsequetur tenutam cum iure percipiendi fructus suos, etiam si fuerint cum his complicata bona restitutoria, in quibus tantum vigebit nostra constitutio in subsidium, cum numeris sequentibus.*

Debitores non ita debemus nos facere iustitiæ dotium, vt cæteris paremus præiudicia.

88 *Bona subiecta restitutioni non subsunt obligationibus dotium ad casum authenticæ res quę, C. comm. de leg. at. nisi in subsidiũ deficientibus liberis.*

89 *Dos prius detrahenda ex legitima & trebellianica grauati, & hæc prius discutienda quam ex bonis restitutioni suppositis.*

90 *Dos si constitui potest ex fructibus bonorũ fideicõmissi iuxta cõgruitatẽ dotande non est deueniendũ ad bona vinculata.*

91 *Alleganti & dicenti bona fuisse libera incumbit probatio de existentia illorum.*

92 *Dos restituenda ex bonis fideicommissi ex præsumpta mente disponentis nunquam dicitur esse in bonis vinculatis, l. mulier*

22.§.cum proponeretur, ad Trebel.declarata.

93 Ratio fundamentalis traditur quare in bonis fideicommissi in subsidium non existentibus bonis liberis fiat locus-dispositis sub text.nostro.

94 Decisio quædam Neapolitana Vincen.de Franchis expenditur & deducitur pro superiori concordia.

95 Don Franciscus Hieronymus de Leon sacri supremi Regij Aragonum Consilij Senator eximius allegatur, extollitur, & commendatur.

96 Conclusio quædam Regij Valentini Senatus recensetur, & de verbo ad verbum prout fuit sumpta inseritus pro inducenda tenuta in bonis subiectis fideicommisso cum iure faciendi fructus suos.

97 Olibani sententia circa tenutã permittendam in bonis subiectis fideicommisso approbatur per Regium Consilium Valentinum.

98 Fructus bonorum vinculatorũ pertinent ad mulierem post annum luctus, si non sunt bona libera secundum distinctionem, apud Regium Valentinum Consilium, quod an sit ita accipiendum in hoc Principatu, numero 99.

99 Hæredes mariti in Regno Valentię non possunt ingredi possessionem bonorum, quin prius dotes non soluerint vxoribus.

100 Fructus dotis non debentur nisi à die morę regularis.

101 Fori Valentini disponentes circa bona libera mariti, visi sunt contrarium voluisse de bonis subiectis fideicommisso.

102 Verba text.nostri indistinctè prolata sunt apta comprehendere tam bona vinculata quam libera ad differentiam fororum Regni valentię.

103 Beneficia legum semper ipso iure concedenda absque aliquo extrinseco facto hominis.

Vsusfructus in casu nostri text. cum à lege dicantur debitus ad viduam pertinebit post annum luctus in bonis subiectis fideicõmisso, si ex his dos sit soluenda, ne perfidia deificommissarij sibi sit proficua, & viduæ nociua.

Declaratio sexta ad assumptum tertij temporis.

1 DEclaratur sexto loco argumentum huius temporis, vt vigeat, procedat, prędicetur, & habeat locum (tanquam exorbitans à iure cõmuni, vt sępius animaduertitur) in nudis terminis quibus loquitur, in bonis nẽpe mãriti, & in illis tantum, quæ cum proprietate sermonis, realiter & verè possunt dici matiti, & consequenter in illis tantum in quibus cadere potest, strictè, & verè, hęc qualitas, seu circunstantia dominij mariti, super quibus tantum constitio nostra fructus, seu vsumfructum elargita est, Nam vt in alia parte dictum fuit verba legis sunt in proprio naturali, & in vero sensu accipienda, & cum cõstitutio nostra mentem suã direxerit, ad bona quæ fuerint de dominio mariti, intelligenda veniet, de his bonis quæ fuerint mariti, nullatenus vero de illis

2

bonis, quę mortuo viro de suo effugerint dominio, & ad hæredes suos voluntarios transire nō possint iure hæreditario.

Quod autem constitutio & 3 text. noster de similibus bonis censerit, & non de alijs iam supra fuit aliquantulum animaduersum sub decla. 8. 1. tempore, num. 72. asserendo id significatum fuisse per verba nostri tex. per genitiuū casum prolata, ibi: *Tots los bens de son marit*, hoc est, *omnia bona mariti sui*, quę in recto, proprio & naturali sensu dominium pręcisum demōstrare videntur, vt ex l. 2. de religio. & sumpt. funer. & ex Lara de aniuersar. & alijs sub d. num. 72. 4 expositis, Quibus pro maiori legitimitate addere poteris Menoch. pręsump. 16. num. 7. libr. 2. loquentē in materia iurisdictionali, vt quoties reperitur cō cessa iurisdictio sub genitiuo, nō intelligatur de demandata, vel delegata, sed de ordinaria, & propria, significata per dominiū & post Bart in rubrica de noui oper. nunciatio. idem obseruauerat Rota diuer. 2. par. decisio. 23. numero 1. Cacheran. decis. 71. num. 18. late Panormitan. c. 1. numero 26. de postula. prælator. & in materia odiosa, & pœnali sub confiscatione bonorū, sic locutus fuit Cantera in suis quęstionibus criminalibus tangentibus ad delicta, cap. 1. inscripto de hæreticis, numer. 19. intelligendo iura quæ bona hęreticorum iubent confiscari, ad bona tantum quę strictè possunt dici, de dominio hęreticorum, cum verba legum proferantur per genitiuum casum, inducens verum & proprium dominium illius in quem genitiuus dirigitur. Vt inde, cum constitutio nostra non semel, sed sępius vsa sit in sua concipienda dispositione genitiuo, fit consequens intelligenda fore de illis tantū bonis quæ propriè & strictè cadere poterunt sub illo genitiuo, vel sub dominio mariti, prout latius dictum fuit supra sub allegata declaratio. 8. 1. tempore á nu. 71.

Et licet ibi etiā fuerit demōstratū constitutionē nostram in trāsferenda possessione, seu continuanda in vxorem, vsam fuisse dicto genitiuo. Idem etiam reperies dispositum in elargiendo vsufructu post annum luctus, vt sunt aperta verba constitutionis, ibi: 5 *Apres lo dit any empero del plor los fruits de aquells bens fasa seus*, hoc est, *Post dictum vero annum luctus fructus illorum bonorum faciat suos*, quę verba nullū alium rectū sensum habere possunt, quam innuere, vt mulier faciat fructus suos post annum luctus illorum bonorum, quorū possessio ad eam fuerit translata, vt sic verba illa relatiua genitiui *illorum bonorum*, referantur ad illa priora verba, etiam sub eodem genitiuo casu prolata, ibi: 6 *Confestim sit visa possidere omnia bona mariti sui*, vt sensus sit mulierem habere vsumfructum in bonis mariti. Relatiuū enim illud positum sub illis verbis, *illorum bonorum*, facit relationem ad præcedentia cum demonstratione ad oculum ex Menochio consil. 82. numer. 158. Riminald. cons. 306. num. 11. Surd. decisio. 125. num. 1. Monachus decis. Bonon. 61. num. 46. & in optima & pulchra facti contingentia, dixit Rota in vna Hispalen. matrimonij in recentissimis, quas tribui

mus

7 mos Farinacio decis.687.par.2. num.10. sicut idem obseruatur de dictione *illud*, vt sit repetitiua ad precedentia immediata, sub eadem oratione ad l.pluribus 140. in princip. de verbor. obligat.vbi DD.Bartol.l.si quis seruus,num.5.de legat.2. Gabr. cons.127.lib.2.num.5.Peregrin. de fideicom.artic.16.num.25.& idem si sub verbo,*eorum*, exponas relatiuum *de aquells*, Rota diuersor.2.par.decis.64. num.2. Cardinal.cleme.1.num.7. de excess.prælator. & in materia pœnali Cacheran.decis.71. nu.18.

8 inducat quæ repetitionem qualitatis in relato cum expressa mentione Rot. apud Cardinalē Seraphinum decis.843 nume.2. adeo,vt referentē semper dicamus esse in relato cū omnibus suis qualitatibus, ad l. alle toto 35.de hæred.instituen.Bart. l.1. §.fin. circa fi. famil.erciscun. Decius cons.47.num.1.Cravet.consil.45.num.4.Rot.apud Cardin. Bonon.decis.523.num.10.Et ita arcta dicitur relatio, quod ex-

9 pressa per relationem dicantur expressa in specie, ac si fuissent in referente expressa, Farinac. consilio 3.Anton.Gabriel com. conclusion.tit.de testamen.conclus.fin.Mastri,.decis.Sicil.180. num.3. Vnde non immerito dicemus, quod de illis bonis, de quibus voluerit constitutio possessionem in viduam transferri confestim mortuo viro, seu in ipso actu moriendi, de eisdē bo-

10 nis erit præsumendum, credendum, & firmandum voluisse ius faciendi fructus suos, seu vsum fructum formalem concedere, elargire,& tribuere de illis bonis, denotauit constitutio, per genitiuum, censeri in tenuta, quæ fuerint in dominio mariti, & illius naturę, vt possint ad hęredes voluntarios mariti transire,igitur de illis tantum est censendum voluisse constitutionē nostram & non de alijs vsumfructum concedere.

Ex hac obseruatione sic strictè sumpta, plura non minus

11 ardua, quam difficilima terminari poterunt, quæ non satis apud pragmatico nostros, certā legem habere potuerunt, quorum insignior erit, vt bona restitutioni obnoxia, vinculis, & substitutionibus supposita, & fideicommissis implicata, quæ post mortem mariti,non ad voluntarios suos hęredes deuenire possunt,sed fideicommissarijs & maioratuū successoribus sunt deferēda, nullatenus sub dispositione text.nostri cadere,nec illa posse comprehendere constitutionem nostram,tā in prima, quam in tertia elargitione, fiet certum,& magis probabile, si attendamus ad superiorē traditionem,qua demonstrauimus sola bona mariti venire sub vsu fructu,& nullatenus illa quæ dominium effugiunt illius, secuta eius morte, & quę ad hæredes voluntarios illius deuenire nequeunt, vt sunt similia bona fideicommissis supposita, quæ potius fideicommissaria & alie-

12 na dici possunt quam mariti, l. cohęredi,§.cum filiæ,de vulgar. l. vnum ex familia, 69.§.1. in principio,de legat.2. l.irritum, C.ad leg. Falcidiam, notabiliter Menochius præsum.142.libr.2. num.13.& dixi latius in cōmēta. ad constitution.*Ios impubers*,gl. 4.numero 218.quibus addo Surdum decis.93.nu.19.& 20.Rota ferè in proprijs terminis, in

recentiſ 1. part. deciſ. 375. nu. 2. dicens ſimilia bona tanquam ęs *alienum ante omnia detrahi oportere* ex Mantica de coniect. lib. 9. tit. 6. num. 12. vt inde cum in ſimilibus bonis deficiat qualitas dominij mariti, per textum noſtrum cõſiderata, nullatenus illa comprehendat, cum obſeruatum non ſemel á nobis ſit, q9
13 vbi deficiunt verba legis, & ibi diſpoſitio non attingat ad vulgatam l. 4. §. toties, de dam. infecto, l. hos acuſare, §. omnibus, de acuſation. late Caſtillo Sotomayor quotidian. qq. cap. 31. num. 32. poſt Peregrin. de fideicom. art. 24. nu. 37.

Ducor etiam ad hanc ſequendam obſeruationem, tum, quia illam ſic iam firmaueram ſub meis commentarijs ad cõſtitu. *los impubers*, gloſ. 4. á num. 79. licet hunc locum ſilentio inuoluerit pragmaticus noſter Fontanel. agens de quęſtione ſub clauſ. 7. glo. 3. part. 4. num. 23. leuiora adducens: tum ex eiſdem rationibus, inſtantijs, & iuribus, quibus duxi ſupra 1. tempor. de clara. 8. á num. 66. ad firmandũ tenutam, & poſſeſsionis translationem, nullatenus in ſimilibus bonis admittendam, & ſub vtroque loco, remiſi ad hunc locum quæ ibi cumulare diſtulerã, nã vltra regulas ibi traditas, quę nõ incongruè vrgent, pro firmãda *hac negatiua ſententia*. Nempe, quod reſoluto iure autoris reſoluatur ius acceptoris, & quod qualitas adiuncta verbo intelligatur ſecundum tempus verbi,
14 prout regulam exornatam tradidimus ex Caſtillo Sotomayor lib. 4. controuerſiar. qq. cap. 54. à nu. 8. vt exinde ex defectu qualitatis dominij, in tempore verbi, quod eſt poſt annum luctus, quo iam reſolutum erat ius mariti, & *translatum*, ſeu *radicatũ* in fideicommiſſarium, nullatenus vſusfructus transferri poſsit bonorum vinculatorum, ſequẽtia adnectere libuit pro confirmatione huius ſententię.

Nam in iure non fit nouum,
15 vſumfructum á lege delatum, nullatenus comprehendere vſumfructum ex bonis vinculatis debitũ fideicommiſſario, neq; in huius prędiudicium vſumfructũ deferri: clare teſtimonium huius aſſertionis dabit vſusfructus patri debitus in bonis filij aduenticijs, ex l. 1. C. de bon. mater. l. cum oportet 11. l. fin. C. de bonisque liber. l. filio 7. C. de collatio. §. 1. inſtit. per quas perſonas, nob. acquir. de qua re poſt Pinel. l. 1. num. 9. C. de bon. matern. Aluar. Mend. de Caſtr. de bonisque liber. Cald. l. ſi curatorem habens, verbo. Lęſis, à nu. 120. latius Sotomayor de vſufr.
16 cap. 3. num. 2. quem licet protrahat pater toto tẽpore vitę ſuæ, etiã ſi deficiat vita filij per quẽ fuit cauſatus vſusfructus, ex l. fi. C ad Tertul. l. fin. in fin. C. commun. de ſucceſ l. 4. C. de bonisq; liber. tenet Gom. l. 6. Tau. nu. 11. Pinel. vbi ſupra num. 39. Molin. de primogen. lib. 1. cap. 19. num. 20. & lib. 2. cap. 9. num. 24. Surd. conſ. 116. num. 46. & 47. Caldas Pereira vbi ſupra, Sotomayor ď vſufruct. d. c. 3. num. 45. & nos idem obſeruamus ad conſtitut. *los impubers*, gloſ. 4. num. 194. vbi multas cummulare curauimus declarationes, quibus addo approbationem Rotæ apud recentiſsimas Farinac. 1. par. dec. 600. nu. 1. & iterum part. 2. deci. 596. num. 11. vbi aliæ cũmmulantur

deci-

decisiones, late Gratian. foren. c. 781. n. 49. & 50. & tamen si bona filij aduentitia fuerint onere fideicomissi complicata & de
17 maioratu, mortuo filio, nõ expectata morte partis ad fideicomissarium venire, omnes scribẽtes pro vero habuerunt. Gom. l. 48. Tau. n. 4. Pinel. l. 1. p. 1. n. 41. C. de bon. mater. & ex Oliban. Fontanel. & alijs resoluim⁹ sub d. glo. 4. ad constitu. *Ios impubers* glo. 4. n. 218. Gratiã. discepta. foren. c. 713. n. 34. vbi allegatur Surd. con. 116. n. 23. eodẽ igitur modo dices in hoc vsufructu nostro legali, vt sine prejudicio fideicommissarij, deferatur vsusfructus viduę, sicut defferi patri dixeramus, vt ex his non sit valida consequentiã, lex concedit vsumfructum, ergo bona vinculata veniunt sub vsufructu.

Sicut nec erit admittẽda ratiocinatio, bona fideicõmisso subiecta sunt hipotecata, & veniũt sub obligatione dotis, ergo debẽtur
18 fructus; ex eisdem bonis. Cũ videbimus & vidimus supra bona soceri fuisse hipotecata & obligata pro dote nurus, ad tex. cum materia in l. si cũ dotem § trãsgrediamur, solut. matrim. cum l. si filio familias 61. eodem, late Barbos. in d. §. transgrediamur a n. 13. celebris, & perdocta de cisio Valentina literatissimi Senatoris. S. S. R. C. don Hieronimi Leon. 54. quam & alios habes apud Fontanel. de pact. nuptia. clau. 7. part. 2. glo. 2. per totam, sed melius n. 66. & decisio. alia ab his non relata Dolana Griuel. 69. in prin. & tamẽ nu-
19 rus vidua aduersus bona soceri, nec tenutam nec ius percipiendi fructus consequi poterit, virtute nostrę constitutionis, cum in similibus bonis, verba legis defficiant, ex Mier. hic n. 54. vbi illius scoliator Despujol nu. 84. quem sequitur Oliban. de actio. 1. p. ad §. fuerat, lib. 3. n. 10. quia tunc dicimus casũ fuisse in nostra constitutione omissum, non ergo sequitur quod ex
20 quo mulier habet obligata bona fideicõmisso subiecta pro dotis restitutione (quod non negamus, sed in subsidiũ vtique nos verum esse asserimus, vt mox dicetur) debeat facere fructus suos; cum habeamus legem expressam inducẽtem hipotecam vinculatorum bonorum, vt in authentica res quæ, C. communia delega. cũ corpore vnde sũpta fuerit per Irnerium authenticarum recollectorem, quam (vt sępius monemur) nõ cessare per nouam iuris inductionẽ. Et nullam habeamus legẽ, super fructibus quę debuerit esse necessaria, cum fructus non sint ita priuilegiati (vt mox dicemus) ad hoc vt comprehẽderentur; imó (vt probatum fuit) verba legis defficiant.

Iuuandam etiam (tandem) esse censui prẽsentem nostram quam iam nobis placere bis fuerat demonstratum assertionem, ex alia ferè simili sumpta per Rotam in vna Bononien. vsusfructus 27. Ianuarij 1611. coram Pirotano transcripta in recentioribus p. 1. decis. 375. in qua fuit
21 dictum sub legato vsusfructus vniuersalis omnium bonorum, nullatenus venire vsumfructum bonorum restitutionibus, grauaminib⁹, & vinculis subiectorũ: quia cum similia sint de re alieno, nec propriè possint dici testantium, de quibus non sit presu-

mendum,

mendum testari, consequenter censuit Rota, nullatenus similia bona comprehendi, sub vniuersali institutione de vsufructu facta, ductam quæ vidi Rotam autoritatibus multorum, ex Menoch. præsump. 142. á num. 4. ad num. 12. Manric. de coniect. lib. 9. tit. 6. num. 8. Surd. latissimè fundãte cõs. 354. n. 33. & dec. 193. n. 17. & post Rotam & supra allegatos Gracian. foren. cap. 696. n. 16. non obstante, quod hæc sententia fuerit dubia ab excellentioribus consulentibus disputata, vt videbis ex allegatis per Marzar in epitom. fideicomm. q. 4. á nu. 12. cum seqq. Vnde cum validum esse soleat argumentũ de testamentarijs dispositionibus, ad legales obseruationes, ad vulgatum §. disponat, in authen. de nupt. colla. 4. fit verum vt sicut ex præsumpta mente testatoris, sub vsufructu vniuersali legato, omnium bonorum, non cõprehenditur vsusfructus bonorum fideicommissi, eadem ratione, ex præsumpta mente legislatoris (declarata per verba genitiui casus) dicamus sub elargitione vsusfructus vniuersalis, non comprehendi vsumfructum, ex bonis fideicommisso subiectis.

22

23 De veritate huius assertionis etiam si non negauerint obligationem & hipotecam bonorum vinculatorum in subsidium, pro dotibus restituendis, sed nõ vtique & in vsufructu illorum scripserunt, & se subscripserunt ex nostris post Thomam Mier. hic, & in locis ab Olibano allegatis, Anton. Oliban. Senator huius Principatus celebratissimus, & sua tempestate apud omnes veneratus, ob eminentem illius, & fundatam eruditionem sub sua relectione 2. ad §. fuerat, insti. de actio. lib. 1. 3. par. à num. 8. cum 3. seqq. vbi plura cummulauit, quæ consulto prætermisi, ne in vitium transcribendi incidissem & Olibanum sequendo post nos (cum vt dixi iam secutus fuerim hanc sententiam sub glos. 4. ad constitut. *los impubers*, à nu. 218.) Petr. fontanel. claus. 7. glo. 3. p. 4. à num. 1. ad num. 25. vbi ad obseruantiam Regni Aragonum, super viduitate illius Regni sũpta, late respõderi curatur, apud quos videre poteris alias instantias quas prætermisi amplius legitimare. Et signanter illam quã Olibanus sumpserat, ex l. martum 13. solut. matrimo. vt sicut beneficium illud in illa lege inductum in decorem maritorũ, ne egeant, id est, vt non condẽnentur nisi in quantum facere possunt, non comprehendit bona vinculata (quam Olibani assertionem, si vidisset Franciscus noster Molinus, non ita asseueranter firmasset sub lib. 3. sui tractatus de rit. nuptia. q. 28. nu. 15. sibi huius quęstionis tractatũ nõ tribuisset, & ita apertè asseruisset á se ipso ceptum tractatum illius assertionis, super beneficio ne egeat) sic nec beneficiũ nostræ constitutionis, cum vtiq; legale fuerit, atque illud, nõ porrigatur ad fideicommissa, & aliũ eodem modo desumptum ex beneficio authent. præterea, C. vnde vir & vxor, vt similiter, & si à lege inducatur, non sit ad bona vinculata trahendum.

24

25 Dixi consulto prætermittere legitimationem similium ratiocinationũ quæ (mihi saltem) non concludunt per necesse, & si vera sint in assertione, cum illa beneficia sint in iure inducta,

ob

ob certam causam, ob quam detrahi solent vltra bona vinculata, sed inde non fit regula ita generalis, vt obligatio legalis quę libet, non possit trahi ad bona vinculata, vt patet in hipoteca legali inuectorum & illatorum inducta per Iureconsultos, in l. item quia 4. ff. de pact. & confirmata per Imperatores in l. certi iuris, C. locati, quam trahi ad bona fideicommissi & maioratus, tenuerunt Bald. in d. l. certi iuris Ias. l. sed hic, num. 210. de rebus eor. Menoch. de adipisc. remed. 3. post num. 71. ver. Secunda est opinio, vt exinde dicatur nō esse indistinctè verum, sub hipoteca & obligatione legali, non venire bona vinculata.

27 In contrariam vero sententiā venerunt aliqui ex pragmaticis nostris, obseruando constitutionem nostram cum suis beneficijs trahendam ad bona maioratus, & ad bona restitutoria sub eisdem regulis, quibus similia bona tenentur pro dotium restitutionibus. Et si in aliqua sentētia possit congruè dici, pauci & male concordati, certior sum in prędenti disceptatione, similem modum dicendi verificari posse, si consideres ex quatuor dissertissimis huius Prouinciæ pragmaticis, & qui de iuribus patriæ probè dixerunt, diuisos ad modum ęqualiter inter se fore ex quo duo in vnam, & duo in aliam venerint sentētiam 1. iam dixi pro fideicommissarijs ius dixisse Olibanum, & Fontanellam, è contra vero Iacobum Cancer. sub lib. 1. var. cap. 9. à n. 104. cum 3. seqq. cum Francisco Molin. lib. 3. de rit. nupt. q. 28. n. 11. cum sequentibus viduarum partes cōtra fideicommissarios

28 sententiam dixisse. Et licet ipse tanquam tertius (& vt zero augendo numerum priorum) in Olibani venerim sentētiam, venit nuper recētissimè in contrariam, vigilantissimus Iosephus Ramonuis in sua perdocta responsorum centuria, sub consil. 50. formato pro dom Federico Meca & Clasqueri, sub 2. conclusio. à num. 18 ad num. 29. (post hæc scripta, & dū prælo ea mandaremur visus) qui nedum coadę quando, sed (ob eminentem illius dexteritatem sub patrocinijs inter excellentiora litigia huius Principatus cultam) supperando numerum in istorum ve uerit opinionem, quorum sentētiam non possum negare, fuisse probabilem, & si alia non adessent, posset tantorum Patrum, & Iureconsultorum præstantia, & pragmaticorum disserta circūspectio, turbidam facere Olibani seu magis Thom. Mier. assertionem.

29 Non quidem (vt supra proximi citati voluerunt) per obseruātiam Regni Aragonum, ab ipsis valde ponderatam, ad illorū ve nissem sententiam, & si enim ob seruantia illa viduitatem protraxerit ad bona subiecta fideicommisso, vt probe aduertunt supra dicti ex Portol. in schol. ad Molin. verbo, Vidua, num. 46. ad nu 51. & iterum sub tracta. de consor. & fidei. lega. cap. 46. ferè per totū. Hoc ita factum fuit, quia non deficiebant verba legis foralis illius Regni quę induxerat viduitatem, sicut deficere dixesamus in casu nostræ constitutionis, quam asseueranter diximus cessare in bonis vinculatis, & restitutione obnoxijs, quia demōstrauimus verba deficere,

quę

29 quæ non defecerũt in foro Aragonico inductiuo viduitatis. Is enim forus est 1. de iure dotiũ editus per Regẽ Iacobi 1. de anno 1242. Oscẽ. cui⁹ verba apta sũt cõprehẽdere bona vinculata, ibi: *deffũcto viro vxor vidua licet ab eo filios habuerit omnia, quæ simul habuerant possidebit ea tamen vidua existente*, ponderatis enim verbis illis, *quæ simul habuerãt*, quę sunt præteriti temporis non obscure comprehendere videntur bona vinculata cum ista habuerint coniuges cõstante matrimonio, quia non erat purificata conditio, & ea pendente dicuntur grauati habere bonorum dominium, glos & DD. l. fin. §. sed quia, C. commun. delega. & probant iura aperta in l. 1. in princi. l. facta 63. l. restituta 37. ad Trebel. & interim non desinunt esse domini, vt ex Molin. de primoge. & alijs in casu extraordinario discuciẽdo resoluimus infra 9. declara. a num. 185. Et sic verba fori videntur apta comprehẽdere bona vinculata ex dispositione illius, quod potuit facere, sicut & Iustinianus in d. authẽ. res quæ, & cum verba fori, latius paterent, quam verba textus nostri stricta ad tempus finiti anni luctus in quo non erat dominus maritus apta tantum comprehendere bona libera: nil mirum si viduitas Aragonica comprehendat bona vinculata cũ verba fori, sint apta, & secus constitutio nostra cũ verba deficiant. Vltra quod per viduitatem non ita releuans, & notabile præiudicium potest parari, fideicommissarijs, sicut per tenutam, cum iure percipiendi fructus, vt dixerat noster Olibanus.

Neque similiter perplexam, & turbidam sententiam nostrã & Olibani fecit, alia consideratio per Molinum tradita sub allegata quæst. 28. numer. 12. non 30 enim denegato iure faciendi fructus suos, poterit congruè dici retardari mulieres ad matrimonia, bonum enim esset, quod in alijs prouincijs, in quibus tam exhorbitans priuilegiũ non viget, mulieres retardarentur ad matrimonia contrahenda, cum & nõ minus in alijs prouincijs, atque in hac nostra, bona virorum saltem magnatum, militum, Baronum, & generosorum, reperiuntur vinculis, & subitit utionibus suppositа. Satis enim esse videtur mulieribus, 31 vt dotes sint in tuto, salue, & illesę, vt sine diminutione aliqua, & cum augmento, ex quibuscũque bonis siue liberis, siue restitutioni obnoxijs, detrahi, & exigi valeant, prout habetur dispositum in d. authen. res quæ, & satis esse debet mulieribus, vt ne damnum patiantur in suo patrimonio, quod consistere ius dixerat, in dotibus ipsis ad l. 3. de minor. Nullatenus enim beneficia sunt elargienda, cum diminutione alterius, l. 2. §. si quis á Principe, ff. ne quid in loco publico.

Neque tandem me astringeret ad Cancerij, & Molini sentẽtiam, sequendam, traditum per eundem Molin. sub nume. 13. vt 32 sicut dos priuilegiatur in exactione, sit etiã æqualiter in fructibus dotis priuilegiatum; & sicut dos non subiacet regulis iuris, imo sit ab illis exempta eximantur etiam fructus. Nam hæc non sunt vera, vt pro fructibus dotis, sit iudicandum atque

de

de sorte ipsius dotis. Cū lex semper tendat ad dampnum vitandū, ne in dotibus ipsis illud mulieres patiantur, nullatenus vero in lucris captandis, vt mox dicam ex l. assiduis 11. in fin. C. qui potior. Iuxta cuius terminos dicebat Panor, in cap. ex literis, nu. 9. secutus per Couar. var. lib. 1. c. 7. num. 1. per Petr. Barbos. l. 1. 3. p. solut. matrimon. num 51. versic. *quod sane*, vt tunc demum inductum sub d. l. assiduis, porrigatur ad donationē propter nuptias, quando donatio illa propter nuptias, fuerit pro securitate dotis constituta, prout dixeramus alibi

33 fuisse in prima illa introductione (tempore Iurisconsultorū) donationis propter nuptias: secus vero si ageretur de lucrāda donatione illa propter nuptias, etiam si in præmium virginitatis amissæ constiterit assignari, seu constitui, vt sub 1. declaratione latius fuit enodatum.

34 Non igitur relatę obseruationes nostrorum comprouincialium, me possent compellere ad desserēdam semel sequutā Olibani & Mier. sententiam, si alia non vrgerent, & quæ ferè ineui tabilem difficultatem continere videntur, & prorsus conducere ad Cancerij, & Molini assertionem tenendam, illamque legitimandam, & releuantem facere, & viduam ponere in tuto contra fideicommissarios, illud vnum esse potuisset fundatum in allegata authentica res quæ, C. commun. de legat. cuius dispositionem, non facere cessare hanc nostram nouam legem (sæpius asserimus) sed vtique vidua poterit experiri illo remedio quo cautum habemus, bona subiecta restitutioni posse alienari, & distrahi causa dotis restituendæ sicut & constituendæ, ad l. mulier 22. §. cum proponeretur

35 ad Trebel. vt per Paul. Castrens. in d. authent. res quę, num. 5. Iaf. 32 Palaç. Rub. in rubr. de donat. §. 13. num. 1. & 2. vt exinde sicut ius facit causam mulieris viduæ in exigenda dote potiorē, causę fideicommissarij, huic mulierē præferēdo. Fortius credendum est, & voluisse potiorem illam facere in tenuta, & iure percipiēdi fructus contra fideicommissarium, cui minus paratur prę iudicium per tenutam, & vsumfructum, quam per alienationē rerum fideicommissi, seu vinculi,

36 cum sit perpetuum, & in se potest absorbere totum fideicommissum, quod non ita præiudicium vsusfructus cum tenuta, cū sit tēporale absq; periculo absorbēdi nec minuēdi fideicōmissu. Vt ex his fiat regula certa q̄ cę seatur concessum, quod sit minus, eo ipso quod conceditur, q̄ est plus, cap. cui non licet 31. de regu. iur. in 6. l. nō debet cui, 22. de reg. iur. l. in actionibus 5. §. 1. de in litem iuran de materia late Surd. decis. 268. num. 7. & 19. cum sequent. Peregrin. de fidei commis. art. 3. num. 108. versicul. *Confirmatur*, dicens sub haç regula fundari, vt inter filios primi gradus, non possit trebelianica prohiberi, ex quo Zenoniana constitutio sub l. iubemus 6. C. ad Trebel. contenta, prohibēdo ne fructus computętur in quartam inter filios primi gradus, quod est plus, non cēseatur prohibitum quod est minus, vt inter eosdem filios prohiberi possit trebellianica, vt exinde permissa alienatione & distractione fideicommissi pro exactione

dotes, quod est plus cēsearur cocitum, quod sit minus in tenuta illorum & vsufructu.

39 Tum etiam, & fortiori astringitur (hæc consideratiò) rationi iuridica, quod eo ipso quod ius causam mulieris fecerit, potiorem in dotis quātitate, & in sorte principali illius; visum fuit illam potiorem in fructibus & vsuris facere ad text. cum materia, in l. eos 26. in fi. princ. C. de vsur. l. Lucius 17. de vsur. cum simil. Et aprimè quando vsuræ sunt promissę, vel permissæ ab eadem causa, ab eodem fonte seu principio, à quo fors emanauit, notabilis est ad hunc modum ratiocinandi decisio Rotæ apud Cardinalem Seraphi. 481. habita 14. Nouembris 1580. in vna Portuen. de Columna, vnde cū lex nostra induxerit similes vsuras, & Iustinianea illa sub authentica præterea, permisserit obligationem & hipotecam in bonis fideicommissi, sit consequens vt eo ipso, ꝙ sit permissa fors sint etiam vsuræ, cū ab vno principio processerint nempe ab ipsa lege.

40 Coadiuuamus hanc ratiocinationem ex alia qua docebamur, beneficium nostræ constitutionis in fructuum elargitione, dari in pœnam hęredum & successorum mariti, non soluentium dotes in anno á iure diffinito pro dotium restitutione, & in contumaciam illorum cōmissam, ob retardatam dotium restitutionem, & sponsalicij solutionem, quod non obscurè diximus deduci ex contextura constitutionis nostrę in parte, quæ sic concipitur, *Fins à tant que à ella en lo dot e sponsalici seus sia in integrament satisfet*, dictio enim *Quousque*, importata per verba illa *fins a tant*, demonstrat principaliter tempus, & secundario cōditionem Bart. l. penul. de excusa. tutor. Cardina. Clemētina. 2. §. 2. de ætate & qualita. vt sic sit conditio resolutiua & limitatiua temporis, ad eundem Bartol. in l. ambiguitatem, C. de vsufru. cum alijs per Surd. cons. 439. n. 9. & 10. & per Gracian. discept. foren. cap. 563. num. 11. Sesse de cis. Aragon. 76. numero. 10. & in subiecta clausula integra, *Quousque fuerit satisfactum*, importare reintegrationē facta satisfactione obseruauit Cardin. Domini. Tusch. tom. 2. commun. conclu. littera D. conclu. 360.

42 Ex quibus verbis *fins a tant*, hoc est, *quousque*, obseruauit noster Mier. hic num. 86. & ex eō Oliban. de actio. par. 1. libr. 3. ad §. fuera, num. 5. vers. *hoc priuilegium*, non tantum induci similē pręrogatiuam vsusfructus, pro acceleranda dotis exactione, & vt scitius recuperatio dotis fieret, vt mox dicebamus, quantū ob rebeldiam, pertinaciam, seu contumaciam hęredum mariti commissam in retardanda dotis solutione, vltra tempora à iure statuta, iuxta l. vnam, §. exactio, C. de rei vxor. actio. vnde ex tūc quo fideicommissarius intellexerit bona fidcicommissaria teneri ad dotis restitutionem, & hanc retardauerit, visus fuerit fideicommissarius, quasi contrahere cum vidua, super interesse vsuris, fructibus, & tenutā, text. nostri, quam cum potuerit euitare soluendo dotes, & distulit, soluere, visus sit iuri suo renūtiare, cūm fuerit in sua facultate soluendo dotes se liberare, argumento tex. in l. sicut, C. de actio.

43

& obligatio.& cum fideicõmiſſa rij ſcierint, vel ſcire debuerint ius in quo verſantur,ſuæ Prouinciæ,vt eſt conſtitutio noſtra ad leg. leges,C.de iur.& fact. igno. legibus non parendo, quibus iungitur pœna amiſsionis vſufructꝰ,ſi in anno nõ ſoluerint dotes,potuerunt iuri ſuo renuntiare,& conſequenter licet fideicõmiſſarius qui tenebatur ex proprietate fideicommiſsi dotes ſoluere non potuerit cæteris in vlteriori gradu ad fideicommiſsũ præiudicare, ſibi tamen potuit præiudicium inferre in vſufructu ſibi debito.

Non tamen ex his(ita prçter omnes pro ſententia Canceri j expenſis,ponderatis, & ratiocinatis) puto recedendum eſſe ab obſeruatione Olibani, ſeu (vt ipſe voluit in cummulatis locis) Thomæ Mieres in fauorem fi-
44 deicommiſsi, & in excluſionem viduarum quoad bona vinculata. Et ſi enim regula ſit aliquando admiſſa, vt minus cenſeatur conceſſum,quando fuit plus· nõ tamen quando verba diſpoſitionis deficiunt in minus,& ſunt apta ad plus, vt cõtingeret in occurrenti diſceptatione, cum verba authenticæ res quç, ſint apta cõprehendere plus, conſideratum in ſorte dotis: verba vero conſtitutionis noſtræ, loquentia circa illud quod eſt minus, conſiderata tum in vſufructu, & tenuta, deficiũt(vt dictum fuit in eo quod eſt minus, & ſic nil mirum ſi minus non comprehendatur in plus.

Inſuper non eſt regula indefinitè vera, vt plus ſemper com-
45 prehendat minus. deficit namque in exhorbitantibus, correctorijs, & inductis contra regulas iuris communis (prout huius naturæ dixeramus fuiſſe diſpoſita ſub hac noſtra conſtitutione, ſignanter ſub primo, & tertio tempore diſpoſita,) ſic in diſpenſationibus tradiderunt Hoſtienſis in capit. poſtulaſti, de reſcriptis, vbi Felinus, Panormitanus in capit. at ſi clerici, §. de adulterijs, de iudic. vbi Decius numero 10. verſiculo, Succeſsit, Galiau. l. 2. numero 13. de verborum obligationibus. Quibus adde Decium,l. non debet ei, de regul,iur.

46 Tum,& regula præallegata, vt cui conceditur quod eſt plus, cenſeatur conceſſum quod eſt minus, intelligi ſolet, quando vnam et ratio comprehendit plus & minus: ſecus vero ſi ratio eſt potens ad comprehendendum plus, & non ad comprehendendum minus. Sicut contingit in diſceptatione propoſita, in qua non inuenies
47 rationem, quæ potuit comprehendere illud plus conſideratum in facultate alienandi proprietatem fideicommiſsi, poſſe comprehendere minus, reſpectu tenutç, & vſusfructus bonorum fideicommiſsi,vinculi,ſeu maioratus.

Hanc diuerſitatis rationem,
48 etſi ſectatorem me videas Olibani in hac ſententia, non tamen in diuerſitatis iſta ratione ab eodem Olibano adducta ſub eadem relectione, §. fuerat, libro 1. 3. parte, numero 19. & 20. quam non eſſe adaptabilem ad caſum noſtrum cenſeo, ex eo, quia noſter Olibanus exiſtimauit, quod in fructibus quærendis, & vſufructu percipiendo, mulier agebat de

lucro captando. At vero in dote recuperanda, & forte exigenda, de damno euitando, & cum paria non sint lucra nō capere, & quęsita perdere, ad l. fin. cum simil. C. de codicil. inde factum esse credidit Senator noster dissertissimus, vt licet permissum sub authent. res quę, cōprehendat sortem dotis, quod est plus, non comprehendat interesse, seu fructus dotis, quod est minus.

50

Hęc quidē Olibana consideratio releuans esset, si lex nostra non aliàs procederet priuilegiā do vxorem, & viduarum causam potiorem æqualiter faciendo, tam in lucris quærendis, quam in damnis non supportandis. Quod liquet si aduertas, pœnam similem amittendi vsū-fructum bonorum, iniunctam hæredibus maritorum, non minus in sponsalicij (quod est lucri) retardata solutione, quam dotis (quod est damni) dilata solutione iniungi. Lex igitur nostra non minus auxiliata est mulieribus, in dotibus recuperandis, in quibus congruè dici poterit agi de damno euitando, cum proprium mulierum patrimonium in dotibus consistat, l. 3. ff. de minoribus, & tractando de dotibus conseruandis agant de damno vitando. Quam etiam in lucris captandis, videlicet in sponsalicio, quod sub donationibus propter nuptias, propriè & verè contineri dixeramus sub prima declaratione huius temporis. Et quoties quis agit de similibus donationibus quęrendis, vt fusè fuit demonstratum supra hoc tempore declaratione 1. numer. 247. agi de lucro captando, manifestum fa-

51

52

cit l. assiduis 12. in ver. fin. C. qui potior. ibi: *Hæc autem tantundem ad dotem sancimus, non ad ante nuptias donationē*, & vltra lex procedēdo de ratione dicti, paulo inferius ait: *Non enim pro lucro foouemus mulieres, sed ne damnum patiantur suis quæ rebus defraudentur curamus*. Apertius ergo lex dictare non potuit, agi de lucro captando, quoties mulieres de sponsalicio, antiphato, arris, dotalicio, seu (quolibet alio augmento dotis, quod sub nomine donationis propter nuptias comprehendi possit) tractare contigerit. Vnde cum cō stitutio nostra parem causam fecerit sponsalicij & dotis, ibi: *Fins a tant que a ella en lo dot, e sponsalici seus sia integrament satisfet*, nullum discrimen esse censuerit, inter lucra non capere, & damna sustinere, & consequenter nec nos debemus sub tali discrimine ratiocinare, vbi lex illud excluderit, & sic non in omnibus sequendus Oliban.

53

Rationē igitur diuersitatis inter istud plus & minus sumēdā esse cēsui, nō ab expressa & tradita ab ipsamet autētica, sub illis verbis: *Ea enim quae cōmuniter vtilia sunt priuatis praeponimus*, vt exinde deducatur fauorē publicū (consideratū in conseruandis dotibus mulierū, iux. l. 1. solu. matrim.) facere, vt illud plus cōsiderabile non sit, vt nempe alienationes bonorū fideicommissorū non permittantur in casu dotis restituēdę, cū sit fauor particularis fideicōmissariorū, aduersus fauorē publicū, cōsideratū in dotiū conseruationib⁹, quæ omnia nō militāt in interesse, seu fructibus dotis, sine quibus dotes cōseruari possunt, & cōsequēter

54

in hoc quod est minus, cũ nullus versetur publicus fauor, qui fecit causam mulieris potiorem' & priuilegiatam, nullo modo dici posit dispositum illud quod fuerat in plus.

55 Non inquam sub hac ratione fundat dam esse censeo diuersitatis rationem, etsi illa videatur finalis, cum à lege proferatur. Cum hæc in casu proposito non anectatur pro causa finali, sed impulsiua, vt ex Couarr. li. 3. variar. cap. 6. nume. 14. Sarmien. de reddit. Ecclesiast. part. 4. cap. 3. num.

56 5. Barbos. l. 1. part 7. num. 1. soluto matrimon. Sed sub alia ratione finali authẽticę, quam omnes dicunt finalem, hanc enim dixerunt esse in verosimili mente disponentis, & testatoris vinculantis, ex I. C. sententia clara, & perspicua in l. mulier 22. §. cum proponeretur, ad Trebellianum, ad cuius dispositionem ampliandam induxerat Iustinia. dispositum sub authentica res quę, & corpore vnde fuit sumpta in §. 1. in authentico vt liceat matri, & auiæ, ibi: *Et patris voto congruebat*, & ferè omnes hanc approbarunt sententiam, vt ex verosimili mente

57 disponentis factum fuerit, vt bona vinculis suppositа, & restitutionibus obnoxia, non comprehendant causas dotium restituendarum, sicut & constituẽdarum, Paulus de Castr. in d. §. cum proponeretur, nu. 2. & sub con. 80. Barba. in rubr. de rebus Eccles. non alien. Crot. l. filius familias §. Diui, num. 54. de lega. 1. vbi Opison. num. 317. & Loazes n. 140. Petr. de fideic. q. 8. n. 338. Menoch. de præs. libr. 4. præsum. 189. numero 5. Vbi asseritur hanc præsumptam mentem dis-

58 ponentis versari in necessitate quadam dotandi filias, ad l. qui liberos, de rit nuptia. & cum necessitatis causa semper sit excepta ab omni regulari obligatione, præsumit lex, testatorẽ voluisse, sub illo restitutionis

59 onere, non venire causam dotis, & cum quælibet dispositio regulari debeat á verosimili mẽte disponentis, ad l. cum res 49. vbi Iason 6. nota. de legatis 1. l. Titius 25. §. Lucius, de liber. & posthum. glos. l. tale pactum, §. fin. de pactis, sit inde verum, dispositum sub dicta authentica regulari á verosimili mente disponentis. Quod satis aperte re-

60 sultare constat ex contextura, §. cum proponeretur, ad l. mulier 22. ad Trebellianum, ibi: *Quare dicendum est dotem decedere, ac si quod superfuisset rogatus esset restituere.* Et iterum repetitum reperies sub §. quamobrem in authent. de restitution. & ea quæ par. Palac. Rub. in rubr. de dona. §. 13. & 16. vbi late Baraona in adnotatione, ibi Menoch. d. præs. 189. nu. 44.

61 Hæc autem verosimilis mẽs disponentis fecit dispositionem Authenticę ad plures extendere casus, quos verosimilis mens potuerit comprehendere Fecit enim protrahere casum, Authenticæ ad bona expressè prohibita alienari, vt eo casu, non minus, atque in tacita prohibitione vigeat Authenticę facultas, in alienandis bonis prohibitis, alienari, pro dotium conseruatione, cum verosimilis mens prohibentis alienationes fuerit, vt hęc dotis causa esset exempta, Rip. ad l. filius familias, §. 1. numer. 73. de legatis 1. Couar. lib. 3. variar.

cap.6.num.10.vers. *Secundo hic in tractatu*, Surd.decis.62. Peregrin.de fideicommis. art.42.n.6 & n.30.Menoch.d.præs.189.nu. 96.lib.4.cum alijs per Cras.§. fidei cõmissum,q.57.n.2.Padil. in d.auth.res quę,num.52.Moli.de primoge.lib.4.c.6.cum alijs citatis sub hoc opere ad alium propositum.

62 Ad fideicommissum etiam cõuentionale, seu ex cõtractu proueniens verosimilis mens eadem testatoris fecit protrahere dispositum sub dict.authentica res quæ,Curt.Iun.ibi nu. 35. Peregrin.de fideicommis. artic. 42.num.58. quem & alios cũmulaui sub commenta.ad constitu. *los impubers*, glos.1.nu.265.nam (vt mox dicebamus) ex quo authentica limitat ius commune, ob rationem aliquam, nil mirũ, si authen. extendatur ad omnes casus quos ratio illa potuerit cõprehẽdere,c.dilecta,§.nos igitur cũ simil.de cõfir.vtil.vel inutil.

63 Ex eadem radice verosimilis mentis fieri dicunt interpretes, vt tantum facultas cõcessa sub d. authen.de rebus fideicõmissi alienandis,comprehendat descẽdentes testatoris, nullatenus extraneos,nec collaterales,Menochius per plura exẽpla procedẽs d præs.189. Peregri.art.42.per totum,Peguera decis.108. Quia vero inter collaterales cessat ratio verosimilis mentis disponentis non practicatur dispositio d. 64 authen.res quę,& ita frater non cogitur sororem dotare ex bonis sibi à fratre relictis, sub onere restitutionis, etiam si soror dotanda,& frater grauatus fuissent vtriq; coniuncti,cum fratre testatore,nam vltra quod authẽtica cõceperit dispositionẽ per verba excludentia collaterales' cum tantum sub qualitate liberorum iliam induxerit, & sub qualitate legitimę, quę tantum conuenire possunt descendentibus,vt dicebant Bart. & Angel. in d.authen.Nihilominus tamẽ, maior& strictior ratio fuit,in verosimili mente disponentis,quæ non versatur inter collaterales, 65 inter quos cessare illam propensatam dilectionem ad descendẽtes habitam, ad l.1.§. liberis, de legatis pręstandis, Deci. l.1. C.de bonor.possess.contra tabul. licet valde dubitauerit de hac resolutione, Curt.Iun.in d.auth. res quæ, á num.18.Crot.in l. filius familias,§. diui,num.66.vbi Loazes num.72.Padill.nu. 114. Menoch.præs.189.lib.4.nu. 39. cum seqq. Couar.lib.3.var. c.6. num.10. canonizauit hanc opinionem Senatus Neapolis apud de Franchis decis.241.

Quod transit sine difficultate stãtibus filijs, & descendentibus fratris grauati,& soror dotãda habuisset aliunde. Vbi vero grauatus non haberet filios, nec soror habuisset aliunde,non dubito grauatum cogendum esse dotare sororem, ad l.cum seruus ita 71.de condi. & demonstrat.ibi: *Nam cum ipse cuius facturus sit ab hæredibus suis fieri iussisse intelligatur.* Quę verba innuere visa sunt iuris pręsumptionem,vt frater grauans,voluisse intelligatur à suo hęrede fieri,q; ipse ex verosimili mẽte disponẽtis facturus erat, & cũ data egestate sororis,&diuitia fratris grauãtis:is esset cogendus sororẽ dotare,simili modo pręsumẽdum sit voluisse,de suo fratre facere,quod ipse erat facturus,iuxta d.l.cum seruus.

Hæc

67 Hęc autem dicta fuere, & sub exemplis cummulata ex abundanti (licet grauiora sint prætermissa prolixitatis fugiendæ) vt legitimata maneat superior traditio circa rationem finalem authenticę res quæ, quam diximus consistere in verosimili mẽte disponentium. Qui cum regulariter concipiant fideicommissa, cum conditione, si sine liberis, legitimis & naturalibus, & hęc conditio non possit verificari, absque eo quod grauatus matrimonium cõtraxerit. Hoc quę sine dote contrahi non solet, præsumimus de testatore voluisse, vt contrahat matrimoniũ, cũ omnibus qualitatibus, & circunstãtijs, cum quibus matrimonia contrahi solent, de dote recipienda & restituenda, & consequenter, causam dotis exemptam ab onere restitutionis, neq; comprehensam sub vinculo & fideicommisso, ita vt grauatus pręsumatur de illo tantũ quod supperererit deducta sorte dotis.

68 Modo sic his expensis ratiocinari licebit, à cessante ratione, & vt hæc fundata in verosimili mente disponentis, licet in sorte & proprietate dotis vigeat, nullatenus vero in fructibus, & vsuris dotis, imo fortius dici potest, verosimilem mentem disponentis assistere pro exclusione fructuum, interesse, seu vsusfructus bonorum fideicommissi vniuersalis. 69 Pro quo expẽdo textum satis apertum & notabilem, & á paucis animaduersum in l. deducta 58. §. qui post tempus, ff. ad Trebel. vbi vsuræ quæ post mortem testatoris obuenerunt hęreditati, seu grauato, ab hæreditate ipsa, ante illius restitutionem, nullatenus venire sub Trebelliano, seu sub restitutione facienda bonorum. Licet vsuræ quę viuente testatore hæreditati accesserint, sub restitutione venire debuerint. Ex hac dispositione legali, non obscurè colligi poteris, cessare verosimilem mentem disponentis testatoris, seu vinculantis, in fructibus, & vsuris bonorũ fideicommissi, vt ob moram hæredis fructus restituantur, sed fiant grauati. Et cum sint consimilis naturæ, seu speciei, fructus viduarum in bonis mariti, in casu nostræ constitutionis, cum cedant post mortem mariti, & moram hæredum commissam in retardata dotis restitutione, dicendum concludenter venit, ex verosimili mente disponentis, seu legislatoris factum fuisse, vt fructus ad mulierem non pertineant bonorum vinculatorũ, licet sors principalis ex eisdem bonis, & ex verosimili mente legislatoris sit debita.

70 Cessat igitur ratio finalis in fructuum perceptione: cessat etiam impulsiua, quam diximus originari ex verbis authenticæ, ibi: *Nam Reipublicæ interest dotem mulieribus conseruare*, quæ innuunt ob conseruationem dotium, (interesse tantum à Republica consideratum) permissam alienationem, satis conseruantur dotes per alienationes rerum fideicommissi, & sufficit mulieri, vt sibi sit cautum in dote, & sic in illo plus consideratum, 71 hæc ratio cessat in illo, quod est minus, ratione fructuum, cum per istorum perceptionem, non causetur necessaria dotium con-

seruatio, sed augmentatio, ad quod ius nũquam beneficia sua direxisse apparet, sed ad solam
72 conseruationem.

Nec vrgebit regula desumpta ex l.eos,C. de vsuris quæ eodẽ modo fecit illũ potiorẽ; in fructibus,& priuilegiatum in vsũfructu,quẽ & in sorte, seu proprietate fecerat. Quia hæc regula verificatur quando vsuræ sunt promissę, & in stipulationem deductę, ab eo qui potuit rem obligare pro sorte, & pro vsuris, secus in eo cui defecit facultas obligandi,vt in marito,qui licet potuerit pro sorte dotis,bona vinculis suppositа obligare,nullatenus vero pro vsuris, & interesse, & maximè pro illis vsuris, quæ veniunt ex mora alterius, tunc ne delictũ vnius, alteri sit nociuum, non vtique de vsuris atque de sorte erit dicendum, Vincentius de Franchis in proprijs terminis decis.613.nu.11. Maritus enim, etsi tempore obligationis fuerit dominus (licet reuocabiliter) bonorum fideicommisso suppositorum, & potuerit pro sorte obligare,nun
73 quam vero potuerit hipotecare pro vsufructu,cum fuerit obligatio in tempus, quo non fuerat dominus bonorum, quo casu in eidimus in regula, vt paria sint fieri aliquid in tẽpore prohibito. seu habili, dummodo effectus conferatur ad tempus inhabile, cum semper plus sit attendendus terminus ad quem, quã terminus á quo, glos. in l. quod sponsę 4.verbo,Sine effectu, vbi Baldus num.2.Salicet.num.1.C. de donation.inter virum & vxorem,late Gracian.discepta.forẽ. cap.818. per totnm, vbi de regula.

74 Ex his igitur omnibus sic recollectis, fiat vera, & indubia hæc nostra assertio, & alia penitus euersa, vt non valeat cõsequentia, bona fideicommissi possunt alienari pro dote restituenda, & cadunt sub hipoteca dotali, igitur super eisdem bonis, poterit vidua tenutam cum iure percipiendi fructus consequi. Cum contrarium sit verius, cuius obseruantia quęstionem istam absoluere poterit, nempe, vt licet bona fideicommissi, possint pro dotibus
75 alienari, nullatenus pro interesse dotis, seu vsuris dotalibus, hanc reperij obseruationem canonizatam. tum in Consilio Neapolitano, vt per Vincent. de Franchis decisione 613.tum in Rota, vt fuit dictum in vna Portuen. de Columna 14. Nouembris 1580. Coram Seraphino,quæ reperitur inter suas 481 n.2.& 3.vbi fuit dictum pro fructibus dotalibus non competere priuilegium, vt bona subiecta restitutioni alienari possint. Quia (dixit Rota) esset nimis præiudiciale, & in totum posset subuerti fideicommissum, & successoribus pręcludi via succedendi, & daretur ocasio coludendi, & per indirectum fraudare successores, quod per directum fieri nequiuerat, vniuersa resistente iurisprudentia.

Tutior igitur ex his omnibus appareat obseruatio nostri
76 Olibani, vt in bonis subiectis fideicommisso, ius percipiendi fructus, non competat viduis in hoc nostro Principatu, cum in illis deficiant, & verba legis per genitiuum prolata, & mens verosimilis eiusdem,quæ tantum fuerat in sorte & quan-

titate

titate dotis, & non in vsufructu & interesse.

77 Non me latet eundem nostrũ doctissimum Antonium Olibanum sub dicto loco num. 12. constituisse differentiam inter tenutam, & ius faciendi fructus suos, inter possessionẽ, & vsum fructum, & inter primum, & tertium beneficium, quæ nos (faciliores disciplinæ causa) indiuiduamus inter primum & tertiũ tempus. Vt in primo tempore, beneficio, seu possessione, mulier etiam si bona sint vinculata, seu de maioratu, procedat constitutio nostra, & habeat tenutam: secus vero quoad tertium beneficium, & quoad ius percipiendi fructus. Et licet Senator iste, autor discriminis, nil allegauerit pro iustificanda distinctione. Existimauerim moueri posse, ex quo ius possidendi non erat ita præiudiciale, atque ius percipiendi fructus.

78 Vel etiam considerauerat Olibanus (seu melius Mieres noster) quod fideicommissarius non potest propria autoritate capere bona fideicommissaria in sui personam vinculata, etiã purificata conditione, sed á manu hæredis bona ad eum per restitutionem deuenienda, ad l. sed si eo, ad Trebellian. l. cogi, 16. §. sed & si miles & §. si seruo inuito, in principio, l. si hęres 68. & passim sub titulo, ff. ad Trebellian. cnodauit Peregrinus de fideicommissis. articulo 2. numero 50. cummulans plura exempla. Dicens non plus posse fideicommissarium ante

79 restitutionem ab hærede grauato faciendam, quam hęres ante aditionem, & ita non minus eleganter firmauerat sub artic. 48. num. 7. ductus doctrina Barto. si fideicommissarium ante restitutionem non habere ius in re, sed ad rem, & agere nõ posse tanquã suum, sed tanquam debitum. Adeo quod etiam si grauatus recusasset adire, fidecommissario,

80 id non liceat, sed cogere, vt adeat & restituat, non obstante regula de circuitibus vitandis, l. quia 4. l. si legatus 30. l. omnes 71. & ibi communes ff. ad Trebellia. §. sed quia, instit. de fideicommis. hæredita. Vt inde fiat, cum mulier ministerio legis nostræ, ipso iure veniat in possessionem bonorum mariti, & vice hæredis fungatur, sustinendo actiones hæreditarias actiuè & passiuè (vt sæpius à nobis est animaduersum) dici possit similia bona possidere posse mulierẽ, ad effectum restituendi, saltem fideicommissario: sicut possideret ipse maritus, si in illius vita purificaretur conditio, sub qua fuisset grauatus, vt sic tenutam habere possit, nullatenus vsumfructum. Cum Olibano in hac sententia, concurrit decisio quædam Valentina, sumpta super foris illius Regni concordãtibus cum nostra constitutione, quam mox referam de verbo ad verbũ, & ex contexturę illius agere poteris de legitimitate distinctionis nostri Olibani.

81 Hęc autem tanti Senatoris distinctio multũ nobis cõplaceret & nos cũ eo illius prȩstantia vrgeret, cũ supra adductis cõsiderationibus, si non viderem in vno atq; in alio casu verba nostri tx. deficere, & consequenter dispositũ sub ea, vt supra fuit legitimatum sub 1. declatione nu. 186. sub hoc tẽpore. Nec video (verbis legis ppẽsis, quomodo possit

vidua tenutam habere, & non ius faciendi fructus suos, cum constitutio nostra tantum vsumfructum elargierit super illis bonis, super quibus iura tribuerit possessionis: patet ad sen
82 sum, si consideres relatiuum illud supra ponderatum, *illorum*, seu *eorum*, expositũ sub illis verbis, ibi, *los fruits de aquells bens fasa seus*, sensus horũ verborũ directus, ille significatur, vt in illis bonis in quibus tribuerit possessionem, ipso iure, & tenutę · habeat vidua ius percipiendi fructus, igitur contra mentem constitutionis, declaratam per superiora ponderata verba, non potuit Olibanus seiũgere casus tenutę, & vsusfructus cum aut, in vtroque casu deficiunt verba legis, seu vtroque casu sunt danda beneficia constitutionis, cũ hęc pariformiter super illis dis-
83 posuerit, per relatiu ũ *illorum*, cuius naturã supra expositeramus.

Tum etiam vidũam nostram dicimus non tam iure hęreditario (cui conuenire possent supra tradita de restitutione fideicõmissi) quã credititio possidere, & in eam possessionem trãsferri, tanquam creditricem in dote & sponsalicio, Mier. hic nu. 64. ibi: *Quia primo possidebat mulier bona viri vt pignorata*, vnde cum restitutio facienda per hęredem grauati, sit in exercio hæredis, cuius titulus nõ cõpetit mulieri, sed tãtũ titulus creditiitiusdotis, taliter, quod si non esset dos, cessaret beneficium tenutę & faciẽ di fructus suos, Mier. hic nu. 47. & melius num. 88. fit inde conse
84 quens, nec ius possidẽdi, dandũ mulieri in bonis subiectis fideicommisso, nec ad effectum restituendi, cum non sit in exercitio creditoris, sed hęredis, vt sic salua pace tanti Doctoris, (à cuius recedere obseruationibus aliquando vereor,) nullam puto esse differentiam quoad bona subiecta fideicommisso, inter tenutam, & ius percipiẽdi fructus post tenutam.

Verumenim vero si fas mihi
85 sit inter tam grauissimos Patres & literraissimos Pragmaticos nostros comprouinciales, meam leuem interponere censuram, sub quadam paradoxa sententia illos ad concordiam reducẽdos esse existimo, non ex proprio marte, & inerma ratiocinatione sed cum canonizatione vnius, & alterius Senatus, ex quibus nostra illustrabitur censura, licet non semel in Olibani venerim sententiam, vt colliges ex allegatis per nos sub glos. 4. commenta. constit. *los impubers*, à n. 79. & supra sub *8*. declar. 1. temp. n. *66*. sed maturius re examinata, & discussis hinc inde à comprouinciali bus nostris deductis, in melius mutandam decreui sententiam, & illã Olibani, Fontanel
86 lę, & leuè nostrã supra adductã, intelligendam, quando maritus habuisset bona libera, & bona restitutionibus suppositа, & libera fuissent sufficientia ad dotis, & sponsalicij solutionem, tunc eo casu, si ex bonis liberis mariti, potest satis esse catum mulieri, pro dote, & sponsalicio, indubitabilem tunc puto esse sententiam Olibani, à nobis fundatam, & sequutam, vt nullatenus, nec tenuta, nec ius percipiendi fructus, competat mulieri in bonis subiectis fideicommisso, sed contentetur bonis liberis, in illis quæ tenutam habere, & fructus percipiat,

cum

cum tunc satis cautum esse videatur mulieri, in dote sua, ad cuius conseruationem (diximus supra) ius sua semper induxisse priuilegia, ne damnum patiantur in patrimonio, quod consistit in dote, & non vt lucra captentur, & ditiores efficiantur, cum tunc non ita fauendum sit
77 mulieribus, in quorum fauorem non ita debemus nos facere debitores iustitiæ dotium, vt cæteris pareretur præiudicium. Quod vtique contingeret, si ita de facili priuilegia dotibus, & mulieribus concessa, indiscriminatim ad omnes causas, & contra quascunque personas extenderemur.

Quando vero non sunt bona libera mariti, sed omnia sunt fideicommissis, & vinculis suppo sita, & restitutoria ad maioratus, seu fideicommissi successorem. Vel tunt bona libera, sed non sufficientia ad dotis restitu tionem, & sponsalicij solutionē.
78 Quia tunc mulier potest vindicare similia bona restitutoria, & in subsidium experiri contra ea, ad dotium exactionem, & nō aliás. Secundum terminos d. authen. res quæ, cuius remedium, subsidiarium omnes dixerunt sub d. authen. vbi Iaf. nu. 7. Curt. Iun. num. 15. Padill. num. 42. Socin. conf. 75. num. 13. lib. 1. Paris. conf. 67. nume. 49. Peregr. de fideic. art. 42. nume. 66. Rip. in §. diui. num. 74. Boer. decis. 130. n. 12. Vincen. de Franchis, decis. 290. & decis. 519. Gracian. discepta. 832. num. 40. & dixit sæpius Rota, & pluries hanc sentē tiam canonizauit, vt diuerso. 1. part. decis. 619. nu. 1. cum alijs sequentib. & apud Cardin. Serap. deci. 440. num. 4 & decis. 1388. & iterum decis. 1483. numer. 5. apud Cardin. Bononien. decis. 543. num. 2. vbi alię concordes decisiones recensentur cum solemni annotatione Oliuer. Beltramin. & iterum, decis. 266. nu. 9. & 10. Ioseph. Ramonius post hæc scripta prælo mandatus, sub
79 1. consilio num. 53. vers. additque. Et ita strictè sumitur hoc remedium pro subsidiario, vt prius sit discutiendum ius legitimè, & Trebelianicę gravati, ad videndum, an ex simili iure fieri possit dotis satisfactio, aliás non peruenitur ad alienationē immobilium fideicōmissi, Paul. Castr. cons. 77. nu. 7. lib. 2. Corn. conf. 3. num. 3. lib. 3. Socin. conf. 75. num. 13. Rolan. conf. 85. nu. 10. lib. 1. Et si Trebelianica, & legitima non sufficerēt, & ex fructibus fideicommissi, seu bonorum vinculi, congruenter posset dotari mulier, seu huius restitutionē dotis fieri potius ex fructi b9, quā ex proprietate exequendum esse, Curt. Iun. in d authen. res, quæ, numer. 49. & ibi Iaf. sub
80 12. limitatione cēsuit Rot. apud eundem Cardin. Seraph. decis. 481. num. 3. & decis. 1483. num. 5. & in recentissimis quas tribuimus Farin. part. 1. decis. 66. Beltramini. in annota. ad Cardin. Bononien. sub decis. 543. nume.
91 4. Licet hoc onus probandi (in simili dubio,) an sint bona libera, iniungatur dicenti extare, Rot. diuerso. part. 2. decis. 210. & apud Cardin. Mantic. decis. 152. & apud Cardin. Bononien. allegata decis. 266. num. 12. vbi notabilis annotatio Beltramini cū alijs cummulatis per Steph. Gracian. discepta. foren. cap. 700. n. 15. quæ omnia exactum subsidiū denotant, vt ita, & tunc demum

bona restitutoria teneatur pro causa dotis, si libera deficiant, & illa quæ ad hæredes voluntarios mariti transire possunt, tunc sane, & isto in casu, veram puto Cancerij, & Molini assertionem nuper secutam, per Ioseph. Ramonium, dum hæc prælo mandarentur *visum* sub allegato cõ filio 50. á num. 18. (ad cuius sententiæ tuitionem desiderabam videre quid Consilium Regium nostrum censuisset in illa causa, & sententia in fine responsi inserta qua attẽte per nos lecta, nil inue ni super dubio decisũ) vt nempè tenutæ iurique faciendi fructus suos fiat locus, in subiectis fideicommisso vniuersale, & omnibus bonis illius.

Ratio potuerit considerari in his quæ supra animaduersa fuere ex l. mulier 22. §. cum proponeretur, ad Trebel. docente, similem quantitatem, seu partem
92 fideicommissi necessariam, pro dote constituenda, seu restituẽda, non fuisse in bonis vinculi, seu substitutionis, sed fuisse in dote ipsa ex præsumpta mente, *testatoris*, quam *diximus fuisse*, vt dotis causa fuerit semper exempta. Et ex rationibus consideratis supra, num. 42. & 43. ex
93 quo enim fideicõmissarius scierit, vel scire potuerit bona fidei commissi teneri ex defectu bonorum liberorum ad dotium, & sponsalicij solutionem, hanc differendo, visus fuerit quasi cõtrahere cũ vidua, & visus fuerit incidisse in pœnis nostri tex in quo diximus impositas fuisse hæredibus, & successoribus maritorum, ob contumaciam commissam, & incursam in non soluendis dotibus, in termino legali, & in dilatione annali à iure introducta ad similes solutiones faciendas, & cum pœna amissionis fructuum, & iuris possidendi sit in damnum non totius fideicommissi, sed fideicommissarij, ad quem pertinent fructus fidei commissi, a die purificatæ conditionis, & potuerit fideicommissarius pœnas euadere, *soluẽ*do dotes, quib⁹ tenebatur, ex bonis fideicommissi, fit æquum & iustum, vt pœnas nostri textus subeat, cum sit visus suo iuri renũtiare, & nullo modo dici possit pœnam non sequi suos autores, cum in isto casu, nulla possit reperiri ratio diuersitatis, inter bona libera, & vinculata, imo vna & eadem, vt sicius solutiones dotium, & accelerantur fiant, & cum sit eadem ratio, nil mirum si idẽ ius statuatur. Ne aliàs ob perfidiam fideicommissarij non soluendo illud, quod iuris vinculo soluere astringebatur, dãnũ vxoribus irrogetur irreparabile, & lucrũ fideicommissarius reportet, cum sua culpa, & iactura mulieris, vt ex his dicamus, ꝙ licet verum sit dicere (secundũ *nostram*, & *Olibani* sententiã) viduam non facere fructus suos post annum luctus in bonis subiectis fideicommisso, hoc sit verum, si ex illis non sit facienda dotis restitutio, quia suppetunt alia bona libera mariti, ad id sufficientia, sin minus, in bonis fideicommissi subiugatis pro dotis restitutione, & sponsalitij.

Et ne videatur noua hæc raciotinatio dixi fundari posse in vna, & altera approbatione, & decisione consilij vna in consilio Neapolis sumpta, transcripta per Vincen de Franchis deci. 613. num. 19. cuius verba transcribere decreui, vt sit mihi in

testem

teſtem omni exceptione maiorem, iuxta terminos authen. ſi quis in aliquo documento, C. de edendo verba ſunt. *Accedat huic concluſioni, quod exiſtentibus bonis fideicommiſſo ſubiectis obligatis oneri ſolutionis dotium, & antephati pro concurrenti ſnmma bonorum liberorum deficientium non eſt iuſtum nec equitati conſonum, quod ad præſens fructus, & præſertim extantes pro dicta concurrenti ſumma bonorum deficientium, fideicommiſſarius ex ſua mora lucraretur, & ex perfidia in litigando, quos non lucrarẽtur ſi à principio bonam fidem prout debebat agnouiſſet, & hæc mala fides ei prodeſſet, & obeſſet in ſubuertionem fideicommiſſi ſecundo fidei commiſſario, quia ex cũmulo intereſſe ob non ſolutionem in tempore factam opus eſſet vandi proprietatem bonorum prędictorum, & ſic huic fideicommiſſario primo, prodeſſet mora in non ſoluendo perfidia in lite in qua ſuccubuit, & mala fides per quam lucraretur fructus, & onera non ſuſtineret.* Ecce verba deciſionis ſub eleganti ſtylo conceptę, ex quibus non obſcurè colliges id quod firmamus, vt mulier faciat fructus ſuos in bonis ſubiectis fideicommiſſo, quando hæc poſſunt alienari pro dotis, & augmenti reſtitutione, & in ſubſidium tantum.

Alia vero ſub doctiori, & arctiori vinculo cõcepta, fuit vna Valentina, in illo Senatu circũſpectiſsimo ſumpta, magis familiari ad caſum noſtrum in fauorem Hieronymæ Nauaſquillo, & de Soler contra Sperantiam Soler & de Blaſca 8. Auguſti 1615. actuario Alreus ſub examine doctiſsimi, & eruditiſsimi nobilis Don Franciſci Hieronymi Leõ tunc illius Senatus Auditoris integerrimi, poſtea vero tanta expoſcente viri eruditione ad S. S. A. C. in fiſci Regij patronum vocati, & inde ob eximias animi, & corporis dotes, quas in eum natura cummulauerat abunde, omnium bonarũ diſciplinarum doctrina longe pręſtantiſsimi, cuius viri ſcripta & ingenioſè cummulata, ſint nobis in probationibus probatis, ad Regium Senatorem eiuſdem ſupremi Aragonum vocati. Is namque dum á ſua eruditione Madriti de anno 1623. habuerim tractatum huius quæſtionis renuntiauit mihi, ita fuiſſe ſub dicta concluſione reſolutum, cuius copiam nobis feçit, vt nos inſtructos faceret, vt noſtra euangelizaret commentaria, quam ad hunc finem exinde ſeruaueram tanquam deriuata ab ipſa radice, cuius ſeries mihi liberata ſub his verbis continetur.

95

Fuit concluſum iuxta forum, viduam habere tenutam in bonis, quæ tempore mortis eius maritus poſsidebat, poſt annum luctus cum priuilegio faciendi fructus ſuos. Quod ita intelligendum eſt, vt reſpectu bonorum liberorum (quorum poſſeſsionem hæredes conſequi non poſſunt iuxta for. 8. ſolu. matri. donec vxor de dote, & augmento ſit ſoluta) vidua poſt finitum annum luctus, iure tenutæ, omnes fructus conſequatur, etiam ſi ea bona ab hęredibus poſsideantur, & nedum ſi petitio tenutæ fuerit intenta, ſtatim poſt finitum annum luctus, ſed etiam ſi poſtea petita fuerit, cum ſit fori beneficium, citra hominis factum competens. Reſpectu vero bonorum fideicommiſſo ſubiectorũ ſi in eorũ poſſeſsione dicta vidua

96

semper permanserit, fructus iure tenutę post annum luctus consequatur, eo casu quo in subsidium dos ex bonis vinculatis restitui debet, si autem dicta bona fideicommisso subiecta penes fideicommissariũ fuerit, tantum consequantur eorũ fructus à die petitionis intentatę contra dictum possessorem. Forus enim nostri Regni, concedens viduæ tenutam omnium bonorum, quæ maritus tempore mortis possidebat, cum priuilegio faciẽ di fructus suos, est exhorbitans, & intelligi debet strictè, & non debet extendi, ad casus in quibus dicta foralis dispositio non reperitur praxi recepta, vnde cum eo casu quo fideicommissarius bona fide fuit consequutus possessionem bonorum ad eum spectantium, iure fideicommissi, quæ maritus tenutariæ, tempore mortis possedebat, & absque vlla interpellatione ea possedit, nõ reperiatur dispositum à foris Regni, nec per obseruantiam subsecutã declaratum, viduæ deberi fructus dictorum bonorum, perceptos ante litem motam, ad hunc casum dicta foralis dispositio non est extendenda, secus tamen est, post litem motam, cum enim praxi receptum sit, dictam foralem dispositionem intelligi etiam debere, in subsidiũ in bonis fideicommisso subiectis, à marito possessis, & à die motæ litis, qui alias, & bonę fidei possessor efficitur, malè fidei dicendum est, ab ea die dictos fructus bonorũ fideicommissi tenutarię deberi.

97

Hactenus Senatus Regius ille Valentinus, sub examine tanti Relatoris locutus. Sub qua conclusione Regia, licet multa diffiniantur, quæ non sunt adaptabilia ad constitutiones nostras, ex quo diuersum ius fori illi Valentini induxerint, non tamen deficere videtur quoad alia valde familiaria.

98

Primo diffinire videtur illã assertionẽ nostrã Olibani in qua dixerat, tenutã, seu ius posidendi competere viduæ in bonis restitutorijs, sub verbis illis conclusionis relatę, ibi: *Respectu vero bonorum fideicommisso subiectorũ si in eorum possessione dicta vidua semper permanserit*, supponunt igitur hæc verba, facultatẽ viduarum nanciscendi possessionem bonorum fideicommisso subiectorum. Quod forsan non ita concluſum diceretur, si verba nostri textus ita strictè sumpta reperirentur, sub verbis fororum Valentinorum, quæ probauimus innuere vnum, & idem ius, tam in tenuta, quam in iure faciendi fructus suos ratione relatiui *illorum*, seu *eorum*.

99

Probat itidem Regia relata Valentina concluſio, fructus bonorum fideicommisso suppositorum post annum luctus deberi viduæ in subsidium, quando bona non subsunt libera mariti, quamuis hæc Valentina conclusio fundata in praxi distinctionem iniungat, de casu quo mulier nacta, & consecuta fuerit possessionem bonorum restituẽdorum, ad casum quo hæredes prius consecuti fuerint possessionem, vt primo casu ex tunc, fructus fiant vxoris, secundo vero casu nullatenus, nisi á die litis contestatę, seu petitionis propositę. Hæc autem distinctio nõ est adaptabilis ad textum, & casum nostrum cum leges municipales sint diuersę, ille Valentinę disponunt (vt supponit concluſio) vt hæredes possessionem bonorum liberorum mariti consequi nequeant quin prius fiat so-

lutio

lutio dotis,& augmenti mulieri.Et tunc iuridice intrauit conclusio,vt casus fori loquentis de bonis liberis mariti tantum nõ trahatur ad bona vinculata cum in exhorbitantibus nulla fiat extensio.

100 Et ratio huius circunspectissimę conclusionis fundatur in optimo iuris principio quo cauetur,vt fructus,interesse, neqi vsuræ dotis restituendæ,non debeantur de iure,vbi statutum aliud non disponit,nisi á tempore moræ regularis, commissæ per interpellationem, seu iudiciariam, seu extraiudiciariam Fontanella,qui testatur de obseruantia nostri consilij clau. 8. glos.1.num.25.& 26. sub 2.par. pactorum nuptia.& post eũ Gracian.foren.cap.563.num. 40. & antea cap.244.& melius c. 427. Rota apud duos Cardinales Auditores illius Mantic.decis.171, & apud Cardin. Bononien. dictum Alex.Ludocis.decis. 204.n. 29.& iterũ decis.269.num.1.& decis.273.num. 8. licet contrarium teneat Oliban. de actio.p. 1.lib.3.§.fuerat num.14.fol.mihi 558. satis debili fundamento

101 & cum forus Valentinus expresse disposuerit de bonis liberis mariti,sub dispositione iuris cõmunis,visusfuit relinquere,quo ad bona vinculis suppositа, quæ cum nõ teneantur pro dotibus nisi in subsidium(vt asseritur in conclusione) & nos latiori comprobatione in superioribus tradideramus ,fit inde non incongrue sub dicta Valentina declaratione dari fructus bonorum fideicommissi á die interpella-

102 tionis tantum.

At vero cum in hoc Principatu verba legis nostræ latius pateant , & non sint coarctata ad bona libera mariti,sed sub indistincta locutione proferantur, & possunt tam ad bona libera, quam restitutioni obnoxia referri, fiet consequens , quod in casu quo in subsidium bona vinculata,seu restitutoria teneantur pro dotium restitutione,ipso iure,elapso anno, absque aliqua interpellatione veniẽt sub vsufructu mulieris , cum ministerio legis fructus elargiantur,

103 vt in decisione habetur Valentina , & de iure elargiri solent beneficia legum absque aliqua extrinseca diligentia ad materiam l.alimenta 11, C. de nego. gest.l. at si quis 14. §. plerique de religi. & sumpti. fune. Paul. Castr.l.fin. num. 7. de eo quod cert.loco,resoluit Gracian.tore. discepta.cap.455.num.28.Surd. de aliment.tit.1.quæst.43,num. 22.& tit.6.quęst.8.nu. 25. Rot. apud Alexand.Ludou. creatum Pontificem sub Greg.XV. deci. 93. Vt sic quemadmodum in prælegata conclusione Regia sub 1.casu illius , quando bona

104 sunt libera fructus debentur viduæ,absque aliqua interpellatione,quia á lege ipsa fructus cõceduntur,& non ab homine: sic in casu nostræ conclusionis cũ sit huiusmodi naturæ elargitio fructũm, in bonis subiectis fidei commisso, in subsidium absque aliqua interpellatione debentur elargiri,& vtique in Regno Valentiæ elargirentur , si forus non disposuisset de illorũ elargitione tantum in bonis liberis, quasi voluerit vinculata, & restitutoria excludere, argum. text. triuialis in l.cum prætor de iudic.quod non potest in considerationẽ haberi,in hoc Principa-

tu,

tu,sed solum attendere, an bona sint pro dotibus obnoxia,quę fuerint mariti,&si tenentur ad restitutionem, vtique tenebuntur ad vsumfructum,& tenutam cum lex nostra ita indistincte suam induxerit dispositionem. Ne igitur mala fides fideicommissarij,ex perfidia sua generata,in nõ soluẽdis dotibus,& spõsalicio ex bonis vinculatis, cum nulla alia supersunt bona libera sibi prodesse,& obesse possit, vt dicebat decisio illa Neapolitana de Franchis, proximè allegata,dicendum existimaui supradictam pragmaticorum nostratum discrepantiam,& assertionem discordem, sic ad concordiam reducendam fore, & esse,salua semper Senatus nostri circunspectissimi sententia, & approbatione,ad cuius censurã & terminationem hanc, & alia grauiora relinquimus. Et hæc satis de hac inferentia ad hanc declarationem.

Notabilia ex 7. declaratio. ad argumentum ex 3. tempore desſumptum.

1 *Beneficia nostræ cõstitutionis an viduis inhoneſtæ, & luxurioſę viuentibus concedenda & num.seqq. concluditur num. 52.*

2 *Vidua,an ſtuprando amittat dotem, & quid ſi in anno luctus commitatur, num.3.*

4 *Vidua in hoc noſtro Principatu ob ſtuprum ſolum perdit obentiones maritales non autem dotes, & cum ſequentibus vſque ad numer.51.*

Vſaticus vidua ſub tit. ſoluto matrimonio declaratus.

5 *Termino conceſſo,& via termini cenſebitur conceſſa.*

6 *Obligatus ad actum faciendum aſtringitur legibus de illo actu loquentibus.*

7 *Viduæ luxurioſe, & turpiter viuentes afficiuntur pœnis ſecũdo nubentium.*

8 *Pœnę ciuiles ſecundo nubentium feſtinanter abrogatę per ius canonicũ,& quæ venerint in abrogatione, an quę mere pœnales ſint ſeu alię,n.9.*

10 *Sanctitas Chriſtianę religionis non admittit,vt qui primi matrimonij vinculo ſit ſolutus cũ alio quandocumque nubere non poſsit.*

11 *Pœnę ſecundo nubentium ciuiles impoſitę viduis fornicarijs non ſunt abrogatę per ius canonicum.*

12 *Conditionis deterioris debent eſſe ſtulti,quam prudentes,& peccantes, quam non peccantes.*

13 *Iuri Canonico ſtandum eſt circa abrogationem pœnarum ſecũdo nubentium.*

14 *Pœnæ ſecundo nubentium in anno luctus ſunt ſublatæ per ius canonicum ex quo culpa a iure ciuili conſiderata in ſimilibus feſtinatis nupţjs fuerit a iure canonico ſublata tam quoad pœnam infamię, quam quoad alias.*

15 *Pœnę ſecundo nubentium ſolũ ſunt abrogatæ in nuptijs in anno luctus contractis nõ in alijs.*

16 *Pœnæ ſecundo nubentium poſt annum luctus omnes ſunt in fa-*

uorem

uorem filiorum primi matrimonij.

17 Ratio peccati vitandi per ius canonicum considerata ad tolẽdas pœnas secundo nubentium festinanter non viget in nuptijs post annum luctus contractis.

18 Pœnę secundo nubentium post annum luctus impositæ à iure ciuili, an possint per ius canonicum tolli cum non inducant periculum incontinentię.

19 Pactum nudum cur de iure ciuili producit actionem, & de iure canonico è contra.

20 Pœnæ impositæ secuudis nuptijs festinantur contractis licet sint abrogatę, non in totum suut innutiles cum remanserit in correctę contra viduas fornicarias.

21 Ius canonicum non opitulatur viduis inhonestæ viuentibus.

22 Correctio, seu abrogatio legis antiquę, an censeãtur correcti, & abrogati casus æquiparati cum lege correcta, & nu. 23. Correlatiuo vno correcto per legem recentem, an censeantur omnes correcti correlatiui, quod declara, vt in num. 23.

24 Mulier transiens ad secundas nuptias perdit omne, quod ex liberalitate, & iudicio coniugis defuncti ad eam deuenerit.

25 Vidua per stuprum licet non perdat dotem, perdit tamen omnia, quę ex iudicio defuncti viri ad eam peruenit, etiam si in legato non sit adtecta conditio castitatis, & melius de iure nostro Cathaloniæ, num. 27.

26 Vidua turpiter viuendo irrogat iniuriam viro defuncto.

28 Vsaticus vidua sub hoc nostro titulo exponitur, & declaratur.

29 Luxuriosè viuere, an dicatur qui semel fornicãta sit, an opus sit plures actus turpes exercere.

30 Vidua in hoc Principatu per vnum actum venereũ puuitur illis pœnis quibus de iure communi per plures.

31 §. fina. in authen de restitutione & ea, quæ parit in vnde. mense expensus, & enodatus latissimè.

32 Vidua stuprando ad hoc, vt dicatur committere pœnas secundo nubentium debet conuinci de stupro in anno luctus commisso.

33 Mater per transitum ad secũda vota perdit tutellam filiorũ primi matrimonij tam legitimã quam testamentariam.

34 Mater per exercitium luxuriosum perdit legitimam, & testamontariam tutellam filiorũ sicut per transitum ad secunda vota, & an intelligatur in anno luctus, vel extra, num. 35.

36 Vidua in hoc nostro Principatu commitendo stuprum perdit tntelam filiorum etiam si post annum luctus tẽtauerit stuprũ & num. 48.

37 Vsaticus vidua nouè vltra omnes decluratus, & intelligitur & de verbo ad verbum commi nuitur, & numero 41. & melius num. 46.

38 Substantiam viri mulier habere non potest nisi altero ex duobus modis de quibus hic.

39 Vxor iure successionis bona mariti habere non potest nisi in defectu descendentium agnatorum, & cogãtorum ad exclusionem fisci.

40 Substantia verbũ in iure pro tutela accipienda, & de significatu huius verbi latissimè.

42 Verba, en sa honor vsatici vidua quid importent, & numẽro 45.

43 *Tutores honorarij, qui dicantur.*

44 *Tutor non poteſt a tutela remoueri citra honori detrimentum.*

47 *Tutela eſt danda ſecundum. ſucceſsionem legitiam bonorum*

49 *Interpretatio legis recentis ſẽ per illa eſt ſummenda, quæ minus præiudicet iuri antiquo.*

50 *Interpretatio rationabilis non eſt ſublata per ſtatutum prohibens interpretationem.*

51 *Pœnę nouę non ſunt iniungende vltra caſum a iure expreſſum.*

53 *Pœnæ ſecundo nubentium, an afficiãt tam virum, quam vxorem, & ſint inter coniuges communes, quod intellige in pœnis, l.1.& 2.C. de ſecundis nup. ſecus in pœnis, quæ reſpiciunt vtilitatem filiorum, quę ſunt cõmunes, num.55.*

54 *Extenſio pœnarum nunquam admittenda de perſona ad perſonam.*

56 *Maritus qna ratione poteſt plus concubinę legare, quam vni ex filijs primi matrimonij cum ei non liceat id facere in vtilitatem vxoris. Et eodem modo reſpectu vxoris ad maritum,*

57 *Lex no ita ſuſpicatur de concubinarij amore erga concubinã atque de marito erga vxorem.*

58 *Periculum vbi probabile non imminet non eſt neceſſaria præcautio legis.*

59 *Mulieri quare plus ſuccuratur in veleianno, & interceſsione, quam in donatione.*

60 *Donatio inter coniuges cur prohibita, & non inter concubinarios, & de ratione, n.61.*

62 *Pater non poteſt plus relinquere filio legitimato, quam vero legitimo, & natura, & an id procedat ſub omni legitimatione, num.63.*

64 *Mulier nubens in anno luctus non poteſt de iure ciuili donare ſecun. viri vltra tertiã bonorũ partem. Et idem de vidua fornicaria.*

66 *Pinellus notatur ad quæſtionẽ vt maritus non comprehendatus ſub pœnis 2. nubentium.*

97 *Maritus fornicando poſt mortem vxoris, an efficiatur reus omnium pœnarum 2. nubentiũ contra num.7.*

68 *Marito non licet impune vitã turpem agere licet maior caſtitas requiratnr in vxore.*

69 *Maritus tempore quo donatio propter nutias erat in vſu non miuus, quã vxor per adulteriũ.*

79 *Pœnæ omnes 2. nubentiũ etiã abrogatae per ius canonicum licet ſint intactę quoad viduas fornicarias non vero quo ad maritum concubinarium, & ſic tantum de pœnis l fœminæ, num.72.*

71 *Diuortium licet cõcedatur per adulterium vxoris nõ vero per adulterium viri.*

72 *Pœnae ſecundo nubentium impoſitæ fornicarijs viduis intelliguntur de pœnis poſt annum luctus impoſitis.*

73 *V ſusfructus cum tenuta, an ſit debitus mulieri iuxta textum noſtrum in caſu confiſcationis bonorum mariti.*

74 *Qualitas a lege, ſeu ſtatuto deſiderata ad obtinendum conceſsũ ſub qualitate prius debet conſtare ante quam diſpoſitum elargiatur.*

75 *Ablatiuus abſolutus generat cõditionem ſubſtantialem ad actum.*

76 Conditio, quando adnectitur,

seu adiungitur toti dispositioni significat substantiam actus, nec tunc possunt per æquipolliens adimpleri.

77 *Mors ciuilis non æquatur naturali nisi in casibus à iure expressis.*

78 *Stipulatio cõcepta in casu mortis non committitur nisi in morte naturali.*

79 *Fidecommissum debitum post mortem grauati non debetur ante naturalem mortem etiam si confiscatio bonorum succedat grauati.*

80 *Restitutio dotis post mortem mariti facienda, marito fori iudicato, seu mortuo ciuiliter non fit restitutio.*

81 *Iura vxorum non veniunt sub confiscatione bonorum viri, sed semper iura mulieris salua esse debent.*

82 *Vsusfructuarius non perdit ius vsusfructus per confiscationem, seu publicationem proprietarij.*

83 *Viduitas foralis in Aragonia non perditur per confiscationem bonorum mariti.*

84 *Confiscatio bonorum mariti non periudicat iuribus mulieris existentibus in posse mulieris, & eius dominio.*

Mulier ob mariti bonorum confiscationem in totum, seu in partem tanquam per inopiam potest agere ad dotium repetitionem.

Declaratio 7. ad assumptum 3. temporis.

DEclaratur 7. loco hæc conclusio faciẽdi fructus suos vt procedat in vidua post annũ luctus indistinctè non soluta de dote, & sponsalicio. Dicimus indistinctè nulla facta differentia, siue honestè, siue inhonestè vixerit, siue castè, siue luxuriosè, & siue decenter, siue indecẽter, vtroque enim casu, beneficio nostræ constitutionis fruetur cuius assertionis potentior ratio esse potest. Quod sicut vidua stuprando post viri mortem non amittit dotem, secundum magis communem, & receptam interpretum sententiam, quam contra Paulum Castren. in l. sororem, C. de his quib. vt indig. & alios, tenuerunt quamplurimi accipientes in ducem huius sententiæ Alexand. in d. l. sororem numero 3. Crot. in l. 2. in princi. numero 5. & sequentib solut. matrimo. Bened. cap. Rainuntius verbo, qui cum alia numer. 202. extra de testamen. vbi contrarium Paul. Castrens. communiter reprobari testatus est Iul. Clar. in §. stuprum numer. 5. qui dicit ab hac non esse recedendum Pinel. l. fin. numero 9. C. de bon. mater. Padill. l. fideicommissum numero 4. C. de fideicommi. Molin. de primoge. libr. 1. cap. 9. numero 55. Couarru. ad 4. 2. part. cap. 7. §. 6. numero 10. vbi numero 12. etiam si stuprum committatur in anno luctus Gom. l. 80. Tau. n. 70. quam dicit veriorem

1

2

Menoch.caſ.288.numer. 33.vbi fuſſè de quæſtione alios recenſet Farinac. de delict. carnis q. 142. nnmer.47.alios etiam Salcedo ad Bernar.Diaz regu.786. & alios more ſuo Ceuall. contra communes,quæſt. 708. numero 9.Peral.ad l. cum quidam num.8.de leg.2.Gutier.canonica.lib.2.cap.12.numer. 1. & 21. Baraona ad Palac.Rubios in rubri.de donat.int. vir. & vxor. §. 83.ſub numer. 5.& de communi Gracian. diſcepta. 5. numero 20.qui alios recenſet, & ſimiliter noſter Molin.de rit. nuptia. lib.3.quæſt.67.numer. 17. Barboſ.ad l.2.ſolut. matrim. part.1. nume.65.ver. his tamen non obſtantibus,Sanchez de matrimo. lib.7.diſputa.90 numero. 9. vbi recenſet authores, qui putant
3 (& verum dicunt) ſiue ſtuprum cõmittatur infra annum luctus in quo dicitur ſtare in primo matrimonio lugendo maritum, & conſequenter in obſequijs ad §. deinceps, ibi: *& in prioribus ſteterint nuptijs*,in authentico de nuptijs, ſiue poſt annum luctus,dum vidua remanſerit,& poſt eos Gutier.de matrimo. c. *110.numero 6.* & video receptã hanc ſententiam in omnibus ferè tribunalib⁹,ſiue vt dixi peccauerit in corpus ſuum infra annum luctus,ſiue poſt,vt per Surdũ de alimen.tit.7.q. 24. n.10. Boer.deciſ.338.Vincen.de Franchis deci.421.n.16.Hiero.Lauren.deci.145.per totam,Cache. deciſ. 77. & perelegans diffinitio Ant.Faberi.7. ſub tit.de iur. dot.in codice ſuo Fabriano, & quidquid de iure fuerit contro uertibile, cum ſint cum Paulo Caſtrẽ.ſequaces condemnantes viduas peccantes in libidine ad amiſsionem dotium,quos cummulat Couarr.d.§.6.nu. 10.Fari. vbi ſupra,num.46.in hoc tamen
4 noſtro Principatu lege viuimus expreſſa,quæ viduis huius cathegorię ſaluat dotes in vſatico,vidua,hoc titulo noſtro,ibi:*Vidua ſi cometra adulteri, e lo llit de ſon marit violara perda ſa honor,e tot lo auer de ſon marit aixi empero, que no perda ſon auer ſi en preſent aparra ne perda lo ſponſalici mentre viura*,ideſt, *Vidua ſi commiſerit adulterium,& mariti ſui thorum violauerit,&c.*Ex quibus fit certum hodie plus non ambigi, an vidua perdat dotem,cum ius noſtrum,& cõmunis interpretum,& pragmaticorum,& Senatuum obſeruatio, illã ſaluet, ſicut igitur vidua non perdit dotem per ſtuprum, ita nec benèficia in fauorem dotium inducta, vt ius faciendi fructus ſuos, nec tenutam perdere poterit,cũ fructus,& tenuta elargiantur ob retardatam dotium ſolutionẽ, & ad facilitandam exactionẽ quo caſu ſumus in regula, quod permiſſo,ſeu cõceſſo termino,cẽſeatur conceſſa,& permiſſa via termini,ad textũ cũ materia in c.
5 ſuſpicionis de offi.delega.ad l.3. §.fi.de pecu.legat. l. veteres vbi glo.& Bart.ff.de itine.actuq; priua.& in alia regula inducens, ꝙ tentus ad aliquem actum faciendum,aſtringatur legibus omnibus de illo actu loquentibns ad l. ſi duo. 38. vbi Bald.de acquir. hæredita.Nata.con.42.num.22. Surd.con.254.num.17.& in tracta.de alimen.tit.1.q.11.numc. 22.& titu.9.q.21.nu.19. & q.25. numero 91. Bechius conſ. 75. numero 11. aſtrictus igitur hæres mariti ad ſoluendam dotem viduæ, etiam incontinenti

& turpem vitam agenti, tenebitur ad legem noſtram loquentem de pœnis non reſtituentium dotes, quia propter id vnūquodque tale, & illud magis authen. multo magis, C. de ſacro ſanct. Eccleſ.

7 Solum enim iure cautum eſt viduas turpem vitam agentes, & luxuriosè viuentes affici poenis quibus conuolantes ad ſecundas nuptias afficiuntur l. his ſolis. 7. in fin. C. de reuocan. donatio. vbi Bartol. dicens perpetuo notandum, idem & apertius in authen. eiſdem, & in corpore illius, C. de ſecundis nuptijs; cuius verba ſunt. *Eiſdem pœnis ſubijcitur etiam ea quæ parit intra luctus tempus ſi modo indubitatum ſit ſobolem hanc ex defuncto non exiſtere*, text. de iure canonico in cap. vxoratus 8. de conuer. coniugato. ibi: *Eam ad ſecunda vota velle migrare, vel quod minus continenter debeat viuere*, ex quibus verbis liquet Pontificem decretalis illius authorem cenſiſſe, coadæquatas fuiſſe viduas conuolantes ad ſecundas nuptias, cum fornicantibus, vt notabat Panormi. ibidem numer. 2. & melius in §. fina. in authen. de reſtitutione, & ea quę parit in vnde. men. & eſt concors omnium ſententia Alexand. in l. bonorum de his, qui notantur infamia, Palac. Rub. in rubr. de donation. §. 63. nume. 3. Gom. l. 14. Tau. numer. 17. & in l. 53. Tau. in fin. Surdus de alimen. tit. 7. quæſt. 24. numero 3. latè Barboſ. l. 2. part. 1. numero 67. ſolut. matrimo. Thom. Sanchez de matrimo. libr. 3. diſputa. 90. numer. 2. circa finem Gutierr. ſub eodem tracta. cap. 110. numero 1. qui allegat Padill. in l. fideicōmiſſum, n. 5. & ſeqq. C. de fideicō. Anto. Faber diffinitione 7. ſub titul. C. de iur. dotium.

8 Dixi viduam fornicantem in omnes incidere pœnas iure ciuili inductas contra conuolantes ad ſecunda vota, non quod ignorem ius canonicum abrogaſſe pœnas feſtinatarum nuptiarū, quas vulgus infra annum luctus contractas vocat authorithate Apoſtolica vt in cap. penul. & fina. extra de ſecundis nuptijs, de quibus in l. 1. & in authent. eiſdem pœnis, C. de ſecundis nup. & non ſolum pœnę quę merè pœnales ſunt, qualis fuit pœna infamæ, in quam mulier incurrebat infra annum luctus nubēs, vt Bald. dicebat in d. l. 1. Sed etiam cæterę aliæ quæ non liberorum fauorem prioris matrimonij, & vtilitatem illorum reſpiciebant. Remanentibus tantum illis, quę poſt luctus annū nubentibus fouere liberorū irrogātur, & nō odio ſecundarū nuptiarū, cum religionis noſtræ Chriſtianę ſanctitas nō admittat, vt qui primi mariti vinculo ſolutaſit, cū alio in domino nubere nō poſsit quādocūq;, iuxta Apoſtolum relatum in d. c. penu. & fi. ita Gutie. in prac. li. 2. q. 95. n. 5. Couar. ad 4. 2. p. c. 3. §. 9. n. 4. Alex. Tren. var. reſo. li. 3. ſub tit. de matr. reſo. 5. per totā alios recēſet Aloiſ. Leo in l. 1. C. de ſecun. nup. n. 4. Ant. Faber diffin. 1. ſub tit. de ſecun. nup. in ſuo C. li. 5. tit. 5. Sed quia nō eſt religionis noſtræ Catholicę ſanctitatis, fornicationi, quę intra vel poſt luctus annum committur fauere, priuilegio nuptiarum, quæ licet feſtinatæ, ſanctæ tamen ſunt, & in domino, vt

10

11

12 mox dicebam intactas,& incorrectas remansisse pœnas per ius canonicum in casu fornicationis (à toto illicito) sicut in casu nuptiarum, ex omni latere sancto, vt Sacramentum, deterioris enim conditionis esse debent

13 stulti, quam prudentes ad l. regula. 9. §. fina. de iur. & fac. ignor. l. 4. ff. quod vi aut elam, & eiusdem deterioris peccantes, quam non peccantes, ad vulgatam l. Grachus 4. C. ad l. Iul. de adulter. vt inde dicamus abrogatas fuisse tantum pœnas ciuiles contra binubos iniunctas, contra vero fornicantes intactas remansisse, ita in terminis Cardina. in d. cap. fina. numero 2. de secundis nuptijs, vbi Alexand. de Neuo numero 16. Garroni. in authen. eisdem numero 4. & Alber. C. de secundis nuptijs Benedict. c. Rainuntius, verbo, qui cũ alia de testamen. numero 200. Eman. Acost. c. si pater verbo, legauit numero 34. de testam. in 6. Clar. in §. stuprum, numero. 6. Surdus de alimen. tit. 7. quæst. 24. numer. 4. alios cummulat Sanchez d. disputa. 90. libr. 7. numero. 1. Gutierrez de matrimon. capit. 170. numero. 1. Alexand. Trentaci. vbi supra numero 7. Præter vero casum fornicationis, nulli dubium esse potest, quin standum sit iuri cononico, tollente pœnas contrahentium secundas nuptias, per Principes seculares impositas, quas ius Pontificum abrogauerat, quæ continebantur sub l. 1. & 2. C. de secun nup. vt non daretur stimulus fornicandi viduis, ad vitanda peccata incõtinentiæ, in qua materia, quis non dicet standũ iuri canonico? iuxta glosam valde commendatam in regula possessor, de reg. iur. lib. 6. Couarr. ad 4. 2. p. c. 3. §. 9. n. 4. faciunt notata per Bart. in l. priuilegia, C. de sacrosanct. Eccles. Ioan. de Garro. d. l. 1. C. de secũ. nup. nu. 44. iuxta doctrinam nostri practici Mier. in c. 2. n. 23. colla. 8. vbi dicit sẽper standũ iuri canonico in hoc Principatu, cum fundetur super æquitate, in concursu iuris ciuilis, quod fundatur super rigore.

14 Ex quibus colliges, quod cũ ius Pontificium propter incontinentię periculum, pœnas illas festinatarũ nuptiarum abrogauerit, non solũ quoad infamiã, sed, omnes alias pœnas de quibus in l. 1. & 2. C. de secun. nup. (quas cũmulat, & declarat Trẽta. d. reso. 5. à n. 1. cũ seqq. post Sãchez de matr. li. 7. disp. 87.) tollere potuisset, ex quo igitur vidua authoritate Pontificia cõtrahit secũda vota, infra annũ luctus, debẽt cessare pœnę iuris ciuilis quod reputauit viduã culpabilẽ cõuolando ad secũdum matrimoniũ intra annũ luctus, cuius culpæ occasione, imposuerat illas pœnas. Ius autẽ canonicum tollit culpã, qua sublata visũ fuit tollere pœnas, cũ legitimè factũ poenã nõ mereãtur ad l. 4. C. ad l. Iul. de adul. argu. tex. c. cum cessãte de appel. sic ratiocinatus est Ioã. de Garro. in d. l. 1. n. 21. & 54. vnde cum ratio peccati vitãdi, militet tã in alijs poenis in d. l. 1. & 2. C. de secũ. nup. quam in poena infamiæ ibi iniũcta, fit verum, omnes poenas fuisse per ius canonicũ sublatas, quãtũ ad nuptias cõtrahẽdas in anno luctus, nullatenus vero poenas contra viduas nubentes post annũ luctus, ex quo est in similib⁹ poenis diuersa ratio, cũ si rectè in-

15

tueantur

tuẽatur pœnæ secũdo nubẽtib⁹ post annũ luct⁹ impositæ in l. fœminæ, l. generaliter, & l. hac edictali, C. de secund. nupt. non in odium nubentium, neque in illorum pœnam inductas fore, sed in fauorem filiorum primi matrimonij: igitur non est præsumendum ius Pontificum voluisse tollere pœnas, in fauorem filiorum inductas, sed solum pœnas anni luctus, quæ principaliter videntur inductæ in odium viduarum, quas lex ciuilis reputauit contra bonos mores, & contra mulierum honestatem. Et si dixeris cum Panormita. in d. cap. fina. & Deci. in cap. Ecclesiæ Sanctæ Mariæ, de constitutio. numer. 35. eandem rationem peccati vitandi comprehendere alias pœnas impositas cõtra viduas post annum luctus, cum sit etiam retardatiua quodammodo nuptiarum, etiam si respiciant fauorem filiorum principaliter. Responsio erit facilis, quod ratio est diuersa, cum enim pœnæ impositæ contra secundo nubentes infra luctus annum in d. l. 1. & 2. C. de secund. nupt. sint grauiores alijs, in fauorem filiorum impositis post luctus annum, iustè potuit ius canonicum timere, & probabilius præsumere viduas retardaturas ad nuptiarum conuolationem, metu penarum, quibus vrgentibus, vehementior fit præsumptio fornicationis, quod non ita contingit in alijs pœnis leuibus, & parui prejudicij, vt dicebat Ioann. Nicolaus in l. generaliter, C. de secund. nup. num. 59.

16

17

18 Ex quibus vnum fit notabile, quod ex quo pœnæ secundo nubentibus impositæ post annum luctus, respicientes fouorem filiorum, nullam faciant præsumptionem incontinentiæ, nec dici possunt matrimonij retardatiue, quod etiam si ius canonicum illas abrogasset: cum cesset ratio peccati vitandi, non ligaret Principes seculares, nec in eorum foro induceret obligationem, (si aliás non tenerentur seruare ius Pontificum pro vt nos cogimur per constitutionem anni 1599.) cum enim ius seculare habuit iustam causam præsumendi, quod vidua post annum luctus metu dictarum pœnarum non sit retardatiua á secundis nuptijs. Et tamen habuerit iustam causam præsumendi, quod metu pœnarum, l. 1. & 2. C. de secund. nupt. vidua sit retardatura, fit verum ius canonicum non posse tollere illas pœnas, in fauorem filiorum inductas.

19 Hæc probantur vno simili de pacto nudo sumpto, de quo dici solet, ratione peccati vitandi producere actionem, sed quia ius ciuile contrarium estimauit, eo attento producere actionem constat, quia ius ciuile iustam habuit causam præsumendi, non esse peccatum, quia defficiebat consensus, qui totum facere videtur in omnibus conuentionibus, sic latissimo sermone Rip. in rubr. de verbor. obliga. latè interpretes in l. iuris gentium, §. igitur nuda, de pact. Exea de pact. numero 456. & pro Scholasticis Ferdinandus Mendoça de pactis libro 3. capit. 9. per totum Corras. libr. 3. Miscellan.

cap. 15. numer. 4. Peregrin. aliqua de fideicom. art. 14. n. 1. ver. quo autem ad primum Anto. Pichar. in §. aliq; autem, nume. 4. insti. de donationib.

20 Non igitur per correctionē pœnarum secundo nubentium per ius canonicum inductam, erunt pœnę legales inutiles, contra festinatas nuptias impositæ in legibus 1. & 2. C. de secund. nupt. cum remaneant incorrectę, contra viduas fornicantes intra luctuosa tempora, cum vt dicebamus, non sit præsumendum ius canonicum velle opitulari viduis, in turpe vita (omni

21 iure reprobata) viuentibus, vt ex Deci. in l. 1. numer. 3. & Ioann. de Garro. num. 56. & in authen. eisdem pœnis, numer. 4. C. de secun. nupt. & alijs dicebat Sanchez d. dispta. 90. libr. 7. numer. 1. & Gutier. d. cap. 110. numer. 1. Surd. d. quæst. 24. num. 4. & sic ius canonicum in d. cap. penul. & fina. intactum reliquit Imperatorem Iustinianum in §. fina. in athen. de restitu. & ea quę parit in vnde. men.

Ex quibus deduces veram limitationem ad traditionem illam ordinariam, qua docemur,

22 quod quoties lege recenti lex antiqua corrigitur, vel abrogatur, censeantur abrogati omnes casus, per legem antiquam æquiparati, vt sic corrigendo vnū ex correllatiuis, cēseatur alios corrigere, docēte glo. cōmuniter secuta in l. si quis seruo, C. de seru. fugiti. & dixi latius in meo tracta. de succes. impub. gl. 6. numer. 9. vbi allegaui Anto. Gabriel. libr. 6. commun. tit. de legib. conclu. 12. numer. 36. Surdus de alimen. tit. 7. quæst. 25. numer. 7. & 8. Barbos. l. si constante solu. matrim. numer. 105. & 106. vt intelligas si in æquiparatis, & correlatiuis in l. antiqua

23 sit par ratio, disparitate vero rationis reperta inter correllatos, corecto vno per legem nouam, non censentur alij correcti ex Iaso. l. fina. nume. 19. C. de indic. viduita. tolen. Garro. in d. l. 1. numer. 4. C. de secun. nupt. Ioann. Nicola. in l. generaliter illo tit. numer. 34. idem Iaso. in authen. cui relictum, numer. 10. C. de indic. viduita. tollen. glo. nota. in l. fin. C. de bonisq; liber. verbo recusante, Barbos. vbi supra num. 105. & nos d. glos. 5. num. 9. & melius nume. 64. Vnde quamuis ius disponat, mulierem inhonestam vitam agentem, affici pœnis contrahentium secundas nuptias, has quæ ius nouum abrogauerit, quia tamen diuersa est ratio in vidua fornicante (ne plus habeat luxuria castitate,) quam in vidua conuolante ad secundum matrimonium, etiam nimis festinanter, abrogatis pœnis in binubis, non censentur abrogatæ, in fornicantibus, ex disparitate rationis.

Ex quo igitur pœnæ omnes ciuiles contra festinatas,

24 & præcipitatas secundas nuptias sunt in viridi obseruantia cōtra inhonestas viduas, turpes, & fornicarias, & inter pœnas illas ciuiles, fuit vt contrahens secundas nuptias, perderet omne illud quidquid, & quantum, ex liberalitate, & iudicio defuncti coniugis, vel iure legati, vel donationis, ad eam peruenerit, vel inter viuos, vel causa mortis, & etiam si contēplatione viri aliquid ad eam deuenerit, vt colliges ex d. l. 1. C. de secund. nupt. ibi:

omnium praeterea haereditatum, legatorum, fideicommiſſorum ſuprema voluntate relictorum mortis cauſa donationum ſit expers, & itidem in l.2.legitur, ib: *Atque omnia, quae de prioris mariti bonis, vel iure ſponſalium, vel iudicio defuncti coniugis conſecuta fuerat amittat*, & apertius Iuſtinianus in §. primæ ſi quidem.verſ. *ſed neque exerinſecus*, in authen.de nup.& communis concurrit Schola interpretum, vt per Alexand.Trentacin.vari. libr.3. tit.de matrim. relolu.5. numer.4.Thom.Sanchez de matrim.libr.7 diſputa.87.nume.7.

25 fiat inde viduas fornicarias, & ſtupra committentes, perdere omnia, quæ ex iudicio viri defuncti habuerunt,eſt text.formalis in §. fina. in authen. de reſtitutio.& ea quæ parit in 11. men.colla. 4. quem text.ad hoc extollit Rip. l. 2. numer. 8. ſolut.matrimo. Couarru. ad 4. 2. part cap.7. §. 6.numer.11. facit text.in l. his ſolis,C.de reuocan. donatio. communes in d.l. 1. & in l. fideicommiſſum, C. de fideicom. vbi Salicet. numer. 3. & Padil. numer.3. Silu. nuptia. libr.2.§. ampliant 1.numer.43. & 45.Vilalob.in tracta.commu. opini. litera D. numer.21. verſ. plus dicit Palac. Rubios in rub. de donatio.§.67.numer. 1. & §. 70.numer.19.& §.73.numer.2. Baiard.ad Clar. §. adulterium, numer. 105.& in §.ſtuprum nu. 43.Hieron. Lauren. deciſ. Auinio. 145.in fin. Farinac. 4. part. crimi.ſub tit.de delictis carnis quæſt. 142.num.54.Ceuall. contra communes quæſt.708.num. 17.Cifuentes l.14.Tau.numc.2. Auil es in prohœ. capit. prætor. verſ. 1.num.39.Gom.l.53.Tau. ad fin.& in l.15.num.17. Oſaſc. deciſ.Pedemon.67. Gratia. diſcep.5.num.15.& Card. Mantic. de coniect.lib.12.tit.5.n.7.quod procedit etiam ſi á teſtatore cõ ditio viuendi caſtè non fuerit adiecta legato,vt pluribus addu ctis Gracia.d.diſcep. 5. per totã qui benè fundat.

26 Et pro ratione dicebat Salic. in l. fideicommiſſum, C. de fideicommiſ. ſecutus per Cot. in memorabil.verbo mulier, in fi. quod vidua turpè viuendo, viſa ſit irrogare iniuriam viro defuncto,vt colliges ex §. Quæro in authen.de nup.& iniurando virum efficiatur ingrata, facitque ſe vti talem indignam beneficio recepto ad l. 1. ff. de his quibus,vt indig.

27 Hæc autẽ traditio de obuẽtionibus maritalibus amittendis, in fornicantibus viduis infra annum luctus, in arctioribus, & ſtrictioribus terminis habemus diſpoſitum in hoc Principatu, de iure vſaticorum, quo cautũ habemus,viduam thorum mariti violantem, ſeu ſtuprantem, vel adulterium perpetrantem, perdere honorẽ,& omne,quod habuit á marito,& vltra procedit clauſula irritans factum, ap-

28 plicando perditum ad filios,aut ad illorũ propinquiores, vt eſt videre in vſatico vidua huc noſtro titulo cuius verba ſunt. *Si cometra adulteri è lo llit deſõ marit violara perda ſa honor, e tot lo auer de ſon marit, e la honor venga en poder dels fills ſi en edad ne ſeran, o altres propinchis de aquells*, hoc eſt, *ſi commiſſerit adulterium, & thorum viri ſui violauerit perdat ſuam honorem & omne,quod habuit viri ſui, & honor ve-*

niat in poſſe filiorum ſi in ætate fuerint, ſeu ad alios propinquos illorum. Dixi vſaticum loqui & diſponere in arctioribus, & ſtrictioribus terminis quibus fuerat locutus, §. fina. in authen. de reſtitutione, & ea quę parit in vnde. men. nam licet
29 controuerſum ſit apud Doctores, an ad hoc, vt vidua his pœnis teneri poſsit, ſit neceſſaria conſuetudo fornicandi, & non ſemel tantum ad hoc, vt luxurioſè viuere dici poſsit, vt videre licet ex Bart. in l. his ſolis in fin. C. de reuocan. dona. Abbas cap. vxoratus numer. 2. de conuerſione coniuga. vbi Anchar. numer. 1. Rip. l. fin. nume. 68. C. de reuocan. donatio. vbi Pinel. numer. 18. Deci. l. 1. numer. 3. C. de ſecun. nuptijs Palac. Rub. in rubr. de donatio. int. vir. & vxor. §. 67. numer. 3. Ioan. de Garro. in rubr. de ſecun. nupt. numer. 59. Gom. l. 14. Tau. numer. 16. Tel. Fernã. l. 6. Tau. numer. 21. & melius omnibus Eman. Acoſt. in cap. ſi pater verbo legauit, par. 1. nume. 38. verſ. deniq; Vaſq. libr. 1. de ſucceſſ. creat. §. 10. numer. 610. verſ. primo in filia, & libr. 2. part. 3. §. 20. numer. 152. Quos allegat Surdus de alimen. tit. 7. quæſt. 24. nume. 20. cum ſequentib. Thom. Sanchez allegata diſputa. 90. numer. 2. & 8. & poſt eum alios recenſet Gutierrez de matrimo. libr. 1. c. 110. numer. 4. attamen in hoc noſtro Principatu ſtante ſupra relata vſatici diſpoſitione, contro-
30 uerſibile non erit, quin vidua ex vnico ſolo actu fonicario, incidat in pœnis vſatici, quę ſunt ferè ad pœnas iuris ciuilis, illa enim verba. *Si commiſſerit adulterium, aut lectum ſeu thorum mariti violauerit*, de vnico tantum acto ſunt intelligenda ad vulgata l. boues §. hoc ſermone, de verbo ſignifi.

Et quamuis dictus vſaticus vidua videatur concordare cũ
31 iure communi ſignanter cum §. fina. in authen. de reſtitutio. & ea quæ parit in vnde. men. á quo ſumpta facit authẽ. eiſdem pœnis, C. de ſecun. nup. quatum ad pœnarum iniunctionem contra viduas fornicarias, maximè in priuatione relictorum, & eorum omnium, quæ habuerunt á viris ſuis, per contractus, vel per vltimas diſpoſitiones, vt patet ex verbis authentici, ibi: *Si quid tale contingerit, ante luctus tempus peperit mulier circa terminum anni, vt indubitatum ſit ſobolem non ex priori conſiſtere matrimonio modis omnibus eam priuari ante nuptiali donatione, & ſecundum proprietatem, & ſecundum vſum ſubdendam quoque a lijs omnibus pœnis, ac ſi eas contigiſſet ante luctus tempus legitimas celebrare nuptias*, nihilominus tamen vnum aliud videtur diſponere vltra dictum authenticum, hoc enim videtur ſe reſtringere ad fornicationes in anno luctus cõmiſſas, vt per eas incidat in pœnas impoſitas contra nubentes infra luctus annũ, quod enim ſuadent verba illa. *Et ante luctus tempus peperit mulier circa terminum anni*, & iterum, ibi: *Ante luctus tempus legitimas celebrare nuptias*, & intelligendo hac ratione hunc text. maior interpretum Schola cen
32 ſuit, ad hoc, vt vidua per fornicationem incidere dicatur in pœnas omnes cõtra feſtinatas nnptias impoſitas, debere conuinci

de

de stupro in anno luctus commisso, si enim conuinceretur de stupro post annũ, tũc solũ teneretur pœnis secundo nubentiũ, de quibus in l. fœminę, l. generaliter, & l. hac edictali, C. de secũ. nup. huius sentẽtiæ sunt sequendo glo. in d. §. fi. in auth. de restitu. & ea quę parit verb. Maligne & verbo, perfecto, vbi Angel. §. vnum, n. 7. Alex. de Nouo in c. fi. nu. 15. de secun. nup. Corne. l. fideicõmissum, n. 3. C. de fideic. Alciat. præsu. regul. 2. præs. 9 Ioan. de Garro. in authen. eisdẽ pœnis nu. 19. C. de secun. nup. late Barbos. l. 2. p. 1. nu. 67. & 68. solu. matrim. alios congerit Sanchez d. dispu. 90. nu. 5. cum seqq. vbi ait de simili lege Hispanica, quę est 9. in ordine, lib. 3. fori. Gutier. de matrim. d. c. 110. nu. 1. versi. Post annũ vero luctus. Ad terminos vero huius nostri vsatici non potest probabiliter dubitari propter indefinitam & indistinctam locutionẽ sub verbis relatis, ibi: *Si cometra aduiteri, e lo llit de son marit violara*, quis enim hanc indefinitãque ęquipollet vniuersali (sicut alia huius generis esse potest) dicere poterit, restringi ad violationem thori, & stuprum commissum intra annum luctus? Nullus equidem citra cauillationem, firmare poterit, nec 34 negare, quod nostro iure municipali attento, fundato sub hoc vsatico, viduam fornicantem siue in anno, siue post luctus annũ amittere, perdere, relicto à viro suo, & omnia perdere, quæ ex iudicio mariti ad viduam peruenerunt, cum igitur vsaticus noster non se restringat ad fornicationem in anno luctus commissam, sicut se restrinxit Imperialis lex in dicto §. final. sed ad omnem fornicationem indistinctè commissam, fit verum, viduam in hoc nostro iure municipali quandocumque fornicantem, & stuprantem, incidere in pœnas secundo nubentium, saltem in perditione omnium quæ sibi à viro defuncto obuenerunt.

Fit itidem ex nostro isto vsatico, vnum aliud non minus verum, quod sicut vidua per transitũ ad secundũ matrimoniũ remouetur à tutela, siue legitima sibi à iure delata filiorũ suorum, in authentica matri & auiæ, C. quando mulier tutoriæ offic. fungat, poss. siue testamentaria, vt sunt iura nouissima aperta authenticorum, in Authentica, Sacramentum, C. eodem, & in authentica eisdem pœnis, C. de secundis nuptijs, & deduces ex l. 2. C. quando mulier tutor. officio, & ferè per totum titulum, quod enodarunt recentiores post communes in dictis authenticis, Baeçà qui multos recenset de decima tutorum, cap. 4. numero. 51. Gutier. de tutel. 1 par. cap. 9. per totum, Sanchez de matrimon. lib. 7. disput. 88. numero. 4. Ita exercendo actum, seu actus libidinosos ab eadem tutelæ administratione remoueatur, habuit hæc sententia autorem Acurtium, in verbo, Contractis, in authentica Sacramentum, C. quando mulier tutor. officio, quam nullus reprobauit, vt per Ripam l. fœminę, numer. 25. C. de secundis nuptijs, & iterum in l. final. quæstio. 26. C. de reuocã. donat. Ioannes Nicolaus in l. generaliter, numer. 15. C. de secund. nuptijs, Gomez l. 14. Tauri, nu. 13. Gratus respons. 115. nu. 8. vol. 1.

Padill.l.fideicommissum, nu. 8. C.de fideicommiſ.Pinel.l.fin.C. de bon.mater.num. 18.Surd. de alimentis,tit.7.q.24.numer. 18. Gutierr. de matrimon.lib. vno, cap.110.num. 15.& antea de tutel. 1.part.c.9.num. 19. Azeued. l.4.tit.1.lib.5.num. 14. Sanchez de matrimon.qui plura ſuo more cummulat,& ferè nil prętermittit intactum de matrim.libr. 7.diſpu.90.numer. 15.Ad quod probandum dicunt eſſe textum probantem veritatem aſſertionis in l.fin. C.quando mul.tutel. offic.fung.Et licet ſub aliqua ambiguitate,apud relatos ſit an fornicatio viduę ſit committenda in anno luctus tantum,ad hoc vt tutelæ perditio committatur,an etiam ſi poſt annum perpetrata ſit:vt colliges ex gloſ.fin.in §. fi. in authen. de reſtitution. & ea, quæ parit in vnd. men. vbi Angel. de Perūſ.num.7.Speculator in tit.de tutore, §. nunc videndum. Cęterum (ſi mea non fallit noua à nulloque excogitata ſententia) de iure noſtro municipali inducto in allegato & præcitato vſatico vidua, res eſt clara,quod ſiue vidua in anno, ſiue poſt,& ſiue per vnum actum, ſiue per plures ſtuprū committat, perdat tutelam,ſicut & perdere dixerunt obuentiones omnes maritales. Quod autem vſaticus loquatur de legitima tutela, vel teſtamentaria,fiet certum expēſis ſenſim verbis vſatici, ibi:*Subſtantia mariti*,& iterum,ibi:*Perda ſa honor*,& ibi: *E la honor venga en poder dels fills ſi en edad ne ſerā,o de altres propinchs de aqlls.* Si rectè enim verba vſatici antecedentia cum ſubſequentibus iungantur, nulli dubium eſſe poterit,vſaticum diſponere velle, ſeu ſentire,de tutela filiorū priuanda,per adulterium, ſeu ſtuprum viduæ.

Dixerat enim vſaticus in illius initio,quod vidua cum honeſtate & caſtitate vitam ducendo poſt mariti mortem, nutriēdo filios ſuos habeat mariti ſubſtantiam. Viri ſubſtantiam mulier habere non poteſt niſi altero ex duobus modis, vel iure ſucceſſionis, vel iure tutelæ & curæ, quam ius detulit matribus,in authentica matri & auię,cum ſimilibus,C.quando mulier tutel.officfuug. debt. iure ſucceſſionis, exiſtentibus filijs, deſcendentibus,vel agnatis, mulier ſubſtantiam mariti habere non poteſt, ſed tantum his deficientibus ad excluſionem fiſci, vt appāret in edicto C.vnde vir & vxor:ſequitur ergo quod mulier ſi habeat ſubſtantiam mariti, vti tutrix & curatrix legitima filiorū, & ad eorum educationem ſubſtantiam habere dicimus, ſolet enim ius hoc verbo,*ſubſtantia*, vti in tutelis deferendis & cōſiderandis,ſic colliges ex aliquibus iuris partibus loquentibus de tutelis & curis.Inſignior vero ſub text.in l.muto 6.§. fin. in fin.de tutelis, vbi deciſo dubio per Iureconſultum, an filio in hoſtium poteſtate exiſtenti tutor dari poſsit negatiue,ait curatorem bonis aſsignandum fore, ſub his verbis: *Imo curator ſubſtātiæ dari debet,ne medio tempore pereat.* Verbum igitur, *Subſtātia*, ad bona tutelaria referri ſolet, ad idem habes text. in l.ſi duos 52.de adminiſtra. & periculo tutorum,ibi:*Ex ſubſtantia cuiuſq; rei commiti ſtipulacionem, &c.* idem in l.2. C.de tutor. & curator.illuſtri. ibi: *Et ſi in regendis*

pupilla-

pupillaribus ſubſtantijs ſigni creandorum pares eſſe non poterint: idé colliges ex l.fin.§.perſonis,C.de adminiſtra.tutor.ibi: *Quae periculo proprio,vel ſuae ſubſtantiae tutores vel curatores petierunt.* Et in finalibus verbis eiuſdem l.fin. iterum ſimilia repetuntur verba,ibi: *Aliarumque perſonarũ ſubſtantia adminiſtrentur.* Ex quibus iuris locis, non obſcurè deſumitur,verbum,*Subſtantia*, regulariter referri ab bona tutelę, ſeu curę; & aptitudinem inducere, ad deſignanda bona pupillorum in adminiſtratione tutelæ, vt cõ
41 ſequẽter innuẽdo vſaticus,vtmulier ſubſtantiam viri ſui defuncti habeat, in educatione filiorum, tanquam in ſubiecta materia,viuendo caſtè & honeſtè.intelligarur,vti tutrix & curatrix, quod
42 confirmatur ex illis verbis;*en ſa honor*, quæ etiam indicare tutelam manifeſtius fiet,ſi expendas text.in l.iure noſtro 26. §.honoris,de teſtamenta.tute.in verbis illis; *Honoris cauſa tutor datus nõ videtur quem pater à cæteris tutoribus rationes accipere voluit.* Sic tutores qui ad adminiſtratio
43 nem tutelæ venire non poſſunt honorarij appellantur,tanquam honore contenti,ad l.3. in prin. ver.Cęteri, de admiciſtrat.& pericu tut. hinc dicebat Imperatoria lex ſancimus 29. in princip. C.de adminiſtra. & periculo tu
44 tor. Tutorem á tutelari officio repelli non poſſe, ſine exiſtimatione perſonę, quaſi vellet dicere,quod perdendo honorẽ, exiſtimatur honoratus, quod apertius deduces intuendo deciſum in l.fin.C. de ſuſpect. tutor. vbi quoties quis à tutela repelli cõtigerit dolo malo ipſius infamia inodari,quod nõ aliter cõtinge re poteſt, quam per honorem deperditam,perdendo tutelam; aptius igitur verba illa *In ſua honore*, referuntur ad tutelam,quã
45 ad honores,ſub nomine, vel ſi nonime poſſeſsionis, vt vulgo dici ſolet *honores,& poſſeſsiones*, vt ſic verba illa vſatici, *en ſa honor*, & illa, *baja la ſubſtãcia de ſon marit*,referantur ad tutelam, cuius cauſa vidua honorem, & ſubſtãtiam, id eſt bona mariti habere dicatur,vt ſẽſus ſit,ꝙ vidua dũ in
46 viduitate perſiſtat nutriendo filios in ſua tutela, bona quõdam viri ſui habeat:ſi vero inhoneſtè vixerit, committendo ſtuprum, & thorum mariti violauerit, indiſtinctè ſiue in vno, ſiue in geminatis actibus venereis, ſiue in anno,ſiue poſt annũ luctus, perdat honorem, hoc eſt,tutelam, & honor veniat ad filios,ſi in ętate fuerint, ſin minus ad propinquiores illorum.Hæc autem applicatio pœnarum indubitatã faciunt ſuperiorem (quam nos vltra omnes firmamus) traditionem.Cum enim bona, nec tutela peruenire poſſunt ad filios,niſi ſint in perfecta ætate 14.in tutelis,& 25 in curationibus,dicit vſaticus, quod honor matris in caſu fornicationis deueniat ad filios,ſin minus, caſu quo filij nõ
47 fuerint in ętate perfecta,ad propinquiores, ad quos de iure debet tutela deferri ſequendo ritum ſucceſsionis, iuxta text. in authentica,ſicut hęreditas,C.de legitima tutela, per quam dixi in meis commentarijs ad conſt. *los impubers*, gloſ.6.num.138.& antea gloſ.3.num.96. tutelã deferendam eſſe cognatis, ſeu agnatis pupilli, quibus bona ipſius ab inteſtato eſſent elargienda, iuxta doctrinam Bar.l.3.in prin.

de

de legitim.tutor.Gutierr.de tutel.1.p.cap.2.num.15.& 17.Roxas in epitho.succes. cap.26.nu. 89.Spin.in Specul.testamen.glo 29.num.8. manifestè disponit super tutela legitima sibi à lege delata,per illa verba ,*substancia*, e *honor*,vt mulier perdet eam per
48 violationem lecti, seu thori , & consequenter vsaticus concordet,cum iure communi in parte qua disponit, viduam fornicãtem perdere tutelam filiorum, quam sic perdere dixeramus, in l.fin.C.quãdo mulier tutel.offic. fungi debeat,in illis verbis, *Sed pudicitiam suam intactam conseruet.*

Et quod ista sit interpretatio
49 facienda ad vsaticum suadet illa iuris traditio á nobis legitimata sæpius in tracta.de succes.impuber.glos. 2.num. 157. vt semper de lege recẽti sit interpretatio sumenda , illa quæ ad minus lędat ius commune, & in quantũ minus fieri possit, sit in illius derogationem,ex Bart.doctri. quẽ omnes sequuntur in l.omnes populi,num.6.de iusti.& iur.vbi Iason num.62.& Gutierr. in pract. q.15.num.34.lib. 3. Auendan.l. 40.Tau.glos.14.numer 25. Quibus addo Bechium plura cũmulantem cons. 1.num.21.Surd.cõsil.182.num. 12.Gracia.discepta. foren.942.nu.27.cum igitur ex simili noua enodatione , seu intelligentia,in paucis lædatur ius commune, non erit abstergẽda, etiam si ab inculto Doctore illã habere existimes,nec me repellas quęso,sicut eam me repellere voluit,insignis quidem Iurisperitus huius vniuersitatis interpres,dicendo constitutiones Cathaloniæ non posse sic interpretari,cum certo certissimum sit
50 per statutum , seu legem prohibentem interpretationem non prohiberi rationabilem, ad Bar. in l.omnes populi, numer.65.de iusti. & iur. Deci.cons.64.in fin. Bald.l.quamuis,vbi Ias.num.2.in fin.C.de impuber.Ripa respõ.3. num.19.Gracia.discepta.forens. part.4.cap.709.num.8.& sic curaui illa qua potui diligentia, iuribus & rationibus fulciri,& rationabilem demõstrare cum (vt dixi)á nullo ex nostris viderim aliquid animaduersum,vt tãquã rationabile non respuatur,vt sic dicamus per istum vsaticum,*vidua*, viduam fornicantem perdere tutelam legitimam , vltra testamentariam, cũ illã perdere iam fuerat dictum, sub assertione superius tradita , qua firmauimus omnia quæ á marito obuenerunt perdi per similẽ fornicarium exercitium.

Ex his(concludendum assum
51 ptum huius declarationis, & ad casum redeundo) resultat,quod cum vidua turpem vitam gerendo plectetur pœnis secundo nubentium intra annum luctus & iure nostro,pœnis vsatici vidua, quæ sunt perdere omnia quę ex largitate maritorũ obuenerint viduis, & inter istas pœnas non sit amissio dotis,imo attento vsatico vidua, dos saluatur & eximitur à perditione , & amissione , & cũ mulier inhonesta solũ perdat,& dos non sit huius naturæ,cum non proueniat á marito imo sit proprium mulieris patrimonium,iuxta l.3 §. Sed vtrũ de minor. non est eis similis in-
52 flingenda pœna amissionis dotis. Pœna enim noua nunqnã in aliquo casu est præter iuris dispositionem imponenda,ad §. cum igitur,in authenti. de non

eligen.

eligen.ſecun.nuben. ibi: *Nec eſt lex aliquid tale dicens*, gloſ.in c. fin.de iur.patrona.l.at ſi quis, §. diuus,de religioſ.& ſump. fune. late Surd.deciſ.188.n. 7.& deci. 300.n.17.&deciſ.200.n.1.Si igitur vidua ſtuprando nõ perdit dotẽ, nec cõſequenter debet perdere beneficiũ faciendi fructus ſuos, cum ſit inductum pro accelerãdis ſolutionibus dotium,intra tẽpora à iure definita ad earum exactionem.

Ex quo igitur pœnæ nõ ſunt imponendæ,vbi ius illas infligere prætermiſit, ſolent interpretes in hac materia pœnarum ſecundo nubentium in dubium reuocare,an ſicut lex vxoribus ſtuprantibus in anno luctus impoſuit pœnas ſecundarum nuptiarum,de quibus in l. 1.& 2. C. de ſecun.nup. voluerit etiam illas iniungere,viduus maritis fornicantibus poſt mulierum mortẽ, prout in controuerſiam deduxerunt Ioan.Nicolaus in l.generaliter.C.de ſecund.nupt.num.22. Bologn.in additio. ad Mateſilla. de ſucceſ.ab inteſta.artic.2.principa.Cifuen.l.15.Tau.ad fin. verſiculo Item nota,Ripa l. fina.nu. 98.C.de reuocan.dona.alios adducit Pinel.l.fin. C. de bon.mater.num.19.cum ſeqq. Sanchez de matrimon.diſpu.90.lib.7:nu. 13.circa medium,Gutier.de matrimon.cap.110.numer.13.cum duobus ſeqq. Ex quo enim l.his ſolis loquitur in matre, & nõ in patre,ad hunc,extenſionem non permittendam, quia in pœnalibus nunquã fit extenſio de perſona ad perſonam,Ioan. Andre. in cap.ſtipendiam, in princ.de reſcript.in 6.Panorm.cap. 1. de loca.Deci.l.factum,§ in pœna,n. 7.de regul.iur. Rota apud Seraphin.deciſ.972.num.8. Surd.de ciſ.180.num.7. vbi denegat extẽſionem pœnæ, etiam ſi principalis diſpoſitio extendi cõtigerit.

53

54

Et licet in hoc articulo vrgẽtiores ſint iuris ratiocinationes, quæ damnare videãtur viduum virum fornicantem, ſicut viduã ſtuprantem.Ex quo pœnę impoſitę ſecundo nubentibus poſt annum vxoribus,& mulieribus, vt teneantur reſeruare filijs prioris matrimonij,ea,quæ ex largitate viri præmortui, ad eas obuenerunt,de quibus in l. generaliter,& in l.foeminę,C.de ſecundis nupt.non minus comprehendant maritos quam vxores, vt ex d.l.generaliter manifeſtè deprehenditur, gloſ. fin.in §.illud, in verſi.Poſſeſsione delata,l. foeminæ,C.de ſecũd.nup.§.quiavero,& ibi Ange.in authẽ.de nõ eligẽ. ſecũ.nube. cũ alijs per Rotã adductis ſub deciſ.638. num. 2. & 3.recentiſsimarum Farinacij 1.part. vbi alię allegãtur deciſiones.Sic etiam ſi vir turpiter viuere contigerit mortua vxore, teneatur reſeruare lucra metipſa filijs primi matrimonij: argumento text in d.l.his ſolis,C. de reuocan.donat.& in §.fin.in autenth.de reſtitut. & ea quæ par. in vnde,men. Et ſi enim non negent maritum pati has poenas conuolando ad ſecundum matrimonium (prout negare non poſſunt cum ſint iura apertiſsima) à fortiori eandem poenam pati debent, ſi turpiter & luxurioſè viuant,cum hoc caſu ſubijciantur poenis ſecundo nubentiũ,ne aliás ſequeretur,illa in iuſticia conſiderata per Iuſtinianũ in d.§.fin.in authent. de reſtitu. & ea quę par in vndecimo menſe. ne ſcilicet plus luxuriæ,

55

quam

quam castitati tribueretur.

56 . Et cum hæc ita sint, notabis rationem differentiæ, in marito legante secundæ vxori, & legante concubinę, quare scilicet cum legat vxori, non potest plus haberi in legato, quã fuit relictum vni ex filijs, cui minus fuit relictum primi matrimonij, & tamẽ quando legatum fit concubinę, etiam si excedat quantitatem relictam seu legatam filio ex primo matrimonio, validum sit, nec subiacet reductioni, prout subiaceret si vxori fuisset relictum. Quæ ratiocinatio similiter procedit in vxore, quæ potest plus adamasio, seu concubinario suo relinquere, quam vni ex filijs primi matrimonij. Non quidem ex hoc deduci potest, q. plus faueatur luxuriæ quam castitati, sed quia lex non ita probabiliter timere potuit erga cõcubinã, vel cõcubinarium, sicut erga secundam vxorem, & secũdum virum, vt plus relinqueret cõcubinę, quam vxori; lex enim prouidet ad casus frequentioris vsus & nõ ad ea quę raro veniũt ad l. nam ad ea, cum ibi notatis, de legibus, & consequenter tan quam de raro contingentibus, lex non habuit considerationẽ, & vbi periculum probabile non imminet, non est necessaria legalis prouisio: argumen. tex. in l. 1. §. sed si quis, ibi: *Nam vel magis*, ff. de carbo. edict. c. quiscendum 42. distinct. c. vbi periculũ in princip. de elect. in 6. can. fin. 7. q. 2. notat Surd. de alimen. tit. 1. q. 93 num. 16. Mandos. cons. 5. num. 9. Sic argumẽtatus est Gracian discepta. foren. 669. nu. 16.

57

58

59 Quare succursum fuit mulieribus intercedentibus in Velleiano, quam in donationibus, quia facilius ius credit ipsas intercessoras, quam donaturas, & sic succurri expedit, vbi maius periculum imminet.

60 Sic videmus factum esse in iure, vt donationes inter cõiuges reprobentur, & non inter cõcubinarios conceptæ, ad l. donationes 57. l. affectionis, 5. ff. de donatio. melius in l. 2. C. de donat. inter vir. & vxor. late de materia, Palac. Rub. in rubr. de dona. §. 37. per totum, Ioseph. Gonça. Flor. lib. vno quęstio. c. 5. Bellug. in Specul. Princ. rubr. 20. §. quia, num. 14. Alexand. Trentacinq. li. 3. var. tit. de donat. resol. 7. apud quos rationem inuenies differẽtiæ, quia lex timuit de coniugatis ne mutuo amore se inuicem donationibus se spoliarent, ad l. 1. de donat. int. vir. & vxor. nulla tenus vero de concubinarijs timeri potuit, ad doctrinam Paul. Castren. in d. l. donationes, Pinelus d. l. fin. C. de bon. mater. n. 19. non vero procedit, neque ita absurditer debemus credere processisse quod plus concubinarijs in demone, quam coniugatis in Deo voluisset lex tribuere.

61

62 Nec est nouum in iure, quod huius periculi vitandi causa, ob nimiam affectionem præsumtã, sint extranei melioris conditionis, quã cõiuncti: videmus enim quod pater filio legitimato non potest plus relinquere, quã vni filiorum legitimorum, & naturalium, cui minus constiterit relictum, sic deduces ex l. communium 9. §. fin. C. de naturàl. liber. §. quoniam varie, in authen. quibus mod. natu. effi. sui, colla. 7. Iason in l. Gallus, §. & quid si tantum, num. 108. de liber. & posth. Roman. l. necessarijs, de acquir. hęredita. Bal. in cap. per tuas, de

maiorita.

maiorita. & obed.multa Alexã. Trentacinq.var.lib.1.tit.de legitimatione,resolu.2.num.37. vbi in omni genere legitimationis
63 procedere, firmat, & reperies quoque cui illud plus sit relinquendum, de quo valde dubitauit Peregrin.de fideicomm. art. 24.num.4. saltem in legitimato per subsequens,quod non ex alio ꝓcedit,nisi quod lex timuit de inordinata affectione ad legitimatum,& tamen, quia non timuit de extraneo,non est prohibitum quin pater possit plus cuidam extraneo relinquere,quam cuilibet ex filijs primi,vel secundi matrimonij.

Et per istam inordinatam af-
64 fectionem, lex prohibuit in l. 1. C.de secund. nup. quod mulier in anno luctus nubens,non possit secundo viro dare vltra tertiam partem suorum bonorum ratione dotis, neque in testamẽto relinquere,in quã pœnam in
65 cidit hodie vidua forniearia in anno luctus,cum, vt dixeramus, quantum ad viduam incontinẽtem, non sit hęc pœna iure Pontificio sublata, vt ex traditis per Sanchez disputa.90.lib.7.nu.14. in fin.& tamen nõ est aliqua lex prohibitoria respectu extranei, vt nõ possit vltra tertiam partẽ bonorum in testamento relinquere,quod ita videtur indubitatum,licet Ioan. de Garro.in ld. l.1.num.27.conatus fuerit diuersum tentare. Quę omnia facta sunt, nõ quia lex nimis impiè voluerit plus fauereluxurię,quã castitati, sed quia probabiliter nõ potuit suspicare, de tanta inæqualitate, & ita non prænenit casum.

Nec Pinelli ratiocinationes
66 adductæ sub d.num.19.ad l. fin. C.de bon.mater. fauere poterũt causam viri,pro illius excusatione,ab incursu pœnarum secundo nubentium ob fornicationẽ commissarum, considerãdo diuersitatem rationis quę vrget, vt magis suspectus fiat pater filijs primi matrimonij, cõtrahendo secundas nuptias, quam per concubinatum in concubinam, cum primo casu timeatur nimia affectio,& inordinata ad secũdã vxorem, & eius amorẽ ad filios ex ea susceptos, quæ in casu concubinæ nõ potest cõsideari, ex his quæ nuper dicebamus.Huic
67 ratiocinationi facilis est respõsio,si attendas, quod si cõcluderet illa per necessẽ,lex,seu legislator in l.his solis,C.de reuocãd. donat.& in §.fi.in authẽ.de restitut.& ea quæ parit in vnd. men. nõ extẽdisset pœnas secũdo nubẽtium,de quibus in l. fœminæ, C.de secũd. nupt.ad viduam turpem vitam gerẽtem, cum eadẽ ratione qua d. l.fœminæ fuit extẽsa ad viduam fornicariam, eadem ratione dispositum sub l. generaliter, C.de secũd.nupt.debet extẽdi ad maritum turpiter viuẽtem,& ita communiter teneri video attestatum per Ant. Gabr. tit.de secũd.nupt. conclu. 1.nu.12.tom.2.

Nec debet obstare alia cõside-
68 ratio desumpta ex requisito castitatis, vt hęc maior desideretur in fœmina,iuxta glos. l. palã, §.fi. de rit.nupt. Nam nõ exinde est inferẽdum,quod maritus impune possit vitam turpem & luxuriosam gerere. Vt inde factũ fuerat,tẽpore quo donatio pro-
69 pter nuptias erat in vsu,vt maritus per adulterium illam perderet, sicut mulier dotem, iuxta glos.cap.1. vt lite non contesta.

vbi

vbi iura allegat late Ripa in d.l. 2.nu.31.solu.matr.

70 Licet igitur attentis iuris rationibus magis luculenter appareat viduum virum turpiter viuentem affici eisdem pœnis quibus viduam mulierem affici dixeramus committendo stuprũ, & sic licet dispositiones legum primæ, secundæ, & legis fœminę, C.de secund.nupt. fuerint extensæ ad viduam turpem vitam agentem, & licet eisdem iuris rationibus, l.generaliter, C. de secund.nupt. sit extẽdenda ad virum concubinam tenẽtem, mortua prima vxore. Cæterum cum moribus vtentium hęc extensio nõ sit admissa, nec vsu recepta, parum erit de rationibus curandum. Sicut in simili videmus, ꝙ licet mulier de iure agere possit ad diuortium per adulteriũ à viro suo commissum, iuxtà text. in cap. 1. & ibi glos. *1.* & Panor. in 2.notabili. vt lite nõ cõtesta. Thesau.decis.130.num.4.Caual. decis.18.num.26.part.2.& deci. 71 21.num.7. cum alijs per Maceratẽ.var.lib.1.resolu. 35.num.1. Rota apud Seraphi.decis.226.n. 1.cum alijs cõcordantibus decisionibus per Gracia.discep.738. num.50. Tamen cum hæc instãtia moribus vtẽtium nõ sit admissa, nunquam videmus diuortia subsequi per fornicationes maritales.

72 Hoc vnum pro coronide aduertendo, vt dubium formatum an maritus incidat in pœnis secũdo nubẽtium per fornicationẽ, intelligatur de pœnis impositis post annum luctus, & sic de pœnis l.fœminę, l.generaliter, & l.hac edictali, nullatenus vero de pœnis secundo nubẽtibus infra annum luctus impositis, de quibus in l.1.& 2. C.de secundis nupt. nam in his non cadit dubitatio, cum in viro cessent rationes illę consideratę turbationis feminis, & alię, de quibus in dictis legibus. cum habeamus tex. expressum indicantem, maritũ non ligari sub his poenis, vt in §. primę si quidem, in authen.de nup. ibi, *Sed viri quidem ibunt omnino in obseruatione liberi*, Deci. in *l.1.* C.de secund.& ibi Ioann. de Garro. dicens sub his poenis non teneri maritum luxuriãtẽ in anno luctus.

73 Ex his autem quę dicta fuerunt supra hãc declaratione sub num. 51. de non trahendis poenis vltrà casus á iure expressos, deduces aliam declarationem, ad textum & constitutionẽ nostram, quam diximus non semel in poenam hęredum nõ soluentium dotes & sponsalicia elargiri viduis tenutam cum vsufructu, vt nõ porrigatur ad casum confiscationis bonorum mariti, in casu quo esset in bonis mariti facienda, iuxtà terminos constitutionis *1.* de bonis condemnatorum, ob crimen lęsę maiestatis diuinæ, seu humanę, vel si aliás ob aliquod laudamentum Curię, quo vtimur in præsenti Principatu, per quod absorberẽtur omnia bona mariti, vt isto casu tenuta, nec ius percipiendi fructus concedatur mulieri, ne traheremus poenam cõstitutionis nostrę vltra casum expressũ 74 mortis naturalis, cum tunc non verificetur qualitas requisita, à lege nostra, pro obtinenda elargitione tenutę, & fructuum ex bonis mariti: quæ quidem qualitas consistit in morte mariti, & cum sit à lege optata, & in ea habeat fundatam intentionẽ prius

de

de ea conſtare debet, vt alias reſoluimus ex Lara de anniuerſar. lib.2.cap.4.nu.38. Ceuall. ſub tract. *de las fuerças*, q.21.num.5. Gracian.diſcepta.foren.c.90.n.95.& c.293.n.28. & deciſ. Marchię 89.nu.2.Cardin. Dominic. Tuſch.conclu.106.ſub litera Q. Narbona ad leges Regias lib.4. tit.1.l.20.gloſ.19.n.5.Rota apud Seraphi.deciſ.404. & deciſ.670. num.1.& 162.nu.6. Significata
75 enim fuit hæc qualitas mortis mariti per ablatiuum abſolutũ, ibi. *mortuo viro*, cuius natura omnibus tyronibus noteſcit importare conditionẽ, ad l. á teſtatore 108.de condition.& demoſtrat.quam late illuſtrauit inſignis Petr. Barboſ.in commentar. ad rubr.ſolu.matrim.1.p.nu.26. & antea ſub n.1. de ratione quare conditio inducatur per ablatiuum abſolutum, & in reſcriptis Apoſtolicis eiuſdẽ effectus fuiſſe, teſtata eſt Rota Romana nõ ſemel, vt per Alexan. Ludouiſ. dictum Cardin.Bononien. deci. 492.num.7.& latius demonſtrauimus ſupra in fine ſecundi temporis. Et quando conditio toti
76 diſpoſitioni adijcitur (vt in caſu noſtri text.) non minus quã ſubſtantiam actus denotare ſolet, & tunc intrat alia regula, quod conditiones inducentes ſubſtantiam ad diſpoſitionem, non valent per equipolens adimpleri, ſed propriè, ſpecificè, & ſtrictè ſunt adimplendæ, vt per eandẽ deciſionem Rotæ proximè allegatam num.8. vt inde fiat verũ diſpoſitum ſub hac conſtitutione, nullatenus niſi in caſu mortis naturalis verificari poſſe, & non in alio caſu, etiam ſi per confiſcationem mors ciuilis mariti ſuccederet, vt latius ex his quæ ſupra in alio caſu diximus de verbis legis in naturali tantum ſenſu accipiendis.

77 Et ſi enim bannitus vel ſimilis criminoſus, vel reus publicationis bonorũ pro mortuo haberi ſoleat in iure: nunquam vero fuit permiſſa in aliqua morte ciuili equiparatio aliqua ad naturalem, niſi in caſibus á iure expreſsis, cap.ſuſceptum, verbo, nõ morte, de reſcript.in 6. laſ. in l. 1.col.fin. C.de hæred. inſtituen. Gomez. ad regulam Cancellar. de impetratio.benefic. per mortem familia Cardinal. quæſtio. 5. verſic.final. Simon de Prætis de interpretatio. vltimarum voluntat.lib.2.interpret.1.dubitat. 1.ſolut.7.numero.8. Phanutius de lucro dotis, circa principium in cap. incipiente, Per mortem, numero 13. Vincentius de Frãchis deciſione 562. num.8. Hon ded.conſil. 62. num. 3. Caſtillo Sotomaior de vſufructu cap.67. num.19. vbi infinitos recenſet,
78 & antea cap.64.num.2. Et ſic ſtipulatio concepta in caſum mortis in deportatum non committitur niſi in naturali morte, ad l. cum pater 79. §. hereditatẽ; 2. de legatis 2. vbi Imola numero 6.

Quibus ductus Beroius in illa pereelebri quæſtione familiari
79 41.& poſt eum Cephal.con.395. lib.3.per totã acriter deffendũt fideicommiſſum relictum poſt mortem grauati, non deberi ante illius mortem naturalem, nec antea peti poſſe, etiam publicatis bonis grauati, ſed in fiſcũ tranſire, in quem bona libera grauati tranſierũt ſaltem durante vita cõfiſcati. Et in pro-
80 prijs terminis, de reſtitutione dotium viro mortuo facienda

non verificari in fori iudicato, hoc est bannito, seu cuilibet alio mortuo ciuiliter, tenet de Franchis decis. 562. nu. 5. & 6. cum seqq. ex quibus, & alijs supra recollectis ad alium casum non dissimilem, dicendum erit quod ex quo verba text. nostri solum dirigi constet ad mortē naturalem mariti; nullatenus ad alium casum mortis ciuilis sint extendenda, sed intelligenda in proprijs terminis in quibus concipiuntur ne aliás daremus extē sionem in pœnalibus.

81 Et licet verum sit dicere ius mulieris per delictum mariti non venire sub publicatione, & confiscatione bonorum illius, ad l. quisquis 5. C. ad l. Iuliā maiest. l. si quis post hanc in princi. C. de bon. præscript. c. decreuit, de hæretic. in 6. Alexan. l. 2. solu. matrimo. Gig. de crimi. læsę maiest. li. 3. q. 18. Carre. pract. crim. trac. de hęret. c. expedit, nu. 31. Iul. Clar. in prac. cri. q. 78. §. fi. n. 22. cū alijs adductis p Pleban. in tract. de consor. & fideic. lega. cap. 37. num. 17. cum 4. seqq. & in obseruan. 8. Couar. var. libr. 2. cap. 8. num. 7. Caualcan. de vsufr. mul. relic. nu. 235. cum duobus sequentib. Azeued. l. 10. titulo 9. glos. 1. num. 3. lib. 5. vbi Matię. & Tauristę in leg. 77. Tauri.

Et licet etiam vsusfructuari9
82 ius suum per publicationem bonorum proprietarij, non amittat, vt per Bald. cap. 1. sub tit. de contro. inuestitu. 2. nu. 3. in vsib. feud. & in l. si quis inicum, §. si filius, nu. 2. & ibi Alex. nu. 3. & Socin. num. 4. Deci. nu. 5. ff. quodquisque iur. Bart. l. fin. §. si de vectigalibus, nu. 17. & 14. vbi Pau. Castr. nu. 7. & Alex. nu. 51. de publican. & vectigal. Rip. in c. sępe, nu. 76. de restit. spolia. Couar. variar. lib. 2. c. 8 nu. 7. Roxas in epitho. succes. c. 7. nu. 59. Osasc. decis. 94. nu. 1. 3. 29. & 32. Caualca. de vsufruct. mul. relict. num. 255.

83 Ex quibus fuit inductū in Aragonia viduitatem foralem, huic nostræ tenutariæ, vsufructuarię, non multum absimilem, nullatenus perdi per confiscationē bonorum mariti, Portol. de cōsort. fideic. lega. c. 37. n. 21. & in scholis ad Molin. verb. Vidua, n. 29. & iterum sub obseruan. 8.

Cæterum hæc sunt vera, &
84 procedunt in his quæ sunt iam in dominio vxoris, vt est dos & donatio propter nuptias, at uero cum bona confiscata mariti non sint in dominio vxoris, & tempore quo deferuntur vxoribus, quod est post mortem mariti, iā non sunt in posse mariti, sed fisci in quem transierunt per medium confiscationis, l. quisquis, cum l. fin. C. ad l. Iul. maiestatis, fit exinde plus quam certum, nullatenus sub casu confiscationis dispositionē tex. nostri intelligi posse.

Licet verū sit, q̄ possit mulier
85 prædicto casu cōfiscationis agere ad dotis, & augmenti exactionē virtute l. si cōstante 25. solut. matr. & l. vbi adhuc 8. C. de iure dot. quibus iuribus perspicuum fuit factū omnibus parum in iure versatis repetitionem dotiū dari ob egestatem, & inopiam viri superuenientem, quam satis immineri dici poterit, non solum per vniuersalem bonorum confiscationem, sed per particularem, ex qua sola poterit mulier, his salutaribus vti remedijs vt dotis causa sibi sit salua, ex Bar. in d. l. si constante, n. 18. cum seqq. & ibi Bald. nu. 49. Barbos.

num.30.versic. Vlterius quæritur,Formac q.crimin.25.n.111. Palac.Rub.in cap.per vestras,de donat.inter vir.& vxor.§. 18. n. 11.Surd.de alimen.tit.1.q. 34.n. 1.don Garci.Mastril.decis.Sicil. 283.p.3.nu.3.

Notabilia ex 8. declaratio. ad argum.ex 3.tempore desũptum.

1 *Beneficium constitutionis nostræ,ciaca ius faciendi fructus suos,cum tenuta,an concedendum viduæ tutrice filiorum mariti defuncti,cum seqq. concluditur affirmatiuè sub nu,20.*

2 *Pœna nostri tex.iniuncta hæredibus mariti ob renitentiam nõ restituendi dotes, non potest his imponi quando vxor est tutrix qui commisit culpam.*

3 *Repugnantia facit aliquando permittere ea quæ aliàs nõ permittcrentur,nisi ob eã vitandã.*

4 *Fictio equipollens veritati cadere non potest, vbi veritas cadere nequiret, nec plus operari potest quam veritas, nu.5.nec potest intrare vbi extremum, ad quod non est habile, ex Rotali obseruatione,nu.6.*

7 *Mora regularis contrahitur per interpellationem remissiue,*

8 *Pupillus non psteſt interpellari pur suum tutorem.*

9 *L.quoties 10. §.sicut autem,ff. de administratio.tutor.expenditur & adaptatur ad casum releuantem.*

10 *Tutor tenetur debita hæreditaria sub vsuris grauioribus contracta illico soluere etiam si sibi sint soluenda aliàs vsuræ currunt ad damnum tutoris, & an sit necessarium decretum in isto casu nu.11.*

12 *Tutor cogitur soluere debitum pupillare sub grauioribus vsuris contractum,aliàs tenetur ad illas de suo.*

13 *Vsuræ seu interesse dotis vigore statuti debitũ mulieri ob retardatam restitutionem non debentur quando per mulierem statur vt solutio non fiat.*

14 *Vsuræ & interusuria inter pupillum & tutorem currere nequeunt.*

15 *Tutor creditor pupilli in suis bonis finita tutela, præsumitur satisfactus & solutus,nisi de cõtrario effectu doceatur.*

16 *Mulier tutrix filiorum præsumitur soluta de dote sua finita tutela, & diu persistens in ea præsumitur fructus remisisse & num.17.*

17 *Vsuræ quando censeantur remissæ per temporum lapsum tã in extraneis,quam inter coniunctos.*
Donatio facilius præsumenda inter coniunctos.

18 *Pater tenetur soluere debitum vsurarium aduenticiorum filij sui aliàs vsurę currunt ad damnum patris.*

19 *Pater sine decreto potest res immobiles filij sui ex aduenticio peculio, absque iudicis decreto alienare.*

20 *Vidua de obseruantia nostri Consilij existente tutrice,& curatrice non facit fructus suos, contra tenet autor sub num.21.*

12 *Tutoris officium licet virile quomodo ad mulieres fuit estẽ-*

sum & permissum.

22 Tutores creditoris bonorum pupilli, repellendi, seu ad officium iutelare non admittendi.

23 Mulier ad tutores officium, etiam si creditrix in dote admittitur reseruata & salua crediti sui prærogatiua, & declarata authent. ad hæc. C. quando mulier tuto. offic. fung.

24 Mulier creditrix in dote non ligatur regula l. quoties, §. sicut autem, C. de administratione tutor.

25 Compensationis exceptio aduersus mulierem opponi non potest in dote exigenda, nec retentionis etiam in reliquo administratę tutelæ, & nu. 26.

26 Vidua in casu nostræ constitutionis conseruat debitum cũ sua causa, & prærogatiua, etiam si tutelam bonorum mariti defuncti administrasset.

28 Vidua non facit fructus suos si in hæreditate inuenerit pecunias numerabiles, ex quibus sibi satisfieri possit.

29 L. quoties, § sicut. ff. de administrat. tutor. intelligenda quando pecuniæ reperiuntur in hæreditate.

30 Compensatio non est dicẽda in causa dotis, quando in hæreditate mariti reperitur pecunia numerata, sed vera solutio. L. fistulas 78. §. 1. ff. de contra. emptione, declarata, enodata & expensa.

31 Argumentum de specie ad quãtitatem.

32 Legata an sint soluenda in casu nostrę constitutionis per viduã vsufructuariam.

33 Vsusfructuarius vniuersalis legalis tenetur ad solutionẽ legatorũ, quę reliquerat testator.

34 Vsusfructuarius ab homine datus licet non teneatur ad solutionem legatorum directè, sed hęres vniuersalis præstare patientiam distrahendi bona hęreditaria.

35 Hęres adeundo hęreditatem visus est quasi contrahere cum legatarijs & obligatur quadam actionem personali.

36 Vidua nostra vsufructuaria legalis, in quo differat ab alijs vsufructuarijs legalibus circa solutionem legatorum.

37 Pater qua ratione cogatur soluere legata relicta ab vxore sua filio suo commmni hęrede instituto, in quibus pater vsũfructum habebat.

38 Legata à marito relicta si essent prestanda per viduam nostram tenutariam fraus, quomodo committi posset contra dispositum sub hac lege.

39 Legatarius in re sibi legata vice fungitur hęredis, & dicitur hęres in illa re legata, num. 40. Succedere etiam dicimus testatori sicut & ipse hæres. n. 41.

42 Vsusfructuarius vniuersalis concurrit tantum cum proprietario hærede instituto in dimidia vsusfructus.

43 Mulier relicta vsufructuaria domina massaria, & domina vsusfructus alio hærede instituto vniuersali consequitur tantũ dimidiam partem vsusfructus.

44 Hæres vniuersalis concurrit cum vsufructu legato certæ speciei, lices secus in legato quantitatis.

45 Legatum percipi debet ab hæreditate & ab hærede.

46 Vidua in Aragonia in viduitatis iuribus persistens non cogitur soluere legata à marito relicta.

Declaratio 8. ad assumptum tertij temporis.

1 DEclaratur 8.argumentum huius temporis, vt nõ procedat in vxore data tutrice, & assignata in curatricem per patrem filijs communibus agentis ad repetitionẽ dotis, hæc enim si tutelam acceperit, & se pro tutrice gesserit, etiam si dotem, & sponsalicium in bonis habuerit mariti, non habere tenutã cũ iure percipiendi fructus; sed illã & illos perdere acceptando tutelam & curam filiorum, non sine probabili instantia omnes nostri putarunt, ad quod tenendum non ineptioribus rationibus video motos. Suppositio prius (prout sæpius suppositum duxi) hoc beneficium fructuũ cum tenuta, à iure inductum ad accellerãdas dotium solutiones, & in pœnam hæredum non soluentium dotes in dilatione legali, & consequenter ob moram hæredum. Atqui hæc mora, con-
2 tumacia, seu renitẽtia in præsenti casu non potest considerari in hæredibus mariti, sed in ipsa matre tutrice, igitur matri authori contumaciæ, seu more, debet imponi pœna, seu iniungi; nulla tenus vero hæredi, cũ pœna tantum suos sequi debeat autores, & facit tex. cum ibi notatis in l.
3 si pater famil. 40. de hered. instit. vbi propter repugnãtiã iuris cõmunis permittitur quæ alias nõ permitterẽtur, iũctis adductis p Bal. l. 1. n. 11. C. de his quæ pœnæ nomin. Socin. l. 1. n. 31. devulga.

Minor autẽ ista propositio qua firmatur in hærede habente matrẽ in tutricẽ, nõ posse cõsiderari mora in dotiũ restitutione, ob quã iniũgatur pœna amissionis
4 fructuũ, probatur nõ obscurè nã vbi veritas cadere nõ potest, ibi nec fictio etiã si hæc æquipolleret veritati, ad text. cũ materia, in l. qui ad certũ in. fi. ff. locati, vbi tacita & fictar ecõductio inducta per continuationẽ, cõductoris, in re cõducta, de consensu locatoris, tũc demũ subsistit, si locator superuiuat, vel in sanitate mentis perseuerauerit, si vero finito tempore conductionis, locator furere ceperit, vel mortuus sit nulla dici poterit, tacita reconductio, cum nec vera esse poterit, ex defectu personæ locatoris, late Corras. l. qui liberos, numero 86. de rit. nuptial. Alciatus libro 3. paradox. cap. 16. & in materia legitimationis per subsequens matrimonium, de qua in illo cap. tanta est vis qui filij sint legitimi, vt hæc legitimatio fiat inter illas tantum personas, inter quas matrimonium poterat celebrari, cum fictio illa legitimationis non possit stare, vbi nec veritas matrimonij stare poterit, Peregrinus de fideicommissis, articulo 24. numero 49. in fine, Sarmiento libro 1. selectarum, capite 5. nume. 10. post Panormitan. in capite tanta est vis, qui filij sint legitimi. Couarruu. de sponsal. se-
5 cunda parte, cap. 8. §. secundo, numero 5. Et generaliter fictio non potest plus quam veritas operari, Natta consilio 201. numero 2. in fine, Alexand. cons. 149. num. 10. Gracian. libr.

4.diſceptat.cap 709.num.6.Farinac.deciſ.104.num.3.in fin.1.p. in recentiſsimis, vnde dicebat
6 Rota diuerſor.1.p.deciſ.795.numer.2 fictionem intrare nō poſſe,vbi extremū ad quod,nō fuit habile.Atqui vera mora (quā appellāt regularē periti,p interpellationē cōmiſſam iux. traditionē Matthæ.de Afflict.deciſ.316.)in
7 iſto caſu non potuit cadere in hæredibus pupillis mariti, matre eorum exiſtente tutrice. Pupillus namq; debitor matris ſuæ, nullo modo potuit per matrem ſuam tutricem interpellari, ex
8 regula text.in l.ex legati 23. de verbor.obliga.notat Bartol. in l. non ſolum,§.morte, nu. 28. 47. 50.& 53.de noui oper. nuntiat. Iaſon in §.ſic itaq; diſcretis,inſti. de action.num.23. Gutierr. qui alios cummulat de iura, confir. 1.par.cap.56.in princ. nec è contra mater tutrix,ſe ipſam nō potuit ſe interpellare l.2.de ſtipula.ſeruor.cap.2. extra de inſtitu. Cum igitur vera mora, ſeu contumacia per interpellationem committenda,non potuit cadere in hęredibus mariti, matre exiſtente tutrice, igitur nec ficta,ſeu tacita mora, ſeu contumacia cadere potuit, quam dicimus committi per tacitam interpellationem cauſatā,ob anni lapſum, in quo dos debuerat ſolui, quo caſu dici ſolet diem interpellari pro homine, ad l.ſi magna,C.de contra.ſtipu. Surd.deciſ.57.nu.7.

Secundo poteſt hęc ſententia
9 fundari in text. expreſſo ſub l. quoties 10.§.ſicut autem, ff. de adminiſtrat.tutor. vbi tutori iniungitur neceſsitas in ſua adminiſtratione,ſoluendi,non ſolum debita extranea,ſed quę ipſi tutori ſoluēda erant, & quæ tutor cū patre pupilli cōtraxerat,adeo
10 quod ſi debita fuerint ſub vſuris grauioribus, ex tūc quo tutor fuit in adminiſtratione, releuatur pupillus ab illo vſurarū curſu,his decurrentibus ad damnū tutoris,& hanc text.deciſionem ſecuti ſunt omnes, vt per gloſ. l.diuortio.§.illum autem,verbo, Poſsit,in fin.de nego.geſt. Corneū in l.ſancimus n. 9.C.ad Trebel.Socin.conſ. 126.num.5.libr. 1.Baeça de decim.tutor.c. 2. nu. 112. verſ. Rurſus,Surd.de alimē tis,tit.8.priuileg. 37.nu. 10. late Gracia.diſcepta.foren. 129. nu. 18.Gutierr.de tutel.p. 2. cap. 9. n.41. vbi exiſtimat adeo vrgentiorē fuiſſe neceſsitatē ſibi ſol-
11 uendi debitum cum vſuris,vt ſe ipſum potuerit autorari ex laſ. doctrina,ex l.1.§.fuit quęſitum, num. 7. & 16.ad Trebellianum, Bartol.l.quoties, §.item ſi temporali,numer.1. de adminiſtrat. tutor. & in l.ſi procuratorem, n. 11.cum ſeqq. de condit. indebit. Angel. §. actionum,num. 46. & 47. inſtitut.de action.communē dicit Caualca. de tutel.& cur.numero 179.Cald.l. ſi curatorem habens, verbo, Contractum feciſti,n.25.C. de in integr. reſtit. mino.verb.Itē aduertendū.Imo
12 vt dicebat Conſultus in l.3.§. vſuras,de contra.iud. tutel. quoties vſurę ſunt grauiores, tutor non ſolum potuit ſibi ſoluere, ſed debuit ad releuandum pupillum,ab onere grauiorum vſurarum, ex quo igitur mater erat creditrix ſuarū dotiū,& ſpōſalicij,ſub vſuris,ne dicā grauioribꝰ (vt Cōſulti dicebant in allegatis iurib.§.ſicut autē,& l.3.) ſed grauiſsimis,ſibi debet imputari.cur ſibi non ſoluerit, ad releuandū

pupillum ab onere amissionis, fructuum, siue hereditatis, & successionis paternæ.

Et sic dicebat Socin. relatus per Gracian. allegat. discep. 129. 13 numero 29. ex quo potest diffiniri casus noster, quod stante statuto, quod viduæ præstentur vsuræ, & fructus dotis, vt non in teiligatur quando differtur exactio dotis culpa mulieris, cum sibi imputandum sit, cur á seipsa non exegerit, prout poterat de iure communi á quo statutum sumere debet interpretationem, l. si serui 2. C. de noxal. action.

Et ex hoc receptum est apud omnes interpretes vulgatum iã 14 axioma inter pupillum & tutorem cessare omnia interusuria á die susceptæ tutelæ, Bart. consil. 128. Bal. cons. 86. volu. 2. Fulgos. con. 201. incipiẽte *Domina Gualdrada*, Socin. Senior cons. 180. dub. 2. Peregr. cons. 100. n. 2. cũ seqq. lib. 1. Iasl. 1. §. fuit quæsitũ, num. 7. & 16. ad Trebel. Caualc. de tutel. nu. 179. 15

Et ex simili obligatione, tutoribus iniuncta à lege soluendi se ipsis in creditis vsurarijs, deduxerunt interpretes, & pragmatici nostri, quandam prẽsumptionem, vt semper tutores finita tutela prẽsumantur soluti, & satisfacti de suis creditis, Afflict. decis. 13. num. 16. Angel. in l. sed si damnum. §. peculium, versic. Nam eleganter, de pecul. vbi hanc regulam in muliere tutrice procedere dixit, respectu suę dotis, Alexand. l. venditores; de verbor. obligatio. Neuizan. con. 57. num. 11. Caualcan. de tutelis num. 181. Gutierr. in eodem tracta. 2. par. cap. 9. num. 51. nisi per tutorẽ probetur cõtrariũ, quod 16 dicetur probatũ, ostensis libris administrationis, in quibus solutio non contineatur, quã præuẽtionem dicit Caualcan. notandã aduersus tutores, & curatores nõ cõficiẽtes repertoria, vt puniãtur, ista iuris præsũptione, ad creditorũ suorum perditionem.

Et si enim mater diu steterit 17 in tutela, in educatione filiorũ, minus habebit res difficultatis, cum ius istud faciendi fructus suos, præsumatur remissum, & compensatum cum honorificis alimentis habitis in domo filij, iuxta text. in l. cum quidam 17. §. Diuus, de vsur. l. vir vsuras 55. de donat. inter vir. & vxor. Roman. cons. 517. Valasc. us consult. 84. per totã, Octauia. decis. 132. Barbos. l. quę dotis, soluto matrimon. nu. 46. Et si hæc regula remissionis vsurarum, per temporis diuturnitatem prẽsumitur inter extraneos, inter personas cõiunctas matris & filij, facilius donationis erit sumenda præsumptio, ad l. procula 14. de probationibus. notatur in l. quæ dotis soluto matrimonio, singulare Baldi consilium 474. volumi. 3. & aliud Peregri. 100. lib. 1.

Sic dicimus de patre; vt tanquam filij bonorum administrator, & vsufructuarius aduẽticiorum pupilli, (in quibus habet 18 maiorem potestatem, & amplius arbitrium in eorum administratione, quam tutor, vt mox videbis) teneatur & cogatur vendere bona aduenticia filij, pro soluẽdo debito vsurario, alias, vsurę ex tunc cedant in dãnum patris, ita apertè decidit, l. final. §. sin autem æs alienum, ver. quod si pater, C. de bonisq; liberis, cuius verba sunt, *quod si pater hoc facere superfederit ipse*

vsura, vel ex redditibus, vel ex substancia sua omnimodo darè cõpellatur, apertioribus igitur verbis induci non potuit, vt in patre sit eadem necessitas soluendi ęs alienum vsurarium, & distrahendi bona filij pro illius solutione. Et dixi cum ampliori facultate licere patri, quã tutori, imminente ęre alieno, sine decreto iudicis (in tutoribus necessario) distractionem facere, vt contra Salicet. in l. præses, C. de transactio. & aliquos sequaces illius tenuit communis interpretum cursus, vt pluribus adductis resoluerãt Pinel. l. 1. 3. par. C. de bon. mater. nu. 21. Mascar. cõclu. 1149. num. 18. Gail obseruat. 72. num. 14 Menoch. de arbitr. cas. 171. num. 74 & cons. 279. num. 45. Cald. l. si curatorem habens. verbo, Contractum feciſti, nu 5. ver. Qui tamen, & verbo, Lęsis, num. 139. Aluar. Mendez de Castro de bon. que liber. num. 121. Couarr. var. lib. 1. cap. 8. num. 6. Gome. l. 48. Tau. num. 18. Afflic. decis. 393. num. 1. alios recenset Gutierr. de tutel. 2. par. c. 5. n. 22. vers. Non tamen, Sotomaior late de vsufruct. cap. 3. nu. 70. Rota apud Ludouis. decis. 334. n. 6. & ibi annotator Beltraminus. Arctiori igitur vinculo, mater tutricis officio tantum functa, tenebitur soluere debita sua vsuraria, & non soluendo in se vsuras sustinere, nec erit mater melioris conditionis, respectu huius vsusfructus, quam pater in vsufructu aduenticiorum.

19

Hæc omnia multum vrgere videntur pro denegando beneficio huius constitutionis in tenuta, & maximè in iure faciendi fructus suos mulieri viduæ tutrici: prout Senatũ nr̃ũ vrgerãt ad

20

exclusionẽ mulierũ, quę onus sũpserant tutellare, prout in eo decisũ fuisse testatus est noster Fontanella de pact. nupt. clau. 7. glos. 3. part. 7. numer. 60. in causa Gaiolans contra Solers, ad relationem eruditi Francisci Bonet tertię aulæ Senatoris, & in tertia instantia: asserendo á pragmaticis nostris nullam adduci rationem efficacem, nec releuantem instantiam, sed salua pace tanti Senatus, si citra sacrilegij labem licet mihi dicere quod sentiam, nec motiuum sententię, nec aliæ ratiocinationes per nos excogitatæ, adductæ, & expensæ vltra omnes (vt vidisti) me deuincere queunt, vt in ea permaneam sentẽtia, etiam si Michael cognominis nostri sub cap. 520. 3. part. obseruantiarum, in hanc eãdem venerit sententiam, sed transeam ad negatiuam tenendam, contra decisum in Regia Audientia, á cuius obseruatione nullatenus recederem, si expressa iuris responsa contrariũ non suaderent, quorum examen si fuisset sumptum in relatis decisionibus, libenter cum ilis acquiescerem.

21

Sed tamen video in iure cautum, mulierem viduam in credito sue dotis eximi, & detrahi, à supra dicta regula, & ab onere supra relatę obligationis: hęc enim admissa fuit ad tutoris officium, quod virile, tantum erat l. 1. C. quando mul. tuto. offi. fung. possit, l. tutela 15. l. fin. de tutel. l. iure nostro, de testamenta. tutela, & est in regula 2. de regu. iur. Cald. Perei. l. si curatorem habẽs verb. Contractũ feciſti, n. 15. Gutierr. de tutel. 1. par. cap. 8. nu. 1. cum seqq Gozad. cons. 18. n. 15.

Exhorbitata etiã alia regula

authenticę minoris, C. qui dar. tuto. vel curato. poſſ. qua iubetur, creditores bonorum pupillorum in officio tutorio nō admittendos, quod pluribus traditis illuſtrauerat Caldas l. ſi curatorē habēs, verbo, Sine curatore, num. 103. cum ſeqq. poſt Iaſo. in l. ſi fideiuſſor, in prin. de lega. 1. Nicolaus Moſius de contract. fol. 44. Gutierr. de tutel. 1. p. cap. 20. num. 3. cum ſeqq. vt licet fuerit creditrix & mulier, admittatur, ad teſtamentariam, datiuam & legitimam tutelā, cum reſeruatione ſui debiti, cum ſuis qualitatibus, & prærogatiuis, iuxta textum ſingularem in authentica ad hęc, C. quando mulier tutor. offic. fungi poſsit, ponderatis, & ingenuè perpenſis verbis authenticæ, ibi: *Debito in ſua natura durante*, quę verba manifeſtè innuunt, debitum dotis non alterandum in matre tutrice à ſua natura. Voluit enim lex intuitu pietatis, (vt dicebat elegāti illo ſuo ordinario ſtylo diffinitio. 1. Anton. Fabr. ſub titu. C. quādo mul. tutel. offi. fung.) matrem, etſi fœminam & creditricem, contra iuris ordinem, ad tutelam admittendam, & cum exercuerit officium pietatis, legem velle ilæſum in ſua natura conſeruare creditum. Cū igitur creditum dotis in ſua natura, habeat hoc beneficium, vt ea non ſoluta intra tempora à iure definita, pro ſoluendis dotibus ad annum protracta, mulier faciat fructus ſuos, dicēdum eſt viduam creditricem in dote, etiā ſi fuerit tutrix non ligari ſub deciſione d. l. quoties, §. ſicut autē, de adminiſtrat. tutor. ex quo lex illam liberauit, ſaluando creditū ſuum dotis; cum ſua natura, hoc eſt, cum ſuis qualitatis, cum ſuis prærogatiuis, priuilegijs, exemptionibus, & indultis, ad quod omne debent trahi relata authēticæ. verba, *Debito In ſua natura manente.*

Et ne vi leatur volūtaria, hęc noua ratiocinatio (quam nullibi reperies) habes exēplum in alia traditione communiter recepta, originaliter tradita per Neguſan. de pignor. 5. p. mem. 1. nu. 36. quem ſequuti ſunt Caualca. de tutor. & curato. num. 219. & antea Alexand. conſ. 94. volu. 4. Eſcobar de ratiocin. c. 21. n. 27. Gutierr. de tutel. 2. p. c. 9. nu. 52. & in tribunalibus approbata, vt per Viuiū. deciſ. 317. Pute. deciſ. 146. lib. 1. & demum in Senatu Sicilię, vt per Maſtril. deciſio. 189. per totam, ſed melius nu. 11. qua firmatur, aduerſus mulierē viduam tutricem & curatricem bonorum quondam viri ſui, agētem ad dotis reſtitutionem, ſeu exactionem, nullatenus opponi poſſe exceptionem compēſationis, ſeu retētionis (quę idē ſunt) adminiſtratæ tutellæ. Cuius dicti ratio fuit, quia cum exceptio iſta compēſationis aduerſus dotem non poſsit opponi, reſiſtente l. vnica. §. taceat, neque retentionis, vt in §. ſed neque retentio, C. de rei vxor. actio. fit conſequens; nullatenus cōpenſandum cum adminiſtratis in tutela, & non aliter hoc contigi potuit, quam per ſuſceptam tutelā, mulier debitum dotis conſeruauerat cum ſua natura, vt non admitteret compenſationē, cōſeruare igitur in hoc noſtro caſu dicendum erit viduam, creditum dotis ſuę, cum ſua cauſa, vt ſi non ſoluatur in anno luctus, faciat fructus ſuos. ita vt ſi ſibi

non

non soluerit eidem, non sit imputandum, quia ius ad tutelare officium illam admisserat cũ conseruatione sui crediti, iuxta illius facultates,& prerogatiuas per quam rationem conuictus fui, vt à superiori recederem, & si rationes astringere videantur, cum vbi sint iura ita aperta vix possum ab illarum decisionibus recedere,quia sumus, *Letrados a letra dados*,& cũ de istis iuribus non fuerit habita ratio, saltem,quod ex decisis colligere possem in decisionibus nostris Regiæ Audiẽtiæ,salua sem per tantorum Senatorum correctione,existimarem recedendũ esse á decisis, ex ratione saltem dictæ authenticæ ad hæc, C.quando mul.tuto.offi.fung.

Dato vero casu, quod in hæ-
28 reditate fuissent pecuniæ efecti biles, & numeratæ, ex quibus mulier suis dotibus subuenire queat, nulli dubium esse poterit,quin facient cessare tenutã, & ius percipiendi fructus, iuxa obseruantiam Regiæ Audientię 353. in ordine ex cummulatis per Ferrer.3.par. obseruantiarũ & ex recenter cummulatis per Fontanell.clau.7. part.7.glos. 3. ex nume. 25.& ex adductis per Cancer.var.lib.3.cap.17. nume. 417. & antesignanus noster pra
29 cticus Mier.obseruauerat hic n. 53.argu.tex.in d.l.quoties 10.§.si cut autem de administra. tuto. in quibus terminis est intelligẽ dus, quando pecunia effectibilis est in hæreditate, vt declarat Bal.in l.cum ipse tutor in finali b⁹ verbis,C.de contra emption. Gutier.de tutel.2.part.cap. 9.n. 49.tunc non debet cursum vsurarum tutor permittere, quia non est compensatio prohibita in causa dotis,de specie ad quantitatem,vt dicebamus, sed vera solutio de quantitate dotis ad quantitatem pupillarem. Pro quo etiam vltra allegata per Cãcer.& Fontanel.in locis prælle gatis meo iudicio,alibi non potest melius fundari, quam in l. fistulas 78.§. 1. incipiẽte fundũ de contra.emption. vbi permittitur tutori, qui prædium emerat á patre sui pupilli, posse ssio-
30 nem prædij venditi, quam non habuerat viuente patre ad se auocare, mortuo testatore, familiamque á possessione prædij empti eijcere, & se authorante capere.Si igitur tutor potest debitum suum in specie consisten tem satisfacere,ab specie in hæreditate pupilli reperta, idem erit dicendum, vt si sit creditor in quantitate,hac in hæreditate pupilli exi tente, sibi satisfacere,& soluere, cum bonuum sit
31 argum.de specie ad quantitatẽ ad l.planè,§.1.de lega.licet claudicare dicat aliquando hoc argum.Monter decis. Arago. 29. numero 68.faciunt etiam nota ta per Iaso.in l. singularia num. 18.de reb.credi. Deficiente autem pecunia,ex qua vera dotis solutio fieri possit, ex quo aliás debitum dotis non remansisset in sua natura, prout ius dispossuerat,quia peccaret in compẽtatione de specie ad quantitatẽ contra regulam d.§.taceat legis venicę,C.de rei vxor.actio.& in iure tenutę, vt in textu nostro, salua pace Senatus dixissem, viduam tutricẽ nullatenus repellendam á beneficio nostræ constitutionis,nisi fuerint pecuniæ numerabiles,vt prerogatiua dotalis á iure inducta sit sibi sem per salua,qua dicimus, admit-

tendam

tendam ad tutelam conseruata natura debiti sue dotis.

Et data acceptatione tutelæ, forsan dici poterit, tunc viduam vti tutricem compellendam fore ad legatorum solutionem,
32 quod non ita fieret, si vt tenutaria, vigore huius nostræ constitutionis, vsumfructum vniuersalem bonorum omnium mariti
33 perciperet. Licet enim verum sit firmare vsumfructuarium vniuersalem legalem, cogi posse ad solutionem legatorum, & directo conueniendum pro illis] ex l. fina. §. sin autem legatum ver. si quidem, C. de bonisque liber. & probe adnotauerat Couarru. var. lib. 2. cap. 2. nu. 7. ver. cæterum si legata in fine ibi sub illis verbis, *At si vsusfructuarius sit ratione legalis sanctionis ad id onus omnino obligari*, & ab eo sumentes Garci. de expē. cap. 11. numero 6. Surd. decis. 28. numero 6. Spin. in Specul. testamen. glos. 13. num. 82. Ceuall. com. contra. commu. quæst. 191. numer. 5. Petr. Barbos. l. maritū 13. ff. solut. matrimo. nu. 21. ibi: *Quod fructuarius legis, potest directo concerniri pro ære alieno, quod debet proprietarius, vel etiam pro legatis per eum debitis*, subdens, rationē assignari sub l. 1. C. de bo. mat. alios cūmulando Castil. Sotomaior de vsufructu. cap. 58.
34 numero 5. Datum vero, seu ab homine constitutum, præstare, *patientiam, vt ex proprietate* per hæredem vniuersalem, res vendātur hæreditarię, & distrahantur, vt legatorum fiant solutiones, non vt ex suo patrimonio, absque vsusfructus diminutione fiant legatorum solutiones, prout tentauerat asserere, Corn. conf. 195. Sed ꝙ ex coporibus hæreditarijs fiat solutio, diminuto vsufructu, dummodo fiant ministerio hæredis, & non vsufructuarij secundū magis receptam sententiam inductam, ex Bart. in l. fin. ff. de vsufructu quem secuntur Goçadin. conf. 94. numer. 24. Couarr. var. lib. 2. cap. 2. nume. 7. Caualca. de vsufru. mulie. relic. numer. 220. Grassus §. legatum quæst. 36. latissimè Paul. de Montepico in repeti. l. Titia cum testamento, §. Titia cum nuberet, num. 153. Emanu. Suar. in suo Ærar. cōm. verbo vsusfructus numero. 103. Menoch. præsump. 143. libr. 4. numer. 18. Surd. deci. 28. num. 5. Portol. ad Molin. verbo vidua numero. 63. cum alijs allegatis per Ceuall. com. contr. comu. q. 191. per totam Garci. d. cap. 11. de expen. num. 6. Parlador. rer. quotid. cap. fina. 4. par. §. 2. num. 6. Castillo d. cap. 58. numer. 3. de vsufruct. dicēs hoc ita fieri, quia per additionem hæreditatis, hęres visus fuit quasi contrahere
34 cum legatarijs, & obligari ad solutionem, quadam personali obligatione. Vt ita sola fiat illa differētia inter similes vsufructuarios à lege, & ab homine, vt illi facere debeant solutiones, isti vero nequaquam, sed proprietarius, sed semper apud vtrosque vsusfructuarios, illud obseruatur, vt ex bonis vsusfructuandis semper fiat solutio, mutata tantum persona.

36 Nihilominus tamen non erit æqualis ratiocinatio ad nostrā viduam, vt tanquam vsufructuaria legalis, similem legem suscipere cogatur, soluendi legata á marito relicta, etiam si illam dixerimus subiectam legibus loquētibus de vsufructuarijs vniuersa-

uersalibus, cum in hac vidua no
ſtra licet vſufruſtuaria vniuerſa
li, ſeu domina fructuum bono-
rum omnium mariti defuncti,
ſit diuerſa ratio, atque in patre
legali vſufructuario aduẽticio
rũ, in quib⁹ terminis locuta fuit
lex ex aduerſo allegata pro vſu-
fructuario legali, in §. ſin autem
legatum, verſ. Si quidem, l. fin. C.
de boniſque liberis, ibi enim pa
ter ſoluendo legata à matre, vel
auo materno filio ſuo relicta, ni
hil agit in prẹiudicium vſusfru-
ctus, cum non fuerint in bonis fi
37 lij, in quibus pater ſolum potue
rit habere vſumfructum, vel ſal-
tem indubitabile indicium ma-
trisi, quod voluerit vſumfructũ
prohibere, in rebus legatis, quid
igitur mirum, ſi pater, etſi lega-
lis vſufructuarius, tanquam eo
caſu bonorum filij legitimus ad
miniſtrator, compellatur per le-
giſlatorem ſoluere legata, à filio
præſtanda, & a matre relicta. Sed
non inde poſſet quis congruè ra
tiocinare ad caſum noſtrum, vt
ita vidua noſtra cum ſit legalis,
ſeu ſtatutaria, vel conſtitutiona-
lis vſufructuaria, cõpellatur ſol-
38 uere legata a marito relicta. Ne
aliàs, hoc ita permiſſo, fieri poſ-
ſit legi noſtrę manifeſta fraus,
per maritum, hicque ſic legãdo,
poſſet viduam & mulierem ſuã
hoc beneficio fruſtrare, diſsipã-
do bona ſua per legata diuerſa.
Et ſequi potuiſſet quod vna via
poſſet impediri, illud, quod alia
permittitur, quod ſũmopere iu
ra abhorrere alibi in hoc opere
fuit dictum; & ita eſſet in facul-
tate mariti, per legatorum ero-
gationes, totum ſuum diffunde
re patrimonium, in fraudem te-
nutæ, & iuris faciendi fructus
ſuos. Vt inde ſicut non ſubeſt po
teſtati mariti, priuare vxorẽ be-
neficio iſto faciẽdi fructus ſuos,
per expreſſiam prohibitionem,
ita nec ſubeſſe dẽbet tacitę illius
facultati.

Neq; ſimiliter congrua erit
ratiocinatio de vſufructuario
hominis omnium bonorum ad
noſtram viduã, vt hæc teneatur
ad exemplum illius ſoluere le-
gata: nam ſi hoc eſſet verum idẽ
eſſet in hęrede cuius vicem lega
tarium obtinere in re ſibi lega-
39 ta iura nõ obſcurè induxerunt,
ad l, id tempus 14. §. 1. de vſuca-
pio. Bald. in cap. Imperialem, in
princip. num. 19. de prohibi. feu.
alien. per Federic. Surd. cõſ. 107.
num. 6. lib. 1. Gracian. foren. cap.
844. num. 1. & cap. 714. num. 14.
40 Legatarius enim in re ſibi lega
ta dicitur eſſe hæres, & ſucceſ-
ſor, & ſub nomine hęrediş &
ſucceſſoris continetur, ad l. in cõ
uentionibus, vbi Bart. & Rebuf.
de verbor. ſignifica. & ſicut hęre
41 dem dicimus ſuccedere teſtato
ri leganti, ita dicimus hęredem
ſuccedere teſtatori inſtituenti,
idẽ Rebuf. l. ſciendum, §. idem di
citur in fin. verſ. *Vltimus caſus*,
ff. de verbor. ſign. Afflict. deciſ.
44. num. 34. Surd. conſ. 237. nu. 6
& 7. lib. 2. Gracian. diſcepta. cap.
316, num. 11. Rota in optimo ca
ſu in recentiſ. ex Farinac. deciſ.
261. in illa Romana domus, habi
bita 29. Nouembris 1610. coram
Lugdunen p. 1. n. 2. Quemadmo-
dum igitur eſſet abſurdum dice
re hęredem venire ad ſucceſsio
nem, & exercitium bonorum,
ſtante vidua in tenuta, & vſufru
ctu, quo caſu lex noſtra nihil diſ
poneret, ſi ita eſſet intelligenda
eodem modo decidendum erit
in legatario, ſeu legatarijs, vt nil
ſit eis prẹſtandum.

Vel saltem non esset dubitandum, quod si vidua nostra vsufructuaria esset metienda ad regulas vsusfructuarij vniuersalis, ab homine dati, seu constituti, concurreret cum hęredibus mariti, in vsufructu. His enim datur concursus in vsufructu vniuersali, alteri legato, siue mulier, siue quilibet alius, sit vsufructuarius, vt cum hęrede instituto concurrere debeat ad vsumfructũ, iuxta text. in l. si alij, 19. de vsufruc. legato, ex quo text. firmarunt interpretes mulierem, seu vxorẽ relictam in vim legati, dominã massariam & vsufructuariã omnium bonorum, alio instituto hęrede vniuersali, hunc non solum proprietatem, sed dimidiũ vsusfructus habere, alio dimidio ad vsufructuariam spectante, vt notabiliter per Mantic. de coniectur. lib. 9. tit. 6. per totum, sed melius num. 19. post Alexa. con. 56. num. 1. lib. 3. Nata conf. 297. num. 2. & iterum sub adnotationibus ad Pau. Picum in l. Titia, §. Titia, q. 21. de legat. 2. Surd. de alimen. tit. 2. q. 15. num. 113. Gracian. decis. Marchię 239. per totam. Quod fuit ab eisdem interpretibus protractum ad legatarios vsusfructus specierum, vt cũ his habeat hęres vniuersalis concursum in vsufructu speciei legatę, licet secus in legato quantitatis, ad doctrinam magistri Bart. in l. Sempronio, in fine principij de vsufruct. legat. Pau. de Montepiço in d. l. Titia cum testamẽto in § fin. num. 88. de legatis 2. Decj. conf. 590. num. 7 Petr. Barbos. in d. l. maritum, num. 22. ff. soluto matrimon. Et tamen nec datus vsque adhuc fuit concursus, cum vidua in vsufructu hũcque videmus inconcusè percipi per viduas, post annum luctus ex integro, & consequenter nec potuerit legatari ab ipsa vidua legatum petere, ne sit melioris conditionis quam hęres institutus.

Imo ex quo hęres nõ potuerit intrare in bonorũ possessionẽ, nõ potuerũt solui legata, quia vt dicebat illo suo pereleganti stylo Cuiacius in obseruationibus ad l. in conuentionibus 219. de verbor. significat. legatum percipi debet ab hęreditate, & ab hęrede, quia hæres primo loco percipit legatum, deinde legatarius illud percipit ab hęrede: quę omnia reperimus sub legati descriptione facta à Iurecõsultis diceti bus esse donationẽ quãdã á defuncto relictã ab hærede pręstandã. Quid est ergo cp dubitari possit de vidua, vt teneatur ad legatorũ solutionẽ? cũ debuerit prę statio fieri ab hærede, cui etiam & hæreditas esset præstanda, & dimidia saltem pars vsusfructus. Non igitur meo videri, potuerit esse dubium simile probabile, prout tale mihi aliquando fuit propositum à quodam Doctore Valentino, dum Madriti ageremus de controuersijs huius nostrę constitutionis. Cui solum respondi cum authoritate Plebani, seu Portoles ad Molinam, verbo, Vidua, numero 63. qui licet nil pro legitimitate assertionis allegauerit, non dubitauit asserere in Aragonia, non venire sub obligatione viduitatis, solutionem legatorũ á defuncto coniuge relictorum.

(?)

42 43 44 45 46

Notabilia ad 9. declarationẽ ad aſſumptum ex 3. tempore deſſumptum.

VIdua in caſu noſtræ conſtitutionis, quando facit fructus ſuos cogitur ex vſufructu ſuſtẽtare filios mariti defuncti, & num. 27.

2 Senatus obſeruantia, quando faciat ius inter ſubditos.

3 Obſeruantia Michaelis Ferrer 19. in ordine ſub 3. part. diſcutitur & iegitimatur cum ſequentib. & fundata ſub æquitate, num. 12.

4 §. illud autem in authen. neque virum, quod ex dote colla. 4. examinatur & ventilatur.

5 Doctorum aſſertiones, & doctrinæ ſunt intelligendæ ſecundũ tura, quæ allegant.

6 L fina. §. ſin autem æs alienum declaratur, & exponitur.

7 Pater ex vſufructu aduentitiorum debet filio ſuo alimenta miniſtrare, & ſi non ſufficiunt ex ſuis bonis ſupplere debet antequam aduentitiorum alienatio permitatur.

8 Proprietas bonorũ alienari permittitur, quando illorum fructus non ſufficiunt pro alendo futuro domino proprietatis.

9 Pater non ratione vſusfructus quem habet in bonis filiorum adnentitijs cogitur illos alere, ſed ratione pietatis paternę.

10 §. ipſum autem l. fin. C. de bonis que liberis enucleatur.

11 Cauſa naturalis ſemper prefe renda accidentali.

13 Filius poteſt alimentis priuari ex eiſdem cauſis quibus priuatur legitima, ſeu exhæredatur.

14 Alimenta debentur filijs de iure naturali, ex ciuili cõpulſione

15 Filiorum aducatio de iure naturali inducta.

16 Alimenta filiorum æſtimanda tanquam æs alienum in bonis patris.

17 Bona ſubiecta fideicommiſſo, an pro alimentis filiorũ diſtrahi valeant.

18 Alimenta dotibus æquiparantur cum pro ære alieno æſtimata ſint.

29 Conſtitutio noſtra quomodo voluiſſe dicatur elargire vſumfructum bonorum mariti deducto ære alieno.

20 Bonorum appellatione continentur res omnes haereditariæ deducto ære alieno.

21 Vſufructu legato veniunt fructus bonorum deducto ære alieno.

22 Debita teſtatoris non dicuntur in bonis, ſed extra bona.

23 Conditio appoſita in inſtitutione filij de re certa, vt nil petere amplius poſsit in bonis paternis non comprehendit dotem matris. Quod intellige, ſi ſub verbo, bonorum, concipiatur inſtitutio.

24 Vſusfructuarius legalis tenetur ex vſufructu ſoluere annua legata, alimenta ex bonis vſufructuandis praeſtanda, & omne æs alienum.

25 Æs alienum, & debita haereditaria à quo ſoluenda ſunt, an ab haerede proprietario, an ab vſufructuario, an iſtę, vel ille ſit à creditoribus haereditarijs conueniendus cum ſit infructuoſa quaeſtio remiſsiue.

26 *Legata annua non per priprietarium, sed per vsufructuariũ subeunda.*

27 *L. fina. §. sin autem legata, C. de bonisque liber. an procedat in omnibus vsufructuarijs, an vero in patre tantum respectu adventiciorum.*

28 *Filij naturales illigitimi, & spurij sunt alimentandi in casu nostrę constitutionis per viduã facientem fructus mariti suos & ex bouis mariti, seu tenutae, & num. 34,*

29 *Alimenta debentur filijs spurijs atque legitimis, & naturalibus ex necessitate legis.*

30 *Donatio facta ratione alimentorum à clerico filio suo spurio in proprietate bonorum, an filio mortuo proprietas possit nepotibus ex filio spurio transire.*

31 *Alimenta, an debeantur spurijs de æquitate canonica extra Ecclesiae territorium, & in terris Imperij.*

32 *Alimenta spurijs debentur ex bonis parentum de honestate & verecundia, & illorum dicitur debitum legale.*

33 *Facta ob pudorem seu verecundiam dicuntur fieri ex necessitate.*

34 *Hęres tenetur ad praestanda illa alimenta, quae essent per testatorem ministranda si viueret.*

35 *Alimenta quomodo stricktiori vinculo sint spurijs, quam legitimis filijs praestanda.*

36 *Legitima loco alimentorum inducta à legislatoribus.*

37 *Alimenta spurijs praestanda, an secundum qualitatem, & indigentiam personae sint praestãda an vero habita ratione ad obuentiones hereditarias paternas.*

38 *Vidua tenetur ex bonis mariti vsufructuandis alere patrem mariti defuncti, & socerum suum.*

39 *L. fin. §. ipsum autem, C. de bonisque lib. exposita, & declarata.*

40 *Alimentandi onus filiorum erga parentes transit ad haeredes filiorum.*

41 *Debitum tunc æstimandum necessariũ, & in aere alieno habẽdum si descendisse constat ex legis inductione.*

42 *Debitor dicitur ille a quo inuito debitum exigi potest. Eas alienum est illud, quod alijs debetur.*

43 *Legitima filiorum, an comprehendatur sub vsufructu dilato mulieri in casu nostri textus.*

44 *Legitima filiorum, & parentũ in hoc Principatu redacta est ad terminos digestorũ in 4. parte bonorum paternorum inter omnes filios per constitutionem celãt sub tit. de legitima, & illius diuisione.*

45 *Legitima filiorum tanquam es alienum æstimanda, & nume. 48.*

46 *Argum. de alimentis ad legitimam.*

47 *Alimentorum causa, an sit fauorabilior causæ legitimæ.*

49 *Legitimæ debitum dicitur contractum in vita patris dilata solutione ad tempus mortis illius.*

50 *Legitima non comprehenditur sub legato generali vsus fructus omnium bonorum.*

51 *Filius honoratus, & institutus in plusquam legitima, an possit conditionem, modum, seu onus repellere à legitima, & hanc detrahere ab vsufructu alteri legato.*

52 *Argum. de voluntate testatoris ad legem.*

53 *Lex, seu dispositio, quæ cogit filios mendicare crudelis, aspera, & riguro sa æstimanda.*

54 *Iudicium maritorum asperum & affaninatum quoties vxoribus relictis filijs bona elargitur.*

55 *Alimenta vbi filijs, & parentibus mariti sunt præstanda, ex ipso vsufructu, & non ex proprietate ad casum nostræ constitutionis præstare conuenit tanquam annuæ præstationes.*

56 *Vsusfructuarius tenetur subire annuas praestationes hæreditarias.*

57 *Legitima filiorum non ex vsufructu sed ex proprietate bonorum per viduam est soluenda in casu nostri textus.*

58 *Solutio æri alieni legatorum, & honerum, an vero ad vsufructuarium vniuersalẽ pertineat, & ratio, n. 62.*

59 *Vsusfructuarius legalis conuenitur a creditoribus hęreditarijs soluit legata, & omne æs alienum.*

60 *Vsusfructuarij legalis, & hominis differentia latius, nume. 64. & 70.*

61 *Vidua tenutaria, & vsufructuaria quare dicatur vice hæredis fungi quoad exerticium actionum.*

62 *Hæres vniuersalis quare cogitur soluere legata, & non legatarius vsusfructus bonorum.*

63 *Hæres adeundo hęreditatem visus est quasi contrahere cum legatarijs, & creditoribus hęreditarijs.*

64 *Mitius agendum est cum dispositione legis atque hominis.*

65 *Mora, an purgari possit ita in incursione pœnarũ legis quã hominis.*

69 *Vsusfructuarius ab homine creatis tantum habet custodiam rei fruendę. Et mandatum cum libera administratione, & in rem propriam proprietarij.*

67 *Vsusfructarius legalis se habet adinstar domini proprietatis cui magis, quam vsufructuario similatur.*

68 *Vsusfructuarius vniuersalis venit appellatione domini.*

69 *Vsusfructuarius legalis pinguiora iura habet, quam datiuus, seu ab homine constitutus.*

71 *L fina. § sin autem, C. de bonisque libe. declarata, & enodata.*

72 *Vidua tenutaria, & vsufructuaria in casu nostri textus tenetur ex vsufructu liis expensas ministrare, & annua honera subire.*

73 *Vsusfructuarius legalis tenetur ad omnes litiũ expensas erogatas tam ratione vsusfructus quam proprietatis, secus in vsufructuario hominis, qui tantum leues expensas erogat, & nõ graues, num. 74.*

75 *Vidua nostra vsufructuaria plus iuris habere dicitur in vsufructu, quam alius vsusfouctuarius ab homine datus, & quare.*

76 *Vsusfructuarius, an dicatur possidere iure proprio, vel iure domini proprietatis.*

77 *Vsufructuarius naturaliter possidet, & potest iurari omnibus remedijs possessoribus cõtra num. 79.*

78 *Hęres naturalem possessionem acquirere, an possit existente vsufructuario vniuersali.*

80 *Constitutio nostra facit cessare difficultatem, an vsufructuarius possideat cum transtulerit in viduam possessionem.*

81 *Vsusfructus delatus viduis vi-*

gore nostrae constitutionis, an potius causalis, quam formalis dici valeat.

82 Beneficium iuris patronatus laicalis, an per vsumfructuarium praesentari possit, an per dominum proprietatis, & quid de vidua nostra vsufructuaria cum seqnentibns vsque ad num. 94.

83 Praestantio in beneficijs, an sit de fructibus industrialibus. Vel vsusfructus possessionis, numero. 84.

85 Fructus haereditatis, qui non possunt deseruire pro alimentando vsufructuario, an ad vsumfructuarium pertineant vniuersalem, an ad haeredem.

86 Vsusfructus, an sit pars quotitatiua proprietatis remissiue. Nec dicitur de bonis nec extra bona cū non sit dominus, sed detentor licet aliquando, vt dominus habeatnr.

87 Vsusfructuarius hominis, an possit praesentare ad beneficia iuris patronatus ex proprietate.

88 Maritus, an possit praesentare ad beneficia iuris patronatus in bonis dotalibus existentis, an vero mulier ipsa & an standum sit consuetudini, num. 89.

90 Ad beneficium iuris patronatus laicalis, an possit praesentari per creditorem pignoratitium, & iure pignoris, seu hypothecae possidens bona vbi inest ius patronatus, & numero. 100.

91 Dominium bonorum mariti, an sit penes viduam factam vsufructuariam post annum luctus.

92 Vsus fructuarius omnium bonorum cum rei traditione aequipollet haeredi vniuersali.

93 Vidua in casu nostri textus post annum luctus facta vsufructuaria dicitur per nostros pragmaticos vicehaeredis in omnibus; & per omnia fungi cum exercicio actiue, & passiue omnium actionum.

94 Praesentatio ad beneficia iuris patronatus ex bonis mariti pertinet ad viduam nostram vsufructuariam. Idem sub viduitate Aragonum, numero 95 si vacatio beneficij contingat post annum luctus, numero 99.

99 Vsusfructus iuris patronatus consistens in praesentatione beneficij, an pertinere possit ad viduam vsufructuariam cum non sint similes fructus proportionabiles ad compensandum damnum datum in dilata solutione dotis, & sponsalicij.

97 Sub vsufructu cadunt omnia quae ex proprietate resultare possunt.

98 Fructus proportionabiles, & habiles tantum ad sustentationem si venirent sub vsufructu nulla esset differentia inter vsumfructum, & vsum cum contrarium sit verius ex diuersis titulis de vsu & vsufructu.

99 Vidua vsufructuaria praesentare non poterit ad beneficia iuris patronatus defuncti mariti si beneficia vacantia fuerint ante mortem mariti, & in anno luctus.

101 Beneficia vacantia in vita mariti non possunt praesentari

per viduam in casu nostri text tus.

102 Viduæ non possunt sufragari quasi possessione defuncti in iure patronatus, sed debent docere de iure patronatus iuxta Concilium Tridentinum.

103 Concilij Tridentini Sessione 25. capitu. 9. sub decreto de reformatione intelligendum tam impossessorio, quam petitorio.

104 Quasi possessio iuris patronatus defuncti non suffragatur haeredi cui ex statuto transfertur possessio.

105 Quasi dominus bonorum habet ius praestandi ad ius patronatus illorum bonorum.

106 Vsusfructuarius quilibet vniuersalis siue ab homine, siue a lege habet ius praestandi ad beneficia iuris patronatus illorum bonorum in quibus habet vsumfructum.

107 Vsusfructuarius vniuersalis est quasi dominus, & æquippollet hæredi vniuersali, & quasi haeres.

108 Cuiacij traditiones extollun tur, & commendantur sub veneratione qua decet.

107 Praestandi ius ad beneficia iuris patronatus laicorum. semper esse debet pœnes quos dominium bonorum, seu quasi esse debet.

110 Quaestio inter coniuges super iure praesentandi ad beneficia dotalia terminanda venit ex discutione pœnes quem sit domininm rei dotalis contra Fontanell. tenet.

112 Dominium rei dotalis ex commu sententia dicitur esse pœnes maritum & de concordia num. 113.

113 Antoni. Fabri concordia super quaestione pœnes quem sit dominium rei dotalis,

114 Maritus, an possit praesentare ad beneficia iuris patronatus dotalis.

115 Decisio Rotae 10. sub titulo de iur. pattronatus in nouis declaratur, & intelligitur.

116 Beneficij praesentatio iuris patronatus pupillornm, seu minorum non per tutorem, & curatorem in quo non datur dominium, sed per minorem est facienda.

117 Permutatio beneficij de iure patronatus mariti facta absque consensu viduæ vsufructuariae, an sit ipso iure nulla, vel anullanda, & quomodo vbi de recentissima decisione Rotae, & numero 118.

119 Permutatio, an idem dici possit, seu diuersum a resignatione.

120 Dispositio loquens de resignatione procedit in permutatione.

121 Permutans beneficium patronale absque consensu patroni, an facta permutatione nulla beneficiatus possit ad beneficium reddire, vel vacet ad praesentationem patroni.

122 Consensus patroni laici praestandus super permutatione beneficiorum, an debeat esse expressus vel tacitus.

123 Consensus praestandus per prtronos laicot in permutationibus beneficiorum, an sufficiat re quisitus seu petitus tantũ, an vero sit expressus præstã

dus

dus.

124 Sacra congregatio Concilij Tridentini habita sub c.9. Sess. 25.de reforma.declaratur, & intelligitur.

125 Permutatio beneficij patronalii vrgente Ecclesiæ necessitate,an fieri possit contradicente patrono.

126 Permutatio facta reluctante patrono laico,non vrgente necessitate nulla.

127 Decisio quædam Rota recentissima ex recētissimis sūpta super iure huius Principatus in vna gerunden beneficijde prę-senti anno 1628. transcribitur & de verbo ad verbum inseritur.

128 Beneficium iuris patronatus reluctante patrono, & eo contradicente permutatum tūc demum dicitur vacans si resignans per permutationem habuerit scientiam explicitam patronatus, & fuerit probata ex obseruantia Rotae.

129 Permutatio beneficij patronalis tunc demum ex obseruantia eiusdem Rotae dicetur nulla si in quadrimestre patronus contraditionem proposfuerit, & legitimauerit. Data vero contraditione patroni tempore requisiti consensus est ipso iure nulla.

130 Permutatio beneficij iuris patronatus laicorū tunc demum de obseruantia Rotae erit nulla si patronus contraditionem tempore permutationis in actis deduceret, & praesētauerit in qurdrimestrae.

131 Permutatio beneficij iuris patronatus irrequisito, & non vocato patrono facta ex eadem Rotae obseruantia tunc erit nulla si patronus cum legitima causa contradixerit, & rationabilitatem causae legitimauerit & de discriminis ratione.

132 Consuetudo admittendi resignans ex causa permutationis requisitis tantum patronis, & non contradicentibus ex obseruantia Rotae non comprehendit permutationes cō tradicentibus patronis factas.

133 Permutatio patroni facta ad beneficium iuris patronatus quomodo facienda in casu uacationis beneficij per permutationem reluctante patrono factam.

134 Permutatio beneficij patronalis ex bonis mariti defuncti facta contradicente vidua vsufructuaria post annum luctus nulla ipso iure ea autem irrequisita anullanda, & idem est si fiat reluctante marito constante matrimonio, & pupillo durante minori ætatae in patronatibus vxoris & pupilli,seu minoris.

135 Laudemia soluenda haeredibus mariti ratione directi dominij quod maritus defunctus habuerat, an pertineant ad viduam vsufructuariam, an ad haeredes & numero sequentibus.

136 Laudemij cum sint fructus, quae renasci possunt veniunt ad vtilitatem vsusfructuarij vniersalis & numero 140.

137 Obuētiones, & commoditates, quae renasci possunt ex re vsufructuanda pertinent ad ad vsufructuarium numero 154.

L. vsusfructus 7. & litē 10. de vsufructu legato cū sua materia

declarantur.

138 *Vsusfructuarius vniuersalis, an possit percipere pœnas praescriptiones, condemnationes, mulctas, quæ obuenerunt haereditati vsufructuandę, & latę quæ venire possint ad vtilitatem vsufructuarij cum numeris sequentibus, & antea a numero 75. vsque ad finem & melius remissiue nnmero 154.*

139 *Obuentionis, & reddituum verbum, quae comprehendat, & latè de significatu, & num. 154.*

140 *Fructus verbum quid comprehendat, & quae veniant sub hac verbi significatione.*

141 *Commissata bona, an ad vsufructuarium, an vero ad proprietarium pertinere dici possit, & n.144.*

142 *Commissum quid sit, & cuius sit effectus an dicatur dominij vtilis consolidatio cum directo.*

143 *Bona in commissum cessa ex separata causa, quam vsusfructus deuenire dicantur.*

145 *Vsusfructus bpnorum in commissum cessorum pertinet ad vsufructnarium vniuersalem licet venerint sub commisso ad vtilitatem proprietarij.*

146 *Proprietarij licet de iure possint bona in commissum cessa appraehendere, & illa de nouo inuestire, renouationes, seu recognitiones facere. Non tamen priuatiuè ad vsufructuarios cum his etiam competant similia beneficia, & re late obuentiones, & quomodo id contingat.*

147 *Vsufructuarij vniuersales cogi possunt ad omnia illa per agenda ad quæ, & domini proprietarij cogi possent.*

148 *Vsusfructuarius dicitur procurator generalis cum libera a lege constitutus, ad ea quæ respiciunt commoditatem proprietatis, in respicientibus vero commoditatem, & vtilitatem vsusfructus iure proprio & num.149.*

150 *Vsusfructuarius pro vtilitate, commoditate & proprietatis eum saluam illam semper facere debeat vbi iure proprio non potest intrare poterit, vt procurator proprietarij cũ libera.*

151 *Episcopi vbi iure ordinario non possunt iurisdictionem trahere ex Concilio Tridentino tanquam Sedis Apostolicae delegati intrare possunt in pluribus causis a Tridentino declaratis.*

152 *Appellatio interposita a decretis Epifcopi procedentis (virtute Concilij Tridentini) tanquam Sedis Apostolicae delegatus non ad Metropolitanum, sed ad Papam est interponenda.*

113 *Vidua nostra vsufructnaria, & tenutaria quare dicatur vice haeredis fungi, & exercitium habere omnium actionum.*

155 *Vsusfructus augeri solet ex latitate incremento rei fruendę.*

156 *Iurisdictionis ciuilis, & criminalis in haerediuate & bonis mariti consistentis exercitium pertinet ad viduam tenutariam, & vsufructuariam, illius quae erunt ius sigilli, pœnae, mnlctae constitutiones, & aliæ tanquam*

iuris-

iurisdictionis fructus.

157 *Viduitas in Aragonia, an habeat locum in iurisdictione illa absoluta, quam domini temporales Aragonense exercent in vasallis suis.*

158 *Constitutionis nostræ verba an deficere dici possit in fructibus non proportionatis ad refectionem damnati ob dilutam solutionem.*

159 *Fructus iurisdictionis cum non sint compensabiles ad damnum datum ob dilatam solutionem non videntur cedere ad vtilitatem viduæ.*

160 *Vsusfructuarius secundum aliquos in re fructuanda in qua inest iurisdictio solum habet modicam cohertionem. Et an potestas creandi officiales veniant sub potestate vsufructuarij.*

161 *Verba* omni bona *quid in portare soleant.*

162 *Dictio vniuersalis* omnis, *nihil excludit.*

163 *Exemplaria protocollorum notarij eo mortuo, an ad viduam, an vero ad heredes viduæ pertineant. Et an de iure pertineant ad vsufructuarium.*

164 *Redemptio census, an validè fieri possit ad vsufructuaria, & tenutaria vidua hæc quæ recipere possit proprietates censualium, & violariorũ cum multis seqq.*

165 *Et an fieri possit ab vsufructuario vniuersali numero* 168.

166 *Et an fieri possit ab herede grauato a marito, a prælato, remissiue, & melius, numero* 184.

167 *Redemptio census ab hærede grauato facta tunc demum nulla quando fit in fraudem substituti, & numero* 181.

169 *Proprietas reuenditionis census per vsufructuarium recepta proprietario restituenda, licet per vsufructuarium recipi possit.*

170 *Redemptio census, an fieri possit a criminoso laesae maiestatis diuinae, vel humanae post commissum delictum, vel post sententiam, & ab illo criminoso, qui incidit in pœnas confiscationis bonorum, num.* 176. *Et casus in terminis rarus, & a nullibi scriptus, n.* 179.

171 *Criminosus laesae maiestatis perdit dominium, & administrationem bonorum a tempore commissi delicti, & expensus Bart. in l. post contractũ de donatio.*

172 *Bullae Apostolicae recensentur super publicatione bonorum haereticorum, & delinquentium contra maiestatem diuinam.*

173 *Pœna confiscationis committitur ipso iure in crimine laesae maiestatis, vt sic sententia non sit necessaria pro confiscatione, sed super facto tantũ delicti.*

174 *Alienationes factae post condemnationem delinquentis in crimine laesae maiestatis omni iure nullae.*

175 *Criminosus laesae maiestatis post delictum fit inhabilis ad omnem materiam contractus, seu quasi contractus.*

176 *Casus de factore fertur in quo fuit facta redemptio census, a quodam*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

criminoso læse maiestatis diuinæ,& humanæ recipiendo sortem post commissum delictum, & sententiam factam.

177 Sarraceni, Neophiti dicti Moriscos *degentes in Hispania declarati cismatici apostatæ, & criminosi lęse maiestatis diuinæ, & humanæ, & ad confiscationem bonorum.*

178 *Delictum, seu crimen laese magestatis frequens, & publicationes bonorum per simile crimen quotidianę.*

180 *Laese magestatis delinquens, an ęquiparari possit prælato tutori, seu alio habenti administrationem bonorum post commissum delictum.*

182 *Alienatoine prohibita criminosis, seu reis laese maiestatis, an censeatur prohibitus actus per quem alienatio consequi possit.*

183 *Author abhorruit semper consulentium doctrinas cum sint periculosisime, & cum protestatione adnectit vnum ab eo elaboratum, & ab omnibus intactum.*

185 *Dominium bonorum durante vita vsufructuarij hæredis grauati, prælati, & aliorum simlium residet penes istos.*

186 *Grauati hæredes pondente cõditione non desinunt esse domini realiter, & verè licet reuocabiliter pendente conditione.*

187 *Dominium aufertur ipso iure a perpetrantibus delicta laese magestatis diuinæ, seu humanæ.*

188 *Debitor soluens alij quam vero creditori non liberatur.*

189 *Domini licet reuocabiliter, & vsufructuarij habent bonorum administrationem.*

190 *Redẽptio census est sortis solutio.*

191 *Criminosus læse maiestatis, seu reus tanti criminis a die commissi delicti non habet administrationem bonorum, an hoc sit verum ante sententiam,n.192.*

192 *Alienationes factæ per reos læse maiestatis ante sententiam, an subsistant, & in quibus delictis hoc intelligatur.*

193 *Criminosus læse maiestatis nec potest commissum delictum solutiones creditorum recipere nequit, & an hoc fiat verum in hæreticis occultis, seu manifestis tantum,num.194.*

195 *Fideicommissarius in iure sub nomine hæredis grauati designari solet.*

196 *Alienatio voluntarię sunt grauatis, & fideicommissarijs inhibite non necessaria.*

197 *Distractus cum fiant ex necessitate actus a grauatis,& fideicommissarijs fieri valeant.*

198 *Creditor census redimibilis præcise cogitur oblata sorte illam recipere.*

199 *Redemptio census propriè dicitur distractus.*

200 *Alienatio ex causa necessaria non permittenda in criminoso læse magestatis.*

201 *Distractus fieri non possunt per delinquentes contra maiestatem diuinam vel humanam.*

202 *Fideicommissarij, vsufructuarij mariti, hęredes grauati, ideo redẽptiones census recipiunt quia dominium, & administrationem habent.*

203 *Reus lęse magestatis diuinæ, vel humanę ideo redẽp-*

ptiones censum non faciunt, quia nec dominium nec administrationem habent.

204 Solutiones non recte fiunt criminosis lęsæ maiestatis post dānationem & acusationem.

205 Solutio facta non domino crediti, nec vero creditori non liberat soluentem.

206 Census, an veniant sub confiscatione bonorum, & appellatione bonorum census comprehendūtur.

207 Ignorantia, an sit probabilis, & excusabilis ad creditores soluentes debitoribus suis criminosis delicti lęsæ maiestatis & n. 211.

208 Soluens vero creditori, qui solutionis tempore erat bonis priuatus, an ob iustam causam excusari possit.

209 Solutio facta procuratori reuocato non notificata reuocatione soluenti, an inducat liberationem, & an idem sit donatario cui fuit resoluta donatio, nume. 210.

211 Scientia delicti in crimine lęsæ maiestatis non est necessaria in debitore, vel contrahente cū eo cum ipso iure incurratur pœna.

213 Fiscus habet retuiudicationē super bonis publicatis in crimine lęsę maiestatis a die commissi criminis, & nemo dat quod nō habet, & n. 215.

214 Bona fides emptoris, seu contrahentis cum delinquente contra maiestatem diuinam seu humanam non potest sanare defectum impotentiæ criminosi.

216 Alienationes, & contractus omnes celebrati, & facte per hæreticos ocultos inualidę, seu inualidi sicut in publicis. Et per bullas Apostolicas.

217 Multa in criminibus lęsæ maiestatis in terrorem permittuntur ob delicti atrocitatem, quę sunt regulis iuris contraria.

218 Criminosus lęsę maiestatis non coadæquandus vsufructuari o, nec grauato, nec alio simili generi personarum.

219 Criminosus lęsæ maiestatis æquandus monacho ingredienti monosterium cuius bona sicut secuta professione transiūt in monasterium, ita bona delinquentis post commissum delictum in fiscum.

220 Fiscus reuocat alienationes omnes factas a delinquente contra maiestatem Principis cœlistis, seu terrestri post commissum delictum absque aliqua accepta precij refussione. Siue alienatio fiat ex causa lucratiua siue onerosa, num. 221.

222 Alienatione prohibita censentur omnia causatiua alienationem prohibita.

223 Criminosus lęsę maiestatis ex tunc a commisso crimine factus fuit inhabilis ad quancunque materiam contractus, seu quasi. Nec poterit hęreditates adire nec manumissiones facere, nu. 224.

225 Regula l. vsufructu 7. & l. item veniunt 10. de vsufructu latius exornatur, & prosequitur.

226 Vsufructus omnium bonorum quae continere possit.

227 Vsusfructus per textum nostrum delatus viduis non tantū ad bona mariti tempore mortis in actu fuerint in illius dominio, sed quae in potentia, & quo modo haec sint intelligenda, &

UAB Biblioteca de Ciències Socials

numero 231.

228 *L. vsusfructus* 7. *de vsufructu declarata.*

Obuentionis verbum, quid significet, & vnde deriuetur, & de illius significatu.

229 *Ventre verbum significat acquisitionem.*

230 *L. item si fundi* 10. *ff. de vsufructu declaratur, & exponitur.*

231 *Vsusfructus porrigitur non solum ad ea, quę sunt in habitu, & exercicio dominij, sed ad ea quae latitant, & occulte in bonis insunt.*

232 *Dictio vniuersalis* omnes *ad iuncta aliæ vniuersali* bonorum, *facit comprehendere casus sub dispositione, qui alias non comprehenderentur constitutio nostra sub verbis* omnia, *bona mariti sui expenditur, & enodatur sub ponderatione.*

233 *Nauarrus sub conf.* 9. *traditur, & exponit ad sacrosancti Concilij Tridentini dispositionem, sub capite decimo quinto de regularibus, Sessione vigessima quinta.*

234 *Professio religionis factę ante* 16. *annum iuxta dispositum sub sacrosancto Concil. Triden. an comprehendat religiosos militares sancti Ioannis Hierosolimitanen, & aliorum. Et an religio militaris sit vera, & propria religio contra Sotum, in suo tractatu de iusticia, & iure libro septimo, quęstione quinta articulo tertio deffendentem religiones militares non esse veras religiones.*

235 *Dictio* quamcunque, *facit extendere generalitatem ad casus non ordinarios cum sit dictio vniuersalis nihil excludens ex aptitudine materiæ.*

236 *Legatum marmoris tantum in quo differat a legato omnis marmoris, & lanæ a legato omnis lanę cũ verbũ illud sit generale hoc autẽ omniũ vniuersale.*

237 *Verba nostræ constitutionis:* ibi omnia bona, *latius patent, quam si per verbum tantum* bona *conciperentur sub eadem facti specie proposita, & relata ad vnguẽ per Petrũ nostrũ Fontanel. vbi narratũ factũ reperies.*

238 *Casus disputatus pluries in Supremo Aragonũ Consilio circa materiam huius tenutę cum vsufructu super Comitatu de Quirra refertur, & ventilatur cum seqq. & quomodo incrementa latitari dici possit sub proposita facti specie Comitatus de Quirra.*

239 *Fructus semper augeri solent ex latitato incremento.*

240 *Vocatus ad successionem bonorum reseruatorum, an dicatur venire ex testamento quo vocatur, an ex donatione continente reseruationem, & numero* 262.

241 Fontanella *reprobatur circa discussionem articuli super causa* Comitatus de Quirra, *numero* 262.

243 *Causa immediata semper attendenda cum potius illa, quam remota influere dicatur. Et facit quiescere mediatã, &* n. 244.

243 *Status prędens semper attendendus non qui alias fuerat.*

245 *L. si ita scripsero* 38. *de cõd. & demõs. l. asse toto* 77. *de hęred. instit. l. institutio talis de cõdi. instit. l.* 1. *§. sub conditione, ff. vt legato seu fideicõm. nom. caue. l. prior* 33. *sol. matr. expẽdũtur & retorquẽtur cõtra Fontanel.*

246 Referens ad alium intelligitur secundum terminos relatæ in qualibet materia, siue legis siue hominis, & late de materia, tam ad iudicia cõtractus priuilegia, & testamẽta n. 247.

248 Referens in relate cum omnibus qualitatibus, intrinsecis, & extrinsecis, ita vt retentis nulla sit virtus, nisi quantum appareat ex relato.

250 Relatum semper est attendendum ad explicandum referentem, nullatenus vt quid scriptũ sit in referente.

251 Relatum loquens extra terminos referentis, non iuxta referentem, sed iuxta relatum est inherendum, cum error tũc præsumatur potius in referente.

252 Referens tunc corruit quando non constat de relato, quia deperditum nisi referens rem claram & perspicuã cõtineret, & quando referẽs dici possit pars relati

253 Donatio, seu dispositio facta in fauorem alicuius sub facultate elargitoris vinculandi, seu substituendi, se referat ad declarationem faciendam per donatorem, nisi constet de testamẽto seu dispositione non erit reseruatio.

254 Referens se ad aliam dispositionem quoties illa de per se non potest stare absque relato, ex hoc tunc dicuntur omnia prouenire non ex referente.

255 Rem habere quis dicitur, qui, & ius ad illam habuit.

256 Viduitas in Aragonia dari solet ad ea in quibus maritus ius habuerit ad rem, licet non in re.

257 Causa incitatiua ad actum, sine qua actus forte non committeretur, non attenditur, sed finalis & immediata.

258 Augmenti & decrementi semper debet esse par ratio, & naturalis proportio.

259 Incommoda eum sequi debẽt quem & incommoda sequũtur.

260 Bona feudalia seu emphiteuticaria consolidata cũ propietate in qua datur vsusfructus, pertinent ad vsufructuariũ, sicut è contrario ad damnũ suũ venirent, si consolidarentur ad damnum proprietatis.

261 Bona hæredis obuenta illi ex causa hæreditaria cedũt ad hipotecam, & obligationem bonorum defuncti, locus si quærãtur ex alia causa quã hæredis.

263 Genitiuus casus de quo sub cõstitutionis verbis ibi, mariti sui, important verum dominiũ.

264 Dominium significatum per genitiuum casum, an ac directo vel de vtili sit intelligendum, & quando à lege proferatur.

265 Verba legis sunt in propria, & stricta significatione intelligẽda, & nullo casu impropriãda

266 Verba constitutionis nostræ. ibi: dels bens de son marit, sub genitiuo prolata an proprie intelligi possunt de bonis quæ obuenerunt hæreditati mariti post annum luctus, & n. 267.

267 Dominium verbum à lege prolatum an de habituali dominio intelligi possit, atque de actuali.

Curæ animarum verbum à lege intelligendum sit de cura actuali, vel habituali.

269 Bona sufficiunt esse in dominio habituali, licet non actuali, quando sumus in dispositione hominis secus vero si in dispositione legis.

270 Qualitas adiũcta verbo debet intelligi secũdũ tẽpus verbi, vt secũdũ tẽpus delationis vsusfructus bona sint penes maritũ.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

27 *Confiscatio bonorum per delictum commissa tantum tenet bona delinquentis habita tempore commissi criminis, non vero obuenta post sententiam, etiam ex causa de præterito.*

272 *Cap. cum secundum leges, de hæretic. in 6. exponitur, & verba illius ponderantur, & cum materia nu. 273.*

274 *Constitutio nostra versatur in poenalibus, & quare.*

275 *Interpretatio in odiosis semper ita est facienda, vt quantũ sit possibile minus præiudiciũ fiat iuri communi.*

276 *Recessus omnis à iure communi, dicitur odiosus & restringibilis.*

277 *Vsufructu omnium bonorum legato, debentur tantum vsus fructus verum, quæ in actu & habitu simul erant penes testatorem tempore mortis.*

278 *Antonius Thesaurus sub quadam quæstione sua forensi eno datur, intelligitur, & declaratur.*

279 *Quæsita post conditum testamentum non veniunt sub vsufructu vniuersali in testamento relicto.*

280 *Autor se subscripsit, & firmauit partes Comitissæ de Quirra pro vsufructu Marchionatus, licet in alio casu dicat verius contrarium.*

281 *Iudicium defuncti quis reprobare non potest, sed approbare ex ea parte, qua fuit hæres.*

Nona declaratio ad argumentum ex tertio tempore desumptum.

INtelliges etiam argumentũ huius temporis 9. modo, vt 1
mulier vidua faciat fructus suos post annum luctus, cum onere, & obligatione, alendi, & sustẽtandi filios mariti defuncti. Habet hęc sententia pro se, æquitatem, iusticiam, & obseruant ã Regi, nostri Senatus, de qua testatur, autor, seu primus illarum recollector cognominis, & appellitus nostri, sub tertia parte, cap. 19. habita & sumpta á repertorio Dalmacij, attestantis concluſum, ita ad relationem Arnaldi Gort de anno 1532. & licet sub satis debili, & fragili fundamento sumpta proponatur obseruantia; nihilominus tamen, cum illa ius facere videatur, ac si lex condita fuisset, iuxta text. in lege finali, cum ibi notatis, C. de legibus, illi standum erit, & præmaximè in præsenti, cum 2
sit æquitate sufulta, & iuris obseruationibus conformis, licet non ita exacte illis iuris responsis, in quibus hæc fuit fundata obseruantia. Ex ventre enim illius apparet fundari in §. illud autem, in finalibus verbis, in 3
authentico, neque virum, quod ex dote, collat. 4. quo rectè perpenso parum conferre videtur ad decisionem huius dubij,

etiam

etiam si ibi mater binnba ex vsufructu lucrorum decidatur cogi alere filios, vt patet sub finalibus verbis, §. ibi: *Cogẽdo tamẽ eam qui vsum lucratur filios ex eo matrimonio, & alere, & omnia ministrare eis secundũ lucratae substantiae mensuram*: ex quibus verbis ne dũ ipse obseruationẽ legitimari dixissem, sed contrarium suaderi, ex quo ibi fuit specialis prouisio legis necessaria, vt administranda alimenta mater teneretur, & ob culpam suã contractam, per transitum ad secũdũ coniugium, & in culpę pœnam fuit priuata proprietate, quæ nõ possunt adaptari ad casũ nostrum, vbi lex nil de alendis filijs dispoſuerit, & nõ solum mater fuit in culpa, sed imo filij, (qui semper pręsumuntur hęre des patris) quodammodo fuerũt culpabiles, in mora non soluẽdi dotes in anno, & in pœnam morę vsusfructus matri applicatus, & sic casus desiderabat maiorẽ expressionem, seu animaduersionem legis in erogandis alimentis, atque in casu d. §. illud, vnde per argumentum ab expressione legis contrarium esset ex illo § dicendum, in casu nostro, cum agamus de delicto, & pœna filiorum, ibi vero de delicto & pœna matrum, & sic videtur incongruè de illo textu ad casũ nostrum sumi argumentum; in quo si voluisset lex expressisset, si cut in illo quod erat perneceſsà rium, cum ratio differens sit in vno atque in alio.

4

5 Et si verum sit dicerę Doctoris traditiones intelligendas secundum iura quę allegãt, vt per Bald. in authen. sed iam necesse, C. de donat. ante nupt. Alex. l. sicut certi, ad fin. C. de testamen. milit. Surd. conſ. 9. num. 50. Gracian. discept. 689. num. 28, Rota apud Coccin. decis. 67. num. 8. & decis. 291. num. 6. ex Bart. in l. nõ solum, §. liberationis, num. 7 de libera. lega. late & in optimo casu Anton. Faber de error. decas 28. erro. 10. in princ. si iura allegata in decisione deficiunt, nil erit si ab ea recedatur.

6 Vrgentius autẽ hęc Regij nostri Consilij obseruantia fundari potuit in alio iuris responso eiusdem Iustiniani, in l. fin. in §. sin autem æs alienum, C. de bonis quę liber. vbi pater ex vsufructu sibi á lege delato in bonis filiorum *suorum aduentitijs*, ex l. 1. & tot. tit. C. de bon. mater l. 1. & tot. tit. C. de bonisque liber. cogitur alimenta filijs necessaria subministrare. Adeo quod si fructus non suppetunt, ex suo supplere cogatur, ante quam ei liceat ad distractionem deuenire proprietatis, ex Bald. sententia in l. fin. §. ipsũ autem, C. de bonisque liberis, licet verum sit regulariter, quod quoties fructus hæreditatis non sufficiũt pro alimentis illius, qui sit futurus dominus proprietatis, hęc potest alienari pro alimẽtis futuro domino prętandis, vt per Surd. plures cummulantẽ de alimentis, tit. 4. q. 9. num. 24. Pelaez de maiora. q. 28. num 4. qui loquitur ad terminos maioratus Hispanorum, Baeça de deci. tut. cap. 10. Gutierr. allegat. 14. Ex quo enim patrem sequuntur cõmoda, incommoda etiam sequi oporteat, vt his, & alijs cummulatis hunc text. expendit decisio Neapolitana apud Vincentium de Franchis decisione 576. per totam.

7

§ Sed ad adhuc nec istud Iustinianum responsum legitimare

potest

UAB Biblioteca de Ciències Socials

9 poteſt Senatus obſeruantiam. ſi ingenuè textus perpendatur, ex quo reſultabit, non ratione vſuſ fructus, parentibus iniungi neceſsitatem alendi filios (vt exinde dici poſsit matrem ratione vſusfructus, eadem aſtringi obligatione) ſed ratione paternitatis, & pietatis naturalis, vt mox dicam ex l. ſi quis á liberis 29. §. ſi quis ex his, cum ſimilibus, de liber. agnoſcē. quod manifeſtius
10 colliges ſi recurris ad alium §. eiuſdem legis fin. qui hoc non obſcurè declarat, in § ipſum autem, ibi: *Non propter haereditates, ſed propter ipſam naturam, & leges.* Sic Angel. in d. §. ipſum autem, & de Franchis d. deciſ. 576. num. 3. & 4. dicens, quod quantum ad obligationem paternam alendi filios, non eſt curandū an ſint bona filiorum penes patrē, cum in omnem euentum alimēta ſunt pręſtanda, Deci. in cap. 2. 3. col. verſ. Extra gloſ. de præben. Et hæc fuit ratio eorū, quæ antea dicebamus, vt ſi fructus aduenticiorum non ſufficiant, pro filiorum ſuſtentatione, pater non poſsit alienare proprietatem, ſi ex paternis bonis poſſet illos alere, etiam ſi filius ſit proprietatis dominus, ex quo officium paternum ſuppler e debet ad alimentorum erogationem.

Dato enim concurſu naturalis cauſę, & accidentalis ſemper
11 prælatio naturali tribui ſolet, ad l. qui habet 3. de tutelis, Tellus Fernan. l. 10. Tau. numer. 14. late Barboſ. l. maritum, cum ll. ſeqq. num. 18. ſolut. matrim. Surd. de alimen. tit. 1. q. 7. num. 7. vtiinde pater ad naturalem cauſam potius redactus in alendis liberis, quam ad accidentalem ratione obuentionum, ſeu hęreditatum, dicendum erit in d. §. ſin autem es alienum, potius paternitatis quam bonorum iure aſtringi patrem, ad onus alimentorum: ergo non per neceſſe eſt ſumendū argumentum ad matrem, vt ratione vſusfructus, in hæreditate filiorum ſibi delati aſtringatur ad ſuſtentationem illorum.

Sed tamen quia negari nó poteſt quin allegata Regia obſer-
12 uantia ſit fundata ſuper nota, & patēti ęquitate, cum in humanitatis ſaperet, in caſu noſtræ conſtitutionis, cum tam euidenti filiorum iactura, matribus fructus bonorum parētum elargiri, maximè ſi vſusfructus fuiſſet ſatis congruus ad alimenta filiorum, & ſuppoſito quod filij non demeruerint exhęredari, &, priuari legitima, quo caſu etiam ali-
13 mentis priuari poſsint, Bart. ad l. diuus, ff. ad l. Pompei. de parrici. laſ. l. ius autem, num. 25. de iuſt. & iur. Deci. l. nuptias, nume. 14. de reg. iur. Couar. ad 4. 2. part. c. 8. §, 6. num. 17. Molin. de primogen. lib. 2. cap. 16. de Franchis de ciſ. 576. num. 3. ver. Quod ad primum, Barboſ. 4. par. l. 1. num. 41. ſolut. matrimon. Sanchez de matrimon. lib. 4. diſpu. 46. num. 20. Pereira deciſ. Luſitana 10. nu. 8. Surd. de alimen. titu. 1. q. 6. nu. 2. & q. 23. num. 6. in eadem ſententia quam canonizauit Senatus proculdubio erit ſtandum, ſi non ex iuribus aductis, ex alijs ſaltem euidentiſsimis demōſtrationibus, ſi conſideres alimenta filijs deberi de iure naturali, & coactione ciuili (vt dicebat Ceruant. l. 10. Tau. numer. 9.) per text. in authentico quibus mod. natur. effic. ſui. §. natura ſiquidē,
14 & antea text. in d. l. fin. §. ipſum

autem,

autem, C. de bonisque libr. ibi: *sed propter ipsam naturam*, notat Bald.l.executorem,num. 33. C. execut.rei iudic. Alexand. cons. 60.num.13.volu.2.cum enim filiorum educatio(sub quaveniũt alimenta) sit de iur. naturali in prin.inst.de iur.naturali gent.& ciuil.cap.ius naturale,1.distinct. inde ius ciuile necessitatem, & coactionem alẽdi induxerat parẽtibus,ad l.siquis à liberis,5.§.si quis ex his,de liber. agnoscend. Ex quo enim ius ciuile induxerat obligationem, dictãte natura,fit inde alimenta filiorum tã quam debita de iure,estimanda in bonis patris,vt es alienum.Et exinde dici solet bona fideicõmisso subiecta pro alendis liberis alienari posse,vt per Surd de alimen.tit.8.priuileg.19.num. 5. Padil.in authent.res quæ,C. cõmun.de legat.nu. 85. Rota apud Seraphin.decis.425.num. 2. quæ non alienantur nisi pro soluendo ære alieno grauantis.Et satis est vt pro hære alieno æstimanda sint,cum æquiparentur dotibus,apud Seraphin.decis.58. nu. 6.& 447.num. 7.Farinac. decis. 249.num.1.in recentis.Atqui cõstitutio nostra tantũ dat vsũfructũ viduis post annum, in bonis maritorum, deducto prius ære alieno, & solutis debitis hæreditatis:igitur alimenta filiorum, tanquam æs alienum, & debitũ hereditarium,prius erunt detrahenda, vel saltem erunt à vidua filijs præstanda.

Quod autem talis fuerit mẽs constitutionis nostræ, in cõcessione vsusfructus, deducto ære alieno,satis apertè colligitur ex illius contextura, cum expressè disponat, ex bonis maritorũ fructus elargiri patet, ibi; *Apres lo dit any empero del plor, los fruits de aquells bens fasa seus*, hoc est, *post dictum annum vero luctus fructus illorum bonorum faciat suos.* Sub nomine vero bonorum satis notum est in iure intelligi deducto ere alieno, ad l.subsignatum 39. §.bona,de verbor.significatio.l.mulier 72.de iur. dot. l. 2.§.1.de colla.bono. late Bart. in l.si vt ius iurandi, §. si liberi, de oper.libert.Surd.in subiecta materia alimentorum,in eod. trac. tit.9.q.16.num.32. & q.26. nũ. 85. ita vsusfructus bonorum nõ est,nisi deducto ære alieno,l.fin. de vsufruct. legat. l. vsusfructus 69.ad l.Falcid.

Quod enim debetur per testatorem non potest dici in bonis,sed extra bona,Alexand. l. si cum dotem,§.si pater, numer.6. ver. Pro hoc facit,solut.matrim. Ex quo fuit notabilis illa Bartũ, traditio in allegato §.si liberi,in fin.sequuti per Iason. Riminald. Deci.Beroi.Soci. Neuiza. Capr. & alios per Surd. cummulatos cons.111 num.82.& in tracta.de alimen.tit.9.q.16.num.33 & 36. Quod si filia instituatur sub conditione(in re certa)à patre suo, vt nil in bonis paternis peteret, non prohibeatur filia petere dotes maternas, quæ tanquam debitę,nõ sunt in bonis patris, sed extra bona,quod secus esset, si non addito verbo,*bonis*,simpliciter instituta esset, sub conditione nihil amplius petendi, quod totum facit verbum illud *bonis*, excluiuum æris alieni. Ex quo igitur constitutio,& text.noster vsumfructum bonorum mariti concesserit prius detrahendum esse voluerit,æs alienum, & eũ in ere alieno comprehendãtur alimenta filiorũ,alimentis prius

detractis,

detractis, præsumendum est voluisse vsumfructum elargire.

24 Et ex his factū est illud quod desumi solet, ex l. vsufructus 69. ad leg. falcid. vt vsusfructuarius legalis (qualis dicitur hęc nostra vidua post annum luctus) teneatur ad soluenda annua legata ex vsufructu, & æs alienum, & alimenta ex hæreditate præstanda, siue hominis, siue legis ministerio debeantur, notant omnes in d.l. vsusfructus 69. Rebuff. l. bonorum, de verbor. significat. Benedict. in cap. Rainuntius, verbo Cætera bona, num. 43. Couarru. resolut. lib. 2. cap. 2. num. 4. & 6. Alexand. Trentacinq. var. lib. 1. tit. de pecul. resol. 6. nu. 3. Omitto

25 disputare illam quæstionem, (quam decidi firmant ex dict. l. vsusfructus 69.) ad l falci. cui incumbat onus soluendi æs alienum, an hæredi proprietario, an vero vsufructuario vniuersali, & an iste, vel ille á creditoribus sit conueniendus. Nam cum in omni casu, & ad omnem euentum, ex rebus hæreditarijs sit faciēda solutio infructuosa quæstio vidē da est, ideo remitto ad dicta, & tradita per Bart. l. fin. de vsufruc. legat. num. 5. Couarr. variar. lib. 2. cap. 2. per totum, Garci. de expens. cap. 11. num. 61. cum seqq. Menoch. præs. 143. libro. 4. Gail practic. obserua. lib. 2. obseruat. 146. num. 2. Gozadin. cons. 94. num. 21. Michael Cras. §. legatū, q. 35. Quesad. diuersa. qq. iur. c. fin. num. 6. & 17. Gam. decis. Lusita. 195. num. 1. Barbos. l. maritū num. 21. solut. matrimon. alij innumeri per Sotomaior de vsufr. lib. vno cap. 59. á num. 17. cum seqq. Gaspar Antot. Tesaur. lib. 2 qq. foren. cap. 32. videndus, vbi communi interpretum calculo firmat contra Bart. ad vsumfructuarium pertinere, si sub qualitate verbi, Bonorum, sit vsusfructus constitutus, vt per Ricardū ad §. Constituitur, instit. de vsufruct. num. 24. ex cūmulatis per Ceuall. contra communes q. 191 in fin. & quando sunt legata annua res est sine controuersia, vt

26 ad vsumfructuarium pertinent solutio, vt ex Iason. ad l. 1. ad Trebel. & Rolan. cons. 8. num. 27. li. 2. Couarr. var. resolut. lib. 2. cap. 2. num. 7. Menoch. d. præs. 143. n. 18. Sotomaior de vsufruct. c. 58. num. 10. quam sententiam videbis fundari in l. fin. §. sin autem legata. C. de bonisque liber. qui

27 text. licet loquatur in patre vsufructuario peculij aduenticij filij sui, tamen communes interpretes protraxerunt decisionem illius §. ad quemcumque vsufructuarium, vt per Bald. Paulū, Fulgos. Salicet. & Corn. in eodem §. Gras. §. legatum, q. 36. n. 2 & 3. Surd. decis. 28. num. 6. vnde cum huiusmodi alimentorum præstatio, post patris mortē sit annua, quot annis subeūda, saltem quousq; legitima soluatur filijs, vt per Deci. in authen. præterea, nu. 5. C. vnde vir & vxor; merito concluſit obseruātia Cō silij nostri sub allegato cap. 19. viduam vsufructuariam legalem teneri ad alimenta filiorum ex vsufructu bonorum mariti.

Et non solum ad alimentorū præstationem vidua astringetur ex vsufructu ad filios legitimos

28 & naturales ex sacramentali cōiugio natos; verumetiam ad filios naturales tātum, illegitimos & spurios, vt sic decisio Senatus & obseruantia Consilij intelligatur, etiam inter filios bastardos, ex ratione supra legitimata æris

alieni

29 alieni. Ex quo enim debitum alimentorum in ſpurijs ſit legale, atque in legitimis, vt in c. cum haberet, de eo qui duxe. in matrim. quem pol. per adul. ex qua decretali, nullus hucuſque dubitauit, filijs illegitimis deberi alimenta, ſaltem de vita illorum, Bald. l. eam quam, C. de fideicõmiſ. num. 40. Gabr. lib. 1. commu. tit. de alimen. concluſ. 1. num. 28 Cordub. in l. ſi quis á liberis, §. idem reſcripſit, num. 30. de liberis agnoſcend. Menoch. de arbitrar. caſ. 169. num. 10. Surd. de aliment. tit. 5. q. 7. num. 3. Petr. Barboſ. l. 1. 4. part. num. 71. ad fin. Paleotus de nothis & ſpur. c. 51. ad fin. Gabriel Pereira de Caſtr. deciſ. Luſita. 40. vbi de quæſtione an donatio facta à clerico filiæ
30 ſpurię pro alimentis in bonis immobilibus, hæc peruenire poſſint ad nepotes, debẽturque ex
31 æquitate canonica, etiam in terris Imperij, Vincent. de Franch. deciſ. 654. num. 5. Ripa l. 1. n. 66. ſolut. matrimo. vbi Barboſ. n. 64. in fin. Couarr. ad 4. 2 part. c. 7. §. 6. num. 6. Rota apud Seraphin. deciſ. 41. num. 6. eadem Rota apud Farinac. in recentiſ. p. 1. deciſio. 224. idem de Franchis deciſio. 605. nu. 7. cum ſeqq. Vnde cum ſint alimentarij, iuris neceſsitate, vel vinculo, nulli dubium eſſe poterit, quin huiuſmodi ſpurijs & illegitimis vidua tenetur alimenta ſubminiſtrare, & erũt æſtimanda tanquam æs alienũ, etſi enim ſimilia alimenta non ſint aſtrictiori illo titulo debita, atque in filijs legitimis & naturalibus (quibus diximus deberi
32 iure naturali & coactione ciuili) iſtis autem ex æquitate canonica, quia tamen debitum dicitur verè & propriè legale, quod debetur ex honeſtate, ſeu verecundia, vt dicebant Conſulti in illa l. pecunia 8. de aliment. & cibar. legat. ibi: *Meſtruis, atque annuis verecundiam quoq; pulſantibus adſtringitur.* Quem ad hũc caſum notat Bar. in eó text. in finalibus verbis, & quatuor caſus tradit Riminal. in princip. de donatio. num. 228. Afflict. deciſio.
33 315. num. 9. Facta enim ob pudorem verecundiæ dicuntur fieri ex neceſsitate, Pinel. l. 1. part. 3. C. de bon. mater. num. 57. certũ fiet eodem modo viduam aſtringi ad ſimilem alimẽtorum præſtationem.

34 Et ratio eſt euidens, nam ex quo pater, ſi viueret, cogendus eſſet ſimiles ſpurios alere, ad hæredem ſuum tranſire hoc onus expreſſè cautum eſt in iure, ad l. ſi quis à liberis 5. §. item, de liber. agnoſcend. Socin. l. Marcellus, in §. res quæ. ff. ad Trebelli. Curt. in authen. res quæ, C. commun. delegat. Ripa in l. filiusfamilias, §. Diui, num. 43. de legat. 1. Couar. ad quartum, 2. part. c. 8. §. 6. num. 14. Rota in recentiſ. apud Farinac. d. deciſ. 224. p. 2. num. 1. vnde cum vidua vſufructuaria loco hęredis habeatur, & onus ſoluendi annuas præſtationes ad vſumfructuariam pertineant, merito vidua ad præſtationem alimentorum filijs illegitimis erit aſtringenda.

35 Imo quodammodo dici poterit, quod aſtrictiori vinculo erit ad ſimilia alimenta præſtanda, quam ad filios legitimos & naturales, his enim ſi non ſunt hęredes inſtituti ſoluta & tradita eis legitima, amplius alimenta per hęredem non ſunt preſtanda, cum legitima pro alimentis fuerat inducta, notat Bald. in l.

fratres,

fratres,in 4.q.de inoffic.teſtam. Deci.in authent.prętera, nu.5. verſ.Nam ſi es in legitima,C.vn de vir & vxor. At vero ſpurij cũ non habeant legitimam, ſed ſolum alimenta;magis congruè dici poterit annua præſtatio, cum alimenta dietim, & per ſingulos menſes pręſtantur,Bart.l.fin. nu.1. de his quibus vt indignis, Barboſ.l.1.4.part.l.ſolut.matrim. n.65.verſ.Hanc cõmunẽ, & conſequenter plus affixa oneri vſufructuarij,ex his quæ dicta ſunt, vt ad vſumfructuarium tranſeat onus ſoluendi annuas præſtationes,& ad ſuum damnum tantũ, non vtique onus ſoluendi legitimam filiorum,& alia debita quę faciunt æs alienum in proprietate,cum horũ ſolutio licet ſit in damnum vſufructuarij, quia diminuitur proprietas,ex qua vſus fructus ſit detrahendus, ſed tamen eſt ad damnum proprietarij,cum illius bona diſtrahantur, & conſequenter plus videtur in dubitatum,vt vidua cogatur alere ſpurios,quam legitimos,cũm hæc alimentatio cadat ſub ære alieno.

37 Quæ autem ſint alienata huiuſmodi per viduam ſpurijs præſtanda,an ſolummodo ea quę ad ſuſtentandam vitam ſunt neceſſaria,nulla habita ratione diuitiarum, vel dignitatis paternæ, cum miſerationis gratia pręſtari dicantur,an vero attentis facultatibus paternis, & conſiderata qualitate patris; docent Bald. in l.ſi maritus,ſolut.matrim.Palac. Rube.in cap. per veſtras, de donatio.3.notab.§.24.num.3. & in rubr.§.65.num.52. Grat. conſil. 87.num. 16.lib.2. Baeça de non melioran.cap.8.num. 30. Gãma deciſ.343.num. 4. & deciſ.201. in fin.Couar.ad 4. 2.par.c.8 §.6. num.7.Tell.Fernan.l.10. Tau.numer.2.& ibi Ceruan. num.6.Barboſ.l.1. 4.part. ſolut. matrim.nu. 66.Ex quibus verius colliges, attentis facultatibus, & qualitatibus paternis, alimenta præſtari debere, Molin. qui dicit ita in Tribunalibus receptum de primogen.c.15.num.18.deciſ. Vincenc.de Franch. 282.

Ex eiſdem etiam iuris princi-
38 pijs ſupra deſumptis ex illa l. ſi quis á liberis 5. de liber.agnoſcẽdis, fiet verum viduam ne dum teneri in caſu noſtrę conſtitutionis, alimentare filios cuiuſque naturæ ſint,mariti ſui defuncti, verumetiam, & patrem mariti mortui,ſocerumque ſuum, ſi in illa egeſtate fuerit, vt onus alendi eum,fuiſſet in filio ſuo, maritoque viduę tenutariæ,iuxta terminos d.l ſiquis à liberis,in prin-
39 cip.vbi expreſſa iniungitur filijs neceſsitas alendi patres ſuos.Ad idẽ l.fin.§.ipsũ autẽ, C.de bonisque liber.ibi: *Ipſum autem filium vel filiam,filios, vel filias,& deinceps alere patri neceſſe eſt,non propter hæreditatẽ,ſed propter ipſam naturã, & leges quę à parẽtib⁹ alendos eſſe liberos imperauerũt,& ab ipſis liberis parentes ſi inopia ex vtroque parte vertitur.* Ad idẽ habes l.filia 5.C.de patr.poteſta. l.1.& 2.C.de alend.liber. melius & fortius in cap.cęterum 86.diſtinct. quo habetur fuiſſe traditionem diuinam,Bart. in tracta. de alimen.num.8. Salice.& Cur. in l.2.C.de alen.liber.Teſau.deciſ.124.num. 18. plura congerit exempla ex diuinis & prophanis ſcripturis,Surd. de alimen.titu.1.q.17.per totam.

40 Cuius præſtationis obligatio nẽ tranſire in hæredes filiorum,

iura

iura non obſcurè diſpoſuerunt in d.l.ſi quis à liberis, in §. item reſcriptum, de liber. agnoſc. cuius verba ſunt. *Item reſcriptũ eſt hæredes filij ad ea præſtanda quæ vnicus filius ex officio pietatis ſuæ dabat inuitos cogi non oportere niſi in ſummam egeſtatem pater deductus ſit*: data igitur in patre neceſsitate, ſicut filius viuendo cogebatur eo defuncto, hæredes ſunt cogendi. Si igitur eſt obligatio legalis in alendis parẽtibus, & hęc trãſitoria ad hęredes, fiet verum, & certiſsimum, viduam teneri ad alendum ſocerũ, & patrẽ viri defuncti, ex vſufructu ſibi à lege noſtra delato in bonis viri, cum ſub ære alieno conſiſtere certum ſit.

41 In omnibus enim ſupradictis legitimãdis vnũ ſemper ſupponẽdũ eſt pro indubitato, ꝙ omne debitũ dicitur neceſſariũ, & tãquã ęs alienũ ęſtimãdũ, quoties ex neceſsitate legis, ſeu ſtatuti inductũ eſt, Bal.l. ſi vxor, n.4 C.d bon.aut.iudi.poſ.Mãt.in eõ iec.vlt.volũ.li.10.tit.2.n.3. Gracia.in optimo caſu diſcept.for.c. 42 816.n.2.iũctis traditis ſub r.16. debitor enim dici ſolet ille, à quo inuito exigi pecunia poteſt ad l.debitor 108.de verb.ſignification. æs enim alienum illud dicunt eſſe Conſulti, quod alijs debetur, & æs ſuũ ꝙ nobis debetur, ad l.cedere diẽ 213. §. ęs alienũ, de verb.ſignif. vt ſic cũ ailmẽta debeãtur filijs cuiuſq; cõditionis, ſeu naturæ ſint in bonis parentũ, & his in bonis filiorũ (vt probatum eſt) & conſtitutio noſtra vſumfructum bonorum mariti tantum deferat, & in bonis cuiuſque eſſe tantum intelligantur, quę ex ere alieno ſuperſunt l. non poſſunt 11. de iure fiſci, concludenter erit firmandum, ex mente conſtitutionis colligi, ex vſufructu mulieri delato, ſimile onus alendi filios & patrẽ iniunctum fore. Vſufructui mulieri delato, vt tanquam æs alienum, annuũ, & menſtruum, ex vſufructu prius & ante omnia ſit ſoluendum, vt cenſuit Regij Cõſilij obſeruãtia in filiorũ alimẽtis.

43 Ex eiſdem (& hucuſque relatis) regulis, quibus damnamus viduam noſtram vſufructuariam ad alendos filios, cuiuslibet ſint naturę, & patrem mariti defuncti egenum, ſocerumque illius, inferri poterit damnãdam fore, ad ſolutionem legitimæ competentis filijs legitimis, & naturalibus eiuſdem mariti, illamque detrahendam ex rebus, bonis, & corporibus hęreditarijs, in quibus datur vſusfructus, etiam ſi huius diminutio ſequatur, ita & taliter, vt vidua vſumfructum habeat in dodrante, quadrãte autem pro legitima filiorum detracto; cum iura noſtra patriæ, quartam partem bonorum aſſignent pro legitima filiorum cuiuſcumque ſint numeri, vt in conſtitutio 2. incipiente, *Zelant* titulo de legitima & diuiſione 44 illius, per quam fuimus redacti in hoc Principatu ad ius Pandectar. adl. Papinianus, §. quoniã autẽ, de inoffi. teſtam. l. parentibus 8. C. eodem, §. igitur quarta, inſtit. de inoffic. teſtamẽto abrogatis terminis iuris nouiſsimi Iuſtiniani, in authentica nouiſsima, C. dẽ inofficio. & in corpore illius in §. hæc nos, in authentica de trien. & ſemiſſe, collat. 3. dico ex eiſdem regulis, ratiocinationibus, & iuribus, quibus viduam tenutariam te-

neri, & conuinci ad alimenta soluenda, teneri etiam ad solutionem legitimæ, vna cum fructibus à die mortis testatoris, si alimenta non sunt præstita, secũdum magis receptam sententiã interpretum, & in Regio nostro Consilio canonizatam. Diximus enim in ære alieno viduam non facere fructus suos, sed in bonis tantum testatoris, & cum legitima sub ęre alieno comprehendi, certum sit in iure, ideo sicut
45 alimenta filiorum tanquam æs alienum diximus detrahendaab vsufructu, ita etiam & legitima cum bonum sit argumentum passim in iure admissum de ali-
46 mentis ad legitimam, Bartolus in authent. de hęred. & falci. in princip. & fusius in l. Titio centum, §. Titio quęro, de condit. & demonstra. sequuntur omnes Iason. Alex. Alcia. & alij apud Molin. de primogen. lib. 2. c. 15. nu. 2. Ascan. de patr. potesta. effect. 16. numer. 24. Palac. Rube. in c. per vestras, 3. notabili, §. 24. numer. 7. Curt. Senior in l. de alimentis numer. 2. C. de transact. vbi ait fauorem ampliorem esse in legitima quam in alimentis,
47 Vasq. de succes. creation. §. 20. num. 341. diligentissimè omniũ Surd. de alimentis, tit. 9. quæs. 2. num. 1. & ferè per totam, & tit. 7. q. 12. num. 6, vbi numer. 7. fortiori titulo deberi legitimam, quam alimenta, cum illa naturali iure, vel instinctu quodam naturæ debeatur, § cum itaque, in authent. de hæredi. & falcid. in principio, Matesillan. de succes. ab intestat. memb. 3. articulo 1. num. 9. Deci. & Cagno. in l. iura sanguinis, de reiud.

Quod autem legitima nõ mi-
48 nus quam alimenta (& fortius arctiori titulo) sub nomine æris alieni comprehendatur sit certum; tum, quia ab omnibus ferè interpretibus inter æs alienũ estimatur, Baldus l. 2. circa fine, C. de liber. præter. vel exhæredat, & iterum in l. quamquam, C. ad legem falcidiã, Tiraquell. l. si vnquam, verbo, Susceperit liberos. C. de reuocand. donatio. num. 114. Surd. de aliment. tit. 7. quæstio. 12. num. 7. Bartol. in l. si quis legatum, §. final. ad legem Cornel. de fals. dicens filium in legitima apari cum vero creditori procedere, Decius consil.
49 279. num. 6. Tum, quia descriptio propria æris alieni tradita per Consultum in l. cedere diẽ, 113. de verbor. significat. §. æs alienum conuenit filio in legitima, & in credito illius. Quod iã dicitur contractum viuente patre, solutione dilata ad tempus mortis patris, singularis glos. in verbo, Auferre, paulo post principium, in vers. Item hoc erat, sub § si quis autem, in authent. de hęred. & falci.

Et iuuatur hęc sententia ex alio capite nõ minus vero, quo in
50 struimur, in legato vsusfructus omniu bonorũ, nõ venire legitimã filiorũ, ex præsumpta voluntate testatoris, sed salua legitima filijs, in vsufructu, & proprietate reliquũ cedat cõmodo vsufructuarij, sic videtur dispositũ sub Iustiniano in authen. nouissima in fina, verbis, C. de inoffi. testa. ibi: *Cuius portionis, nec vsufructu fraudari liberi à parentibus possunt*, vbi Iason. nu. 44. Molin. de primoge. lib. 2. cap. 1. nu. 29. Suar. ad l. quoniam in prioribus, amplia. 3. in prin. Gom. variar. tom. 1. c. 11. n. 26. Mantic. de coniec. lib. 9. tit. 7. n. 21. Gutie. in pract.

q. 57. per totam, Pereg. de fideicom. art. 12. n. 29. Azeue. l. 16. tit. 6. li. 5. nou. collec. reg. Gasp. Rod. de annu. reddit. lib. 1. q. 5. n. 23.

51 Quod adeo verum reperies, quod etiam si filius proponatur vniuersaliter institutus, licet sit honoratus in plusquam iuserat ius honorari, & quodammodo ex eo quod est superlucratus, compelleretur ad approbandũ iudicium testatoris & patris, nihilominus tamen voluit ius illę sam & immunem ab omni onere, modo, & conditione legitimam reseruare, vt est casus in l. sancimus 8. §. cum autem, C. de inoffic. testam. Suar. ad d. l. quoniam in prioribus, ampliat. 3. nu. 2. & amplia. 6. in princ. Baeça de non melior. ratio. dot. filia. c. 8. nu. 9. & 10. Idem igitur dicendũ videtur in dispositis sub lege, vt licet hæc deferat vsumfructum bonorum patris, intelligatur deducta legitima, & illa exempta ab omni onere, modo, seu condi tione, cum recepum sit in iure

52 argumentũ de voluntate testatoris ad legem, §. disponat, in authen. de nupt. late Surd. de alim. tit. 9. q. 14. num. 3. & tit. 8. priuil. 18. num. 12. vt consequenter dicamus, quod sicut non est credẽ dum de testatore voluisse vnico verbo vniuersam iuris dirumpere machinam, l. si quando, C. de inoffic. testamen. sic de lege nostra credendum non est, sub vno tantum verbo elargitionis vsusfructus, voluisse turbidam facere vniuersam legitimę materiam, quam ius ita caute curauerit illæsam, & immunem facere ab omni nexu obligationis vinculi, modi, conditionis & oneris.

Nam, vt dicebat text. in §. pro hibemus, in authen. de trien. & semis. riguros & nimis crudelis

53 semper ęstimanda est dispositio, quæ compellat filios mendicare & fame perire, dicens asperum iudicium maritorum, hosque dici affœminatos, qui filijs fame perẽptis, relinquere conantur vxoribus vniuersum patrimonij emolumentum, quæ iura sunt

54 adeo aperta, vt nil plus expediat legitimare, vbi ęquitas ipsa rem iustificatam facit, vt ex his dicamus, quod sicut mulier vidua vsufructuaria, in casu nostrę constitutionis alimenta filijs pręstare tenetur, ex sensu intellectiuo seu intensiuo, vel virtuali desumpto ex verbis, *bonorum mariti*, sic etiam compellatur per easdem regulas, non ex vsufructu, sed ex proprietate legitimam filijs prę stare, quæ cum non potuit admittere onus & grauamen, iure resistente, sic nec hoc de quo agimus, vt vxor fruatur vsufructu illius portionis quæ legitimam facere potuit.

Differentia tamen adhibita, hęc coãdęquatio inter alimenta

55 & legitimã, erit intelligenda respectu vsufructuarij, vt licet huic incumbat onus solutionis in alimentis, erit de solo vsufructu facienda ex redditibus, & obuẽ tionibus fructuandis, tanquam annuę & mestruæ præstationes, quas diximus subeundas per vsufructuarium ex ipso vsufructu

56 ex l. final. de vsufructo. legat. d. l. vsusfructus 69. ad l. falcidiam, & melius in l. finali, §. sin autem legata, C. de bonisque liberis, Paulus de Montepico ad legem Titia cum testamento, §. Titia cum nuberet, numero. 153. de legatis 2. Couarr. d. c. 2. nu. 7. ver. tertio considerandum, Menoc.

præſ.142.nu.18. Atuero ſolutio legitimę licet nõ ex vſufructu,& redditib⁹ illius, ſed ex proprie-
57 tate faciẽda, & ad damnũ proprietarij, licet vſusfructus dimi nuatur,& conſequenter ad dam num vtriuſque proprietarij,nẽpe,quia tanto minus reſtituetur quantum portio legitime accepit, & vſufructuarij, quia tanto minus erit in vſufructu,ſemper tamen ſolutio per viduam facienda.

Dicimus ad viduam noſtram vſufructuariam ſpectare onus ſubeundi annuas præſtationes,
58 & ſoluendi legitimam, & demũ omne aliud ęs alienum, & ſuo caſu legata á teſtatore relicta(eo modo quo ſuo loco declarabitur)quia licet verum ſit(vt ſupra animaduertebamus)regulariter ſolutionem legatorum, & ęris alieni, pertinere hæredi ſcripto vniuerſali,& non legatario vſufructus omnium bonorum (quẽ dicimus vſufructuarium ab homine ad differentiam vſusfructuarij á lege, qui nec conuenire debitores,nec á creditoribus cõueniri poſsit, & conſequenter omnes actiones dirigendas ad hæredem, ita vt hæres poſsit ex bonis vendere hæreditarijs quãtum ſit pro ære alieno ſoluendo neceſſarium, reluctante etiã vſufructuario, vt communi omnium ſuffragio approbatum habemus, ex l. fin. §. ſin autem æs alienum, C.de boniſque liberis,Couar.libro 2. reſolution. c. 2.numer.7.verſic.Cæterum ſi legata,Bart.communiter approbatus in l.fin.de vſufruct.legat.Benedict.in cap. Rainuntius, verb. Cætera bona, num.44. Roland. conſ.8.nume.20. Gail, qui dicit firmam concluſionem obſerua. 148.Menoch.d.præſ.143.nu. 18. Surd.deciſ.28. num.5.Craſ.recepta.ſentent.§.legatum,q.36. Spino in Spec. teſtam. glo.13. num. 82.Barboſ.l.maritum,nu.21.ſolu. matrim.Garcia de expenſ. c.11. nu.6.alij penes Caſtill. Sotomaior de vſufruct.c.58.nu.3.& per totum.

Cęterum quando vſusfructus
59 vniuerſalis defertur non à teſtatore (vt in terminis ſupra dictis) ſed á lege,ſeu ſtatuto (vt in caſu noſtræ conſtitutionis) tunc non ad hæredem, ſed ad vſumfructuarium pertinere legalem, ſubiri onus ſoluendi,in huncque vſumfructuvrium (vt eſt vidua noſtra) eſſe exercitium vtriuſque actionis, actiuæ & paſsiuæ, eumque conueniendum eſſe in iudicio, & eundem conuenire debere, qui melius iſtam enodauit diſtinctionem inter vſum
60 fructuariũ legalẽ, & teſtamentarium, ſeu ab homine datum, Didacus Couarru. libr.2. variar. cap.2. numero 7. qui teſtatur ſe hanc ſvmpſiſſe ſententiam ex Alexand.in dict.l.vſufructus 69 ad l.falcid. & ex Conſilio Barbatię 63.volumin.2.quem,& quos ſequuti ſunt recentiores poſtDidacum, vt per Garciam de expenſis cap.11.numero 6.qui diligentiſsime illuſtrauit diſtinctionem, & poſt eum Sotomaior de vſufructu, cap.58. numero 5.

Et hæc forſan fuit ratio quare dicunt Oliban. Mier. Celſus
61 Hugo, Cancer, & alij pragmatici noſtri,quos ſupra retuli,& infra referam, vt vidua vice hæredis fungatur, in caſu noſtro, ſuſtineatque omnes actiones actiuas &p aſsiuas,vt in præſenti caſu, fructuarius, legitimus

con-

concordet cum vſufructuario datiuo, vt ex rebus fruendij, & ex proprietate illarũ,ſolutio æris alieni,& legitime(&ſuo caſu)legatorũ fiat,diſcordẽtq;in alio ,vt ſolutio fiat miniſterio vſusfructuarij legalis,&nõ datiui.

Rationẽ iſtam diuerſitatis inter vſufructuariũ legalẽ,& hominis prætermiſſerũt tradere Couar.loco allegato,& Sotomaior, qui ſolũ ſub n. 6.aſsignauit rationem,quare hęres vniuerſalis ſit cogẽdus ſoluere , & nõ vſufructuarius legatarius, vt ſcilicet hæ
62 res adeũdo viſus fuit quaſi contrahere cum legatarijs , §. hęres quoq;,de oblig.quę ex quaſi cõtractu,inſtit.vt exinde onera hęreditaria ſubire debeat, quæ nõ ſint annua,ad l. 1.& 2.C.de hęre. vel actio.vẽdi.ita vt per additionẽ ipſam ab hærede factã,vertatur & originetur in hęredẽ obli
63 gatio,ad l. 3.§.fi.ex quib. cauſ.in poſſ.eat. l. ex maleficijs 4.§.hæres de actio.& oblig. Et hęc fuit ratio quare filius ſine iuſu pater no adire hęreditatẽ nõ potuerit, ne obligaret patrẽ per additionẽ ad onera hęreditaria eo inuito, ex regula l.placet,de acquir.hæred.Hęc enim omnia cũ ceſſent in vſufructuario,nil mirũ ſi ei interdicatur æris alieni ſolutio,& legatorum ſatisfactio.

Sedtamẽ hæc ratio ſolũ facit pro legitimãda aſſertione, quare hęres vniuerſalis tenetur ſoluere legata,& nõvſufructuarius, quæ ratio protrahi etiã poteſt ad vſumfructuariũ legalẽ , vt is nõ cõueniatur,cũ vniuerſalis hęres actiones actiuas & paſsiuas cõſecutus fuerit,per mediũ additionis.Nil vero facit ꝓ diſcrimine illo,quare plus vſufructuario legali liceat debita ſoluere hęreditaria, quam vſufructuario ex hominis miniſterio.

Rationẽ ſub paucis aduerterat Alex.in d.l.vſufructu,ad l.fal.
64 ſub n.3.&ad fi.legis ibi:*Nõ obſtat vt mitius ſit agendũ cũ diſpoſitione legis,atq; ſub hominis diſpoſitione*,vt elegãter dicit probari per l.Celſus 28.iuncta l.ſi cũ dies 26 §.fi.de recep.arbitris,vbi & morę purgatio ad incurſionẽ pœnarũ ciuiliũ,admittitur quãdo fit à lege, quod nõ ita ſi ab homine,
65 notat glo.1.in d.l.Celſus, ibi; *Et ſic nota,quod mitius agitur cũ lege quã cũ homine*, & cũ parui ſit præiudicij, an vſufructuarius legalis enoueniatur á creditoribus , & legatarijs ,an hæres, cũ in omnẽ euentũ ſolutio ex ipſis bonis ſit faciẽda,iuxta d.l.vſufructu 69.ad l.falci.ideo vt mitiꝰ agatur cũ lege, debẽt vitari circuitus,vt cõpellatur hæres , iſq; cõpellat vſufructuariũ pręſtare patientiã , ſed omninǫ directe vſufructuarius cõueniatur legalis,qui cũ nõ habeat iudiciũ teſtatoris , ſicut vſufructuarius legatarius & hominis,nõ ſit ęqualis cauſa illiꝰ& hæredis,nil mirũ,
66 ſi diuerſum ius in eo conſtituatur,atq; in legatario vſusfructus vniuerſalis. Huic enim in iure ſolum conceditur cuſtodia rei fruendæ, vt teneatur facere quę diligens rei cuiuslibet cuſtos facere debuiſſet,ad l.fin.§.fin.cum leg.ſequentibus, ff. vſufructuar. quemadmodum caue.ibi:*Omnẽ enim curam ſuſcepit*, & ſolum etiam mãdatum generale, cum libera , & in rem propriam ius conceſſerat,ad l.final. §. final.dẽ noui oper.nuntiatio.ibi.Sed procuratorio nomine nuntiare,declarat Garci.de expenſ.c.11,nu. 1.Atuero vſusfructuarius legalis

67 adinstar domini habetur, & magis proprietario succedit cũ nõ procuratorio, & alieno nomine, sed proprio agat, l. 1. C. de bon. mater. ibi: *Omnia potest agere, ac si perfectè dominus sit*, l. cũ oportet, §. nõ autẽ, C. de bonis; libe. ibi *plenissimam potestatẽ*. Imo ex proprietate sermonis dicũt interpretes appellatione dñi, venire vsumfructuariũ vniuersalem, tanquã dñum possessionis, & fructuũ, Aretin. in §. alienus n. 1. in stit. de hæred. instit. Socin. l. ait prætor, §. fi. de iur. iur. Iaf. l. traditionibus, n. 10. C. de pact. & alij allati per Auenda. de censibus, c. 71. nu. 1.

69 Et ex his dici solet apud interpretes, pinguiora iura fuisse apud legales vsufructuarios, quã datiuos, vt in terminis viduitatis Aragoniæ (ex qua vsusfructus à foro viduis defertur multũ similis huic nostrę) tradit Mõter. decis. Arago. 8. nu. 33. allegat Pinel. l. 1. p. 2. n. 16. & 18. de bon. mater. Mari. Frecia in tract. de sub feud. lib. 2. fol. 308. n. 8. Nil mirũ ergo si vsusfructuarius legalis sustineat omnes actiones actiuas, & passiuas, earũque exercitium sit penes similes vsufructuarios à lege cõstitutos. Testamẽtarius vero seu datus, & creatus ab homine nõ vtiq;, cũ vice procuratoris seu custodis fungatur, vnde cum huiusmodi naturæ sit vidua nostra, cũ à lege efficiatur vsufructuaria, recipiendo interpretationẽ à iure cõmuni passiuã, nil mirũ si firmemus adviduã vsufructuariã, & tenutariã, in casu nostrę cõstitutionis pertinere ex vsufructu, onera subire annua, & ex proprietate ęs alienũ soluere, cum exercicio actionum omnium actiuè & passiuè.

70 Nec solet ius. nec illius interpretes solent, in isto casu tantũ, relatã facere differẽtiã inter vsũ fructũ datũ ab homine, & datũ à lege, cũ potius secũdũ rationẽ ius vnũ in vno, alterũ vero in altero statuere, seu decidere: in annuis enim legatis lex expressa fuit in vsufructu legali, vt ad vsufructuariũ pertineret (ex vsufructu) onus soluẽdi, & subeũdi annuas pręstationes, ad l. fi. §. sin autẽ, C. de bonisq; libe. ex quo tex. 71 reuocato in dubio apud interpretes, an esset intelligẽda hæc Imperialis decisio in vsufructu testamentario, & ab homine cõstituto, cũ in legali tãtũ lex cõceperit dispositionem, firmarunt oẽs porrigendam ad vtrosq; vsufructuarios, vt per Bal. Salic. Fulgo. Cor. & oẽs in d. §. sin autem, Cras. §. legatũ, q. 36. n. 2. (& dixi sup.) & latius prosequitur Garc. de expẽ. d. c. 11. n. 6. in fi. ꝙ ita tenẽdũ esse dixerũt, ex eadẽ iuris ratione, quę reperitur in vtroq; sentiẽtes in hoc, vt si diuersa esset ratio, diuersimode responderetur, sentiendo & supponendo aperte, distinctionem esse inter vsufructuarium legalem, & datũ faciendam.

72 Ex quibus infertur declaratio quotididiana ad tex. nostrum, vt vidua nostra tenutaria & legalis, seu constitutionalis vsufructuaria, teneatur subire ex vsufructu omnes litium expensas, erogatas, & factas in litigijs omnibus, respiciẽtibus proprietatẽ solã, vsumfructũ solum, & vtrosque, cuiusque quantitatis sint, nulla facta distinctione si paruę, si magnæ, siue leues, siue grauiores sint, quod non aliter contingit, nisi quia de iure vsufructuarius legalis tenetur ad omnes

litis

litis expensas, siue tendant ad proprietatem defendendam, siue ad vsumfructum, vt est in l.1. C.de bon.mater. l.fin. §. vbi autem, in vnum, C.de bonisque liberis, Bart.in d.l.1.numer.3.vbi Bald.Angelus, Corn. & Guillel. de Cuneo, Crotus l. frater á fratre, num.123. de condi. indebit. Gome.tom.2.var.cap.15.num.7 vers.Ex quo, Pinel.l.1.p.2. num. 68.C.de bon.matern. Molin. de Hispanorum primog. libro 2. cap.27. numero 10. Garcia vbi supra numero 5. Petrus Barbos. l.diuortio, §.fin.solut. matrimonio, numer.44. versic.ul. Argumento, l.1.alios tradit Sotomaior de vsufruc.lib.1.cap.55.n.1. quod non ita esset tenendū si esset vidua vsufructuaria ab homine, quia tunc esset distinguendum inter paruas & magnas expēsas, & in factis pro tuēdo vsufructu, seu pro tuenda proprietate, vt solū paruę expensæ, vel quæ fiūt pro vsufructu, cedant dāno vsufructuarij, dati, seu hominis, reli qua vero cedant damno proprietarij, Gome. vbi supra c.15. n.7. Pinel. Molin. & alij Bal. & Angel.l.1.§.vsufructuarius, de vsufruc.. Grego. Lop.l.22. tit.31. par.3.verbo, *nō cāyga*, Garci.d.c. 11.num.5. & quamuis Guilliel. de Cuneo visus sit, & Pinel. hanc refricare distinctionem ex vno & alio visufructuario. Cæterū ab omnibus recipitur, vt concludit Sotoma.d.c.55.n. 5. quib⁹ addo Cald.(ab istis nō citatū) in l.si curatorē habēs, ver. lęsis, n.33.vers. *Quæ vera sunt*, inquit, *in patre qui habet vsumfructū à lege, secus antē dicendū videtur in alio quocūq, vsufructuario qui vsumfructum habet ex dispositione hominis, isnāq; si expēsæ litis modicę sint, illas tenetur ex propriis sūptibus facere, tex.in l.hactenus, de vsufr.* hactenus Cald.qui postea in vers.Si vero expēsę, hāc differētiā inter vtroſq; vsufructuarios, p̄ vera admissā fore per Guil. de Cun.in l. 1.§. vsusfructuarius, de vsufr. & p̄ modernos in l.Titia cū nuberet de lega.2.vbi Pic.q. 58. idē Bārbos.sup.relatus n.44, ver.tū sic dicēs. *tamē facile respōdetur regulā l.1, tantum procedere in patre qui habet vsumfructum ex dispositione legis, nō autē locum habere in eo qui habet vsumfructum ex dispositione hominis, nā is tantum tenetur ad paruas expēsas, nō autē ad magnas.* Ex quibus liquet solū Arīū Pinel.ab hac distinctione recessisse, & cū eo Molin. ex quo nullā diuersitatis viderint cōgruentē rationē, quod nō ita assererēt si examinassent doctrinā Alexā. sup.á nobis relatā pro diuersitatis ratione, sicut nobis cōtingit illā examinari, sed rectè hāc defensā reliquit Garci.de expēs.d. c.11.n.5.ad n.14. quē videas vt cō sequēter dicamus de vidua nra tenutaria, vt tāquā legalis vsufructuaria, teneatur oēs expēsas in litibus ministrare, ex fructibus sibi delatis, & redditibus, nulla facta distinctione siue paruę siue magnę sint, & siue factę sint pro tuēdo vsufructu, seu pro tuenda proprietate, cū sit legalis vsufructuaria & nō ab homine creata.

Ex his resultat mulierē nrā vidua & tenutariā plus iuris habere in vsufructu sibi à lege delato quā cæteri vsufructuarij dati, facti, & cōstituti, ab homine, q̄ satis etiā euidētius colliges, si cōsideres in iure valde cōmune, an vsufructuarius [illegible] re, an vsufructuari⁹ [illegible] re p̄prio vel [illegible] ceps inter[illegible]

raliter 12, de acquir. poſſeſsio. vbi Iaſon validiſsimis fundamẽtis fundat partem vſufructuarij, vt his naturaliter poſsideat, poſ-
77 ſitque iuuari omnibus remedijs poſſeſſoribus, ciuiliter, & naturaliter poſsidentibus communes, vt per Menoch.de adipiſcẽ. remed.2.num. 83.& recuperan. poſſeſ. remed. 1.num. 70. & remed.9.num.297.& retine. poſſ. remed.3.n.70.& poſt Iaſo.d.loco qui á num.4.ad num.11.ſolidiſsimis ratiocinationibus defẽdit Tiraquell. plures cummulando in tractat.la mort ſaiſi le viff. 3.p.declar.1. nu.4.Boer.deciſio. 28.nu.1.& Franciſc. Marc.deci. 867.num.1.par.1.& creberrimo omnium conſenſu, probatam eſſe teſtatus ſit Couar.regul.poſſeſſor.in initio relectio.2.par.nu.5 Caualcan.etiam de communi in tractat.de vſufruct.nu.5.ad finẽ, Velaſq.de iur. emphiteut. q.18. num.3.Surd. conſ.162. num.13. Ripa in rubr. de cauſa poſſeſ. & propriet.num.21. Sforci. Oddo conſ.82.num.19.lib.1. & alij cũmulati per Sotomaior de vſufr. cap.6.á num.28. cum ſeqq. Cardin.Mantica deciſ.Rotę 167.nu.
78 6. Adeo quod exiſtente vſufructuario, hęres non poſsit immitti in naturalẽ poſſeſsionẽ, ſed ciuilẽ tantũ,Beroius con.60.nu. 8. Macerat.var.reſolu.libr.2.reſol. 29.nu.1.

Dixi cõtrouerſum fore, quia tametſi relati teneãt pro poſſeſſione vſufructuarij,cæterũ theorici, & ſpeculatiui, ſeu ſcholaſtici excellentiores, firmarunt vſu
[illegible]narium nullam naturalem
[illegible]ſed detentionẽ, quã
[illegible]etſi poſſeſsionẽ ali
[illegible]proprio, ſed
[illegible]illã habere

quã pro cõmuni defendit Theophil. in §.idẽ placet,inſti.p quas perſo.nob.acquir.Guillel.de Cuneo in l.licet.C.de acqui.poſſeſ. Cuma.Bal.& Aretin. in d.l.naturaliter,quos examinauit Couar. & Velaſq.vbi ſupra, Zaſ.l.1 §. q ait prætor,ff.quor.legator.ingenioſe Cuiac.in recitatio ſolemnibus.ad l.naturaliter,in princi. Hotoma.lib.9.obſerua.c.1. Conna.commenta.iur.ciuil. libr.3.c.
80 10.de poſſeſ. naturali, & ciuili. Hanc igitur altercationẽ facit conſtitutio noſtra ceſſare cum poſſeſsionem veram,ciuilem,& naturalẽ in mulierẽ viduam vſufructuariã transferat,& cõcedat, ex quo plus iuris in ea eritcõſideratũ quã in cæteris vſusfructuarijs vniuerſalibus, habẽtibus ab homine vſumfructũ formalẽ.Diuerſũ ab hoc viduali, qui potius cauſalis quãformalis dici poterit (vt infra ad aliũ caſũ enodatur) cũ nõ incongruè ita æſtimabitur
81 poſtquã cõſtitutio noſtra poſſeſsionẽ bonorum traſtulerit in viduã,cuius occaſione dicamus vſumfructũ cauſari,ab ipſa bonorũ poſſeſsione; vt ex his cõquieſcãt varię diſceptationes,quæ de vſufructuario omniũ bonorũ apud interpretes ſuſcitari ſolẽt,& cõtrouerti, quę nõ ita DD. dubios facerẽ, ſi in vſufructuario dato concurrerent omnia quæ in noſtra vſufructuariâ vidua cõcurrunt, de tranſlata poſſeſsione, dominij acquiſitione, & legali conſtitutione, vt videre licet ex ſequentibus.

Primo enim licet apud interpretes aliquantulum controuertatur an vſusfructuarius vniuerſalis bonorũ ab homine datus, in quibus ineſt ius patronatus laicale,poſsit vacante beneficio
82

præ-

præsentare tanquam ista præsentatio sit, vt fructus beneficij, seu iuris patronatus æstimanda, vt per Innocē.Anto.de Butr. Abb. & alij in cap. consultationibus de iur.patrona.glos.fin.vbi interpretes in cap. cum Bertoldus de re iudic.Rota in nouis sub titul. de iur.patro.decis. 10. Menochi. cons. 123.nu.1.Gracian. discep. 577.num.6.& sub nomine fructuum industrialium comprehendi dicunt Pau.de Citadin.in tracta.de iur.patrona.par.6.art.3.q. 28. Cassane. in consuetu. Burg. rub.4.§.6.glos. *sur la moitie*, num. 3.Gutier.de tutel. 3.par. cap.20. num.2.Baeça de decima tutor.c. 23.num. 16. Imo præsentationē ipsam fructum possessionis præsentandi fuisse cap. consultationibus de iur.patron. Rota in nouis tit.de iur.patron.decis.7.nu. 1.Ioan.Sahagun in cap. quanto de iudic.num.18. An vero pertineat ad hęredē vniuersalem, proprietariū cuius dicunt esse fructus, qui non possunt deseruire pro alimentis nec sunt proportionabiles ad lucrum,& non vsufructuarij, vt sunt fructus iuris patronatus in præsentatione, qui non possunt deseruire pro sustentando vsufructuario, vt dicebat Paul.de Monte Pico in l. Ticia.§.Ticia cum nuberet, nu. 106.ver.nec obstat de lega. 2. vt exinde ad dominum solū pertineat ius præsentandi,& nō ad vsufructuarium, cum vsusfructus non dicat dominium ad l.recte dicimus 25.de verbor.significa.vt ex hoc etiam textu dicere soleāt interpretes vsumfructum nec partem quotitatiuam dici, nec esse de bonis, nec extra bona authen.hoc locum, C.si secun.nup.mulier. Frāciſ. Marcus decis.302.Cabelli.Millelo. 502. Magon.decis.Floręn.204.& quāuis pro domino aliquando haberi solet, non dicitur verus dominus, sed detentor, vel possessor nomine proprietarij, & illius procurator, vt dicemus infra.

87 Dicimus controuersum apud interpretes fore ex ista ratione an vsusfructuarius ab homine datus possit ad beneficia præsētare, vt per Innocen.in cap.fina.de cōcess.præben.num.1.Anto.de Butrio num.4.Panor.nu.9. Bellon. cons.6.nu.18. Annan. sing. 593. quia dicunt, fructus iuris patronatus similes non esse proportionabiles ad sustentationem vsufructuarij

88 Inferentes etiam ius præsentandi ad beneficia iuris patronatus dotalis, constante matrimonio, nullatenus pertinere ad maritum etiam si iste lucretur fructus rerum dotalium ex cap. salubriter de vsur. l. pro oneribus 30. C.de iur.dot.l.si is qui, §.ibi dos de iur.dotium cum similibus, cum tantum lucri facere debeat illorum fructuum, qui deseruire possunt ad finem introductionis lucri, nempe ad onera matrimonij supportanda, sed pertinere præsentationes ad mulieres ipsas, ex quo fructus iuris patronatus, nō sunt proportionabiles ad onera matrimonij reficienda, & sic præsētatū ab vxore præferendum, præsentato a marito, si ius patronatus sit in bonis mulieris in dotem datis; sic diffinitum tradit Rota sub nouis titu.de iur.patro.dec. 10.alias 422.quam rogo, vt examines ne decipiaris, prout noster Fontanell.qui sub clausu. 6. glos.1.par.3.in prin.nume. 3.ea

83 84 85 86

non

non examinata dixerat tacere pro marito cum potius ab omnibus pro vxore expendatur, vt videbis infra sequendo Butrium in cap.fin.num.12.vbi Panorm. nume.8.de concess.præben.Iaſ.l. diuortio.§.ſi vir.nu.7.ſolut.matrimo.Felin.in cap. cum olim n. 2.de maior.& obedię. Bened.in cap. Rainuntius verbo cætera bona nu.27.de teſta. cōmuniter approbatam deciſionem Rotæ tradit Peregr.conſ.33.num. 27. 89 li.1. hoc ita ſi contrarium non dicat conſuetudo alios tradit Nicola.Garci.de benefi.5.par.cap. 9.nu.178.Gratian.diſcepta.521. nume.21.latè Pauinus in tracta. de capitul.ſed vac.quæſt. 2. nu. 2.poſtCorraſ.in paraphraſi ſacerdo.par.4.quæſt.6.num.16.Card. Mantic.deciſ.140.num.11.verſ. prętereà ſi collectoris opinio.

Hæc autem ratio, vt fructus iuris patronatus conſiſtentes in præſentationibus, non ſint proportionabiles ad lucrum,ad cuius finem vſusfructus conſtituitur, 90 facit etiam, vt ius præſentandi,non ſit in creditori pignoraticio,ſeu hypothecario, cui bona fuerunt tradita, (in quibus inerat ius præſentandi) pro ſuo credito,etiam ſi facultas percipiendi fructus, ex conuentione conceſſa fuerit, vt eſt expreſſe deciſum ſub decretali illa cum Bertoldus de re iudica. vbi glo. fina.

Hæc autem controuerſia ex ſupradicta inſtantia ſuſcitata, ad caſum noſtræ conſtitutionis, & ad noſtram viduam vſufructuariam vniuerſalem & legalem, adaptari non poteſt, nec ad vllū alium vniuerſalem vſufructuarium,in quo dominium conſiderari poſsit, cum ex defectu dominij in vſufructuario, & marito,conſiderarunt interpretes ſupra relati ad ſimiles vſufructuarios ius patronatus non tranſire. De noſtra enim conſtitutione nō eſt dubitandum dominia rerum,& bonorum mariti in viduam transferri, per medium poſſeſsionis,bonorum,translucę cum dominia rerum traditionibus,& vſucapionibus,& non nudis pactis transferantur ad l.traditionibus,C. de pactis,& cum ſit vſufructuaria omnium bonorum cum rei traditione, fiet certum,æquipollere hęredi vniuerſali ad l.fin.de vſufr.lega. Guido Papa deciſ.340.Riccius in praxi iuris patrona.nu. 143. Hinc credo factum eſſe,iuris ratione fundari pragmaticos noſtri prouinciales loquentes de hac noſtra vidua vſufructuaria, & tenutaria,vt in ea, & penes eam, ſit exercitium omnium actionum, illaſque quaſi poſsidere dicatur & vice hæredis in omnibus, & per omnia fungatur Socar.in c. defuncto,num.39.Peguer.ad cōſtitu.ne ſuper laudimio,in verſ. *entenent empero*,nume.11. Mier. hic num.69.& antea, nume.42. Cancer.lib.3.var.cap.17.nume. 404.Oliban.de action.ad §.fuerat nume.9.1.part. cum vt ſupra dicebamus ex Pinel. & Monter. pinguiora iura fuiſſe in legali vſufructuario,quam datiuo,vt in 91 de cum vice hęredis fungatur, dominiumquè acquiſierit per traditionem, nulli dubium eſſe poterit,quod ex his, & alijs ſupra cummulatis præſentare poterit ad beneficia,quæ inerāt in bonis mariti defuncti,prout præſentare poſſe aſſerat Mier. hic num.171 Celſus Hugo ad caſum noſtræ conſtitutionis,conſ. 13.

92

93

94

num.

nu.1. aliqua Deſpujol ad Mier. num.131. & ferè ſub eiſdem ter-
95 minis ad caſum viduitatis Aragonenſium obſeruatur in illo Regno, vt per Portol.ad Molinū obſer.59. part.4. fol. mihi 916. Quod fieri ſic dices ex quo conſtitutio noſtra, omnes fructus bonorum mariti transfert in viduam poſt annum luctus indiſtinctè, ſub vniuerſalitate de *tots los bens*, ſub verbo *omniū*, quod nihil excludit, & cum fructus iuris patronatus conſiſtant in præſentationibus (vt dicebamus) nil mirum ſi ad viduam tranſeat cū vniuerſitate bonorum, & dominio illorum iuxta tex. in cap. ex literis de iur. patro.

Nec eſt ſufficiens euaſio dicere, quod ſimiles fructus iuris
96 patronatus non ſint proportionabiles ad reſarciendam viduā in damnis paſsis, ob non reſtitutam dotem, vt voluit Picus in d.l.Ticia,§. Ticia cum nuberet, num.106. & alij ſupra allati nam præter quod dictio vniuerſalis
97 *omnis* textus noſtri, excludat, & de iure ſub hoc vſufructu cadūt omnia, quæ ſub proprietatibus reſultare poſſunt ad l. vſufructū bonorum, vbi Alex. ad l. falcid. l. vxori meę, ibi: *omnium pertinere*, de vſufr. lega. Tum etiam ſi vſus
98 fructus ſolum, & ad finem alimentandi vſufructuarium concederentur, verum aliquantulū fieret, fructus proportionobiles ad alimentandum ſub legato vſusfructus venire, & tunc legatum vſusfructus, ſeu quęlibet alia diſpoſitio, reſtringeretur ad vſum tantum, & non ad vſumfructum, & quanta ſit differentia, inter diſpoſitionem pro vſu, & pro vſufructu, colligere manifeſtè poteris, ex l.1. & tot. titu. de vſufru. iuxta l.1. & toto titu. de vſu & habitatio, diuerſi enim in iure ſunt tituli, de vſufructu, & de vſu, & de vſufructu legato, & de alimentis legatis, vt ſic mulier vidua tenutaria, quoſcunq; fructus, qui ſub nomine fructus comprehendi poſſunt, conſequi dicamus ex noſtro textu. Et cōſequēter fructus iuris patronatus quos diximus conſiſtere in præſentationibus beneficij vacā tis.

99 Quod autem firmatius cum noſtris pragmaticis, vt vidua ad ius patronatus mariti præſentare poſsit, ita intelligo ſi vacatio beneficij ſuccedat poſt annum luctus, nam cum ex tunc fructus faciat ſuos, & præſentatio ſit fructus beneficij (vt dicebamus) erit certum præſentationem ad eam pertinere, non ita ſi beneficia vacaſſent in anno luctus, in quo ſolum vidua habet alimenta, & poſſeſsionem, tunc enim intrabit ſupra enarrata traditio, vt cum fructus non ſint proportionabiles ad alimenta, vt ſunt fructus iuris patronatus, cedere non debent ad vtilitatem vſufructuarij, nec viduæ, etiam ſi habuerit poſſeſsionem bonorū mariti, nam cum ratione hypothecę illa habere dicantur in anno luctus, & conſequentur iure
100 creditício intrabit regula ſupra tradita cap. cum Bertoldus, de re iudicata, qua docetur ad creditorem hypothecariū, & pignoraticium non pertinere ius
101 præſentandi, & tanto minus ſi vacaſſent beneficia in vita mariti, & pendente quadrimeſtre, ad præſentandum maritus decedat; quo caſu ad illius hæredes pertinere, & non ad viduā ſicut in primo caſu erit dicendum.

Ad-

Aduertendo etiam iudices Eccleſiaſticos, vt non ita inſtituant in beneficij pręſentatos
102 ab iſtis noſtris viduis tenutarijs, & vſufructuarijs, etiam ſi conſtitutio noſtra ipſo iure transferat poſſeſsionem in illis, continuatiue in poſſeſsione defuncti. Niſi realiter, & verè docuerint de iure patronatus, iuxta formam Concilij Triden. ſub decreto de reform. Seſ. 25. cap. 9. etiam ſi paratę ſint docere de quaſi poſſeſſione pręſentãdi in perſona mariti defũcti, hęc enim quaſi poſſeſsio, vt ſuffragari poſsit, debet eſſe in eadem perſona, & licet ſtatutũ continuet poſſeſsionem
103 defuncti in hęredem, & ſi enim quaſi poſſeſsio pręſentandi tribuat ius in eadem perſona, quæ ius acquiſiuit pręſentandi, non tamen hęc continuatio poteſt ſuffragari, quia decretum Concilij procedit tã in petitorio, quã in poſſeſſorio ſic Rota cenſuit apud Coccinum deciſ. 463. in vna Terdonen. iuris patronatus 6. Aprilis 1609. aliqua Seraphin. deciſ. 1395. num. 4. & ſępius concludit Rota ſtatuta de continuãda poſſeſsione non trahi ad quaſi poſſeſsionem iuris patronatus, vt in recentiſsi. quas tribuimus Farinac. 260. numero 4. part. 2.

Et ſicut de noſtra vidua dicimus, ius pręſentandi ad iura patronatus maritorum ſuorum iure tenutę ad eas pertinere, quia
104 ſunt quaſi dominę, & habent bonorum poſſeſsionem, & conſequenter ius pręſentandi, ad beneficia ex quo vniuerſitas bonorum in qua inerat ius pręſentandi, ad eam fuerit translata dicendum erit de quolibet vſu-
105 fructuario vniuerſali, ſiue ab homine habeat vſumfructum, ſiue á lege cum is quaſi dominus apud omnes dicatur cũ iure proprio verè, & naturaliter poſsideant ad l. 4. de vſufru. l. 1. §. itẽ Iuliano de remiſsion. dicendum erit vniuerſalem bonorum vſufructuarium præſentare poſſe,
106 vt docent Lãber. de iur. patron. qui poſt longam diſputationem tandem pro vſufructuario vniverſali concludit, lib. 1. part. 2. q. 10. art. 3. num. 22. vbi refert Corſetum Rotæ Auditorem Caſan. in conſuetu. Burg. rub. 4. §. 6. verbo, *Sur la moitie des heritaies*, n. 3. in fin. *ibi quando autem eſſet vſufructuaria*, & idem videtur eſſe de mente Iaſo. l. diuortio §. ſi vir ſolut. matrimo. Rochus de Curt. in tracta. iuris patron. verbo ipſe, vel is á quo quæſt. 28. in fin. num. 64. Petr. Barboſ. l. dinortio. 8. §. ſi vir ſolu. matrim. nume. 56. & 59. Gutier. de tutel. 3. par. cap. 29. num. 6. Molin. de Hiſpa. primoge. lib. 1. num. 4. Garci. de benefic. 5. part. cap. 9. numer. 21. Sotomaior, qui alios ſcitat de vſufru. cap. 36. nume. 35. Riccius deciſ. 23. par. 1. Rota apud Manticam deciſ. 140. quam allegat Garcia. vbi ſupra, & Riccius in pract. iur. patrona. nume. 143. & apud Seraphin. deciſ. 222. nume. 3. ex quo enim dicimus vſufructuarium quaſi hæredem eſſe, &
107 æquipollere hæredi vniuerſali, & conſequenter quaſi dominũ, vt optimè pluribus adductis declarat Caſtill. Sotomaior de vſufruc. cap. 20. & cap. 33. melius omnibus á nullo iſtorum relatus Seraphi. deciſ. Rotali 1365. num. 10. & 25. quem videas fundatum in traditione Cuiacij ad quæſtiones Papineaneas l. 33. tit. de vſufruc. §. ſi vſumfructum

lib.17.& l.25.libr.18.ff. quando dies legat.cedat, vt aduertant
108 Senatores in Rota Romana nõ remittere,informantes fundantes in obſeruationibus Cuiacij ad Scholas,& ſpeculationes, ſicut nobis aliquando contingit dum adduceramus ſub informationibus inſigniora fundamenta in quibuſdam traditionibus Cuiacij reſponſum fuiſſe, vt eas ſeruarem ad Scholas,& ad vſum ſpeculatiuum, pro quo tantum Cuiacius, cum Antonio Fabro deſeruire poſsit, indebitũ æquidem tanto authori,de quo debuiſſent, & plus in vſu practico facere,cuius dexteritate,notum eſt,vniuerſam ferè iuris prudentiam informari poſſe,& inſignio ra loca illius enodata ſuis lucubrationibus remanſiſſe, vt inde ſicut bona omnia tranſire conſtat, quantum ad poſſeſsionem naturalem,& veram in vſufructuarium vniuerſalem, tranſierit etiam cum vniuerſitate bonorũ ius præſentandi,per quam tranſlationem dominium tranſire dicendũ ſit iuxta l. traditionibus, C.de pactis tanquam fructus ex generalitate l.vſufructu lega.7. de vſufructu iuxta iura decretalium in cap.ex literis,& cap.cũ ſæculum de iur.patro.

Et demum ex his fiat regula
109 generalis,vt ius præſentandi ſit in omnibus illis,qui habent dominium,ſeu quaſi, bonorum in quibus ineſt ius patronatus, & ſic interpretes omnes,pragmatici,& Senatores, quoties agunt de ſupradicta diſceptatione, apud omnes diſcuſa,& controuerſa, ad quem ex coniugibus pertineat ius præſentandi in beneficijs dotalibus in primis terminandam eſſe ſuponunt,aliam

110 quæſtionem multo plus controuerſam, penes quem ſit dominium rei dotalis,an penes maritum,an penes vxorem,ſic video ex neotericis raciotinari Ioannem Sahagun in repetitione c. quanto de iudic.nu.25. vbi poſt quam ad vtrãque partem diſcuſſerit cui ex coniugibus pertineat ius præſentandi ait ſub nu. 25. *Quo circa certum eſt difficultatem cõſiſtere in illa diſputatione an dotis dominium ſit penes vxorem,vel marinũ*, & huius exẽpli ductus Nicolaus Garci. ſub ſuo tracta.de benefic.5.par.cap. 9.n. 148.poſtquam tractatum introduxerat huius quæſtionis,an ad mulierem dominam dotis,an ad maritum ius præſentandi ſpectet,ait ſub his verbis. *Hæc quæſtio ab illa pendet apud quem ſit dominium rei dotalis,an ad maritũ, an vero ad vxorem*,& ita fit apud eundem Gartiam,vt ante quam deueniat ad tractatum quæſtionis principalis, cuius nempè ſit ius preſentandi, an mariti,an vxoris ex num.149. ad num.176. ſumpſit perfunctorię tractatum penes quem ſit dominium rei dotalis,an penes virum, an penes vxorem,vt exinde fiat verũ ad diſcernẽdũ cui competat ius præſentandi,inſpicienduin eſſe an dominium bonorum in quibus ineſt ius patronatus ſit penes præſentare volẽtem, vt tũc inſtituenda ſit illius præſentatio.Et quamuis noſter Fontanel, ſub clauſ.6.gloſ.1.part.3.numer. 4.ab hac ratione voluerit diſcedere non video aliquid ab eo
111 allegatum,quod releuet,hãc domnij cõſiderationẽ,quæ reſultat ex decretali ex literis vbi Pontifex ex translatione vniuerſitatis bonorum cum dominio,

ius patronatus transire permiſ-
ſerit ſub illis verbis decretalis,
ibi: *prædictam villã fuerit ad firmam conceſſa.* Igitur cum vniuer
ſitate bonorum, & dominio illo
rum permittitur translatio iu-
ris patronatus. Quid eſt ergo,
quod voluerit Fontanella am-
112 plius raciotinare?

Vnde poſtquã iam facta fuit communis ſententia, & in omni bus ferè tribunalibus recepta, vt dominiũ rerum dotalium ſit penes maritum iuxta, gloſ. capitalem l. in rebus ver. naturali, C. de iur. dot. vbi Bar. num. 3. Bald. num. 6. Salic. num. 5. Pinel. l. 1. 3. par. C. de bon. mater. nume. 12. Marc. Anto. Quæſa. diuerſa. qq. cap. 14. num. 18. Palac. Rub. in c. per veſtras de dona. int. vir. §. 43. nu. 2. Aloiſius Leo in l. doce ancillam, C. de rei vindic. Anton. Faber. de eror. deſcas. 10. error. 2. & 6. & decas. 16. error. 2. Petr. Barboſ. l. dotalem ſolut. matrim. num. 1. cum ſeqq. Caſtill. Sotomaior li. 1. de vſufr. cap. 4. num. 18. Ioannes Sahagun vbi ſupra, num. 18. & 25. vbi bene fundat Anto. Pichar. qui omnia cummu lat iura fundantia in princi. inſtitu. quib. alien. licet, nume. 10. Garci. de beneficijs vbi ſupra n. 176. vbi plures refert, & de Sena tus Sebuſiani obſeruantia teſta
113 tur Anto. Faber in ſuo C. ſub ti tul. de non numera. pecu. diffin. 6. vbi ſub nume. 8. concordando iura interſe diſcrepantia ait, vt iura, quæ diſponunt, vt dominiũ ſit penes mulierem intelligantur de dominio quiritiario, illa vero iura quę dant dominiũ maritis intelligantur de dominio bonitario, vt ſic conſtante matrimonio maritus ſit dominus bonitarius, mulier vero domina quiritiaria, fundando iſtam diſtinctionem in l. quamuis 78. de iur. dot. aſſerens etiam in concurſu dominum bonitariũ, præferendum domino quiritiario, & tandem pro dominio mariti eſt deciſio Valentina apud nobilem Franciſ. Hieron. de Leon Supremi Conſilij Aragonũ digniſsimũ Senatorẽ 39. num. 21. & diximus latius ſub 1. t. decla. 5. num. latè Gacian. diſcept. c. 985. nu. 3. cum ſeqq.

114 Inde etiam & alia correſpectiua, & ab ea deriuatiua, ſeu dependens, facta fuit & alia communior, & contra illam Rotæ traditionem habitam ſub deciſ. 10. in nouis, quam Fontanel. pro muliere eſſe dixerat ea non diſcuſa loco ſupra citato, vt ius præſentandi in beneficijs dotalibus pertineat ad maritum, cuius præſentatio debeat præferri factę ab vxore tanquam ex fructu rerum dotalium procedens, & ad maritũ ſpectãs, Rochus de Curt. de iur. patrona. verbo vel ipſe q. 28. Palac. Rub. in allegato, §. 43. cap. per veſtras, num. 1. & nume. 9. Roma. l. fin. num. 50. ſolut. matrimo. Anto. de Butr. in cap. fina. de conceſ. præben. Præpo. in d. cap. per veſtras, Rebuf. de domina. q. 17. nume. 56. Gracian. reg. 26. Spin. in Specu. teſtam. glo. 3. num. 112. Gutier. de tutel. 3. par. cap. 29. num. 3. vbi alij Baeça de non meliora. rat. dot. filia c. 26. nu. 1. & de decim. tuto. cap. 23. num. 18. 30. & 33. Caſtillo Sotomaior de vſufr. cap. 36. num. 36. Petr. Barboſ. in d. l. diuortio. §. ſi vir. num. 55. in fin. cum duobus ſeqq. ſolu. matr. poſt Fontanell. loco ſupra citato, Ioannes Sahagun vbi ſupra ad partes, nu. 12. ad nume. 25. Sarmiẽto Selecta,

lib.3.cap.10.in fin.Parlador.differen.iur.cap.120.num.22.Riccius in prac.iur.patrona.decis. 223.Mantic.de tacit. & Ambig. lib.2.tit.30.nume.20.& melius sub allegata decis.Rotæ 140.vbi sub num.10.respondet ad decisionem 10.diuerso.in nouis sub tit.de iure patrona.á quo sumpsit Garci.de benefi.d.5.par.cap. 9.num.181.& 183.vt nempè verba illa finalia decisionis Rotæ vbi habetur.*Crederem præsentatum ab vxore*, non sint decisionis, sed recopilatoris, decisio namque ibi solum fuit habita pro validitate consuetudinis immemorabilis concedentis ius maritis in præsentationibus faciendis,super patronatibus vxorum, & postea subdit compilator,quod si deficeret consuetudo tunc,*crederem ad vxorem pertinere*,hæc verba ad censum cõpilatoris sunt referenda,cũ verbum illud singularis numeri,*crederẽ*,sit ad Rotales iudices inadaptabile,& sic non iudicio Rotæ, sed compilatoris ait eadem Rota sub Cardinali Manti. 140. fuisse sic dictum,in allegata decisione 10. cui derogatum est per dictam Manticę decisionem.

115

Et confirmatur hęc sententia per obseruantiam alterius casus in quo deficiente dominio,non permittitur præsentatio ad beneficia iuris patronatus illorum bonorum,in quibus administratio alicui concessa fuisset, vt in tutore,& curatore,qui licet administrationem bonorum pupilli, & minoris habeat, nullo modo,ad beneficia præsentare poterit,sed pupillus in quo residet bonorum dominiũ. Rochus de Curt.in tracta.iur.patro.verbo competens q.4.num. 13.Pauin.in tracta.de potesta.cap.sed. vaca.par.2.q.5.num.5. & est cõmunis sententia pro qua allegant text. in can. decernimus 16.quæst.7.Nicola.Delnin.de iure prtrona.lib.2.q.10.nume.18. & antea glos.in cap.ex eo de electio.in 6.Ioan Sahagum in d.c. quanto num.12.de iudic. & melius num.22.vbi ideo præferendam præsentationem á pupillo factam,quia tutor nec dominiũ vllum, nec possessionem bonorum aliquam habet à quo sumpsisse inuenio Garci.de benefi.p. 5.cap.9.num.186.& 189.& fusse Gutier.de tutel.3.par.cap. 29.n. 2.cum seqq.si igitur habentibus dominium saltem vtile bonorũ & eorũ possessoribus datur ius pręsentandi ad beneficia iuris patronatus illorum,& vidua nostra sit huiusmodi naturæ,& sint eiusdem omnes vsufructuarij, ab homine dati vniuersales; fiet certum,ad similes dandam facultatem pręsentandi, ad beneficia vacantia.

116

Et sicut pręsentationem beneficij patronalis factam ab alio quam á vidua vsufructuaria, dicimus nullam,cum fructus iuris patronatus in præsentando consistens, non minus ad eam pertineat, quam ceteri fructus. Eodem modo dicemus permutationem consimilis beneficij, sine consensu eiusdem viduæ factam,anullandam esse, licet non sit ipso iure nulla,cum eam dicamus patronam beneficij,durante tenuta, absque cuius consẽsu solent de iure similes permutationes annullari,vt est in cõmuni canonistarum sententia, vt per Rochum de Curt.de iure patro. verbo honorificum q.3.

117

Felin.in cap.cum Bertoldus nu. 15.de re iudic.Couar. in practi. cap.36.num.9.Rebuf. in prac.3. par.ſignaturę,nu.40. & 41.Maſcard.de proba.concluſ.178. nu. 3.& 12. Spin.in Specul. teſtam. gloſ.4.nume.301.Flamin. Pariſ. qui ait pluries in Rota deciſum, de reſigna.lib.2.q.4.nu.18. Rot. in nouis deciſ.5.de rer. permut. & apud Egid.Bellame.deciſ.87. & 179.& nuper in vna Gerund. beneficij 5.Iulij 1593. coram Lita quam tranſcripſit,& pluribus alijs adductis exornauit Nicol. Garci.de benefic.par. 11. cap.3. num.19.& cap.4.num.72.& iterum apud Seraphin. deciſ. 25. Gracian.foren.cap.835. num.2. & 3.Licet multi teneant non annullandam ſimilem permutationem, ſed ipſo iure nullam effici quos cummulat Ceuallos commun.contra communes q. 282. num.14.quæ reprehendit Garc. vbi ſupra num.20. ex quo confunderat terminos reſignationis,& permutationis Couar.vbi ſupra num.9.Sed indebite reprehenditur Ceuallos, quia licet permutatio diuerſum nomen habeat,in ventre tamen trahit reſignationem, ad fauorem permutantium, ita vt permutatio nihil aliud ſit, quam reciproca reſignatio facta ad inuicem inter reſignantes, Gonçal.ad reg. 8.Cancella.gloſ.14.num.39.Flamin.de reſignatio.lib.1.q.5.n. 19.Stepha.Gracian.forē. diſcep. cap.835.num.7. vbi dicit omnē diſpoſitionem loquentem de reſignatione, intelligendam de illa,quæ fit ex cauſa permutationis allegat Rot.deciſ. 16.nume. 3.cum ſeqq. de rer. permuta.in antiq.

118

119

12

Quod adeo verum eſt, quod ſi de facto ſcienter permutatio ſubſequatur, ſine conſenſu patroni, & ab ordinario inſtituatur non poterit, reſignans beneficium patronale,reddire ad illum,ſed tanquam vacans poterit patronus illum præſentare, vt ex Sarnenſi de infirmo reſignante,queſt.17.col.4. in principio poſt Panorm.in cap. ſignificatum de præben.tenet, Garci. de benef.par.11.cap.3.num.29. Rota in illa Gerunden. permutationis 5. Iunij 1593.ralata per eundem Garci.nu. 19. Cauedo. in tracta.de patronatibus Regię Coronæ cap.10.num.2. Riccius deciſ.207.lib.1.Seraphin. deciſ. 25.& in alia Salmantina penſionis 13.Iunij 1586.cum alijs latè adductis per Gracian.foren cap. 835.num.2.& 3.

121

122

123

Iſte autem conſenſus permutationi præſentandus debet eſſe expreſſus,vel ſaltem tacitus, cū acquieſcentia,& tolleratia patroni,vel viduæ noſtræ, per quadrimeſtre computandum à die ſcientię permutationis intra ꝙ debuerat præſentare aliàs enim ſi vidua noſtra vſufructuaria, ſeu quilibet alius patronus laicus contradiceret permutationi,ſeu denegauerit conſenſum, nullatenus valere permutationem tenebis,licet vſque aduch pro conſtanti fuerit habitum,ſolam patroni requiſitionem, & notificationē ſufficere, petitūq; ſolum conſenſum licet non obtentum patroni ſatis eſſe, & ſic communē vſum obtinuiſſe credo hoc habuiſſe principium á quadam traditione Rebuffi ſub ſua praxi beneficio. tit. de permutatione,num.22.vbi dixerat hodie de vſu communi ſufficere ſolā patroni interpellationē

ad præſtandum conſenſum quẽ ſequitur Leius de iuſtit. & iur. cap. 34. numero 198. quas allegat Nicola. Garci. d. 11. part. de benefic. cap. 3. numero. 26. ſubdens numer. 27. ſuffragari huic Rebuf. aſſertioni quamdam declarationem ſacræ congregationis Illuſtriſsimorum Cardin. Cõcil. Trident. habitam ſuper cap.
144 nono. ſeſsio. 25. ſub decret. de reform. qua ſub expreſsis verbis ſic diſponitur. *In permutatione beneficij iuris patronatus non requiritur conſenſus patroni, ſed ſatis erit illum tantum requirere.* Ex hac igitur declaratione fundata in Rebuf. atteſtatione, quã allegat ſacra cõgragatio ſumpta die 28. Marcij 1597. Exiſtimaui in ore omnium receptum fuiſſe, ſufficere patronum requiſitum licet contradixerit.

125 Sed tamen, quia relata declaratio ita fuerit intellecta, recepta, & amiſſa, ſi permutatio fieret vrgentiſsima cauſa aſsiſtente, & neceſsitate Eccleſiæ poſtulante. Veluti ſi beneficiarius ob decrepitudinẽ, infirmitatem, ſeu alio impedimento iuris, vel facti ſuperueniente, non potuiſſet Eccleſiæ inſeruire, tunc reluctante & contradicente patrono, cenſuit Congregatio permutationem admittendã. Quia quæ cõmuniter vtilia ſunt priuatis præponderanda, ſic pro declaratione, & Rebuffi ſententia intelligenda, ſcripſerunt Cauedo dict. cap. 11. de patronatu Regie Coronę numero 1. Garci. d. cap. 3. n. 28.

126 Vbi vero nulla eſt neceſsitas permutandi reſpectu Eccleſiæ, nec ſubeſt cauſa legitima vtilitatis euidentiſsimæ illius, nullatenus permittendam reſignationem, reluctante & cõtradicente patrono, firmiter tenendum eſt, imo ſi petito conſenſu, & non præſtito, ſed denegato, á noſtra vidua vſufructuaria, ſeu á quolibet alio patrono; collatio fieret ab ordinario, iſque inſtituerit, permutantes, & patronus laicus, in quadrimeſtri præſentauerit, hãc præſentationem admittendam eſſe, & præſentatum ad beneficium tãquam vacans, ob non præſtitum conſenſum, de iure fit indubitatum, ſaltem poſtquam Rota nuper de anno præſenti 1628. In hanc venerit ſententiam in vna Gerunden. beneficij. Vbi fuit dictum, præſentatum à patrono laico in beneficio patronali vacante, per nullam permutationem contradicente patrono factam, præferendum eſſe illi, quem ordinarius inſtituerit in beneficio vigore dictæ præſentationis. Et quia deciſio fuerit ſumpta ſuper beneficio huius Principatus, & ita de recenti, & contra communem exiſtimationẽ pragmaticorum, & ſtylo Curiarum libuit deciſionem tranſcribere, quæ fuit nobis tranſmiſſa ex Vrbe, cuius ſeries, & contextura ſic concipitur.

(ſ)

GERVNDEN. BENEFICII
12. Februarij, 1628. R. P. D. PIROVANO.

IOannes possidens beneficiũ simplex, & de iure patronatus illorum de Agullanes in Ecclesia sancti Felicis Gerunden. volens permutare illud cum alio beneficio, petijt assensum domnæ Eleorę patronæ. Ea vero recusante, obtinuit à Vicario generali Gerunden. non obstãte discensu, admitti ad dictam permutationem, cuius vigore prætendens domna Eleonora beneficium vacasse, præsentauit Ignatium Cudina, exinde tam nomine domnę Eleonoræ, quam Ignatij causa per appellationem ad Rotam delata quæsitum fuit. An eidem Ignatio præsentato per domnam Eleonoram sit adiudicandum huiusmodi beneficium, quod affirmatiue per dominos fuit resolutum.

Quia domna Eleonora probat patronatum, & pertinentiam, & vacationem; Ignatius vero validam praesentationem, & habilitatem, quibus concurrentibus beneficij adiudicatio, & institutio eidem Ignacio denegari non potest, can. monasterium 16. quaestio. 7. cap. cum Bertoldus, vbi Abbas numero 12. de re iudic. Rota decision. 337. numero 1. part. 2 in recentissimis idem fuit dictum in Burgẽ sancti sepulchri, beneficij 4. Iulij 1625. coram Melino, & in alia Barchinonen. beneficij 4. presentis mensis coram me.

De patronatu sufficienter visum fuit constare ex instrumento fundationis, quod datur in quo Ioannes de Agullana de anno 1570. fundauit beneficium de quo agitur, cum sua dote, & consensu Ordinarij, reseruato sibi, & hæredibus suis patronatu, qui modus probandi supperat alios, tanquam directe, & in sua substantia fundatus, Lambertinus de iure patronatus, libro primo, parte prima, quaestione secunda, articulo primo, & sequentibus, vsque in finem, gloss. in capite piæmentis, decimasexta quaestione septima, Craueta consilio 68. in principio, Rota decisione 615. numero secundo, parte prima, in recentissimis, & latissime comprobat Gonçalez ad regulam octauam Cancellarię, glos. decimaoctaua, numero 32. De cuius effectuatione non etiam dubitatur quia dantur praesentationes subsequutae, & effectuatae de anno 1572. & 1579. & cum enunciatiuis huius patronatus, & præsentatione per obitum antea præsentati, quae sufficiunt ad probandam effectuationem, iuxta consilium Oldrad. 229. sæpe per Rotam receptum, & idem fuit firmatum in decisione 224. numer. 7. & 8. p. 1. in recentis. & decis. 452. nu. 1. coram Papa Gregor. XV.

Similiter & pertinẽtia bene probatur, probata descẽdẽtia à Iuoãne fundatore, cũ titulo haereditario, quod sufficit, vt dictũ fuit in Regen. prioratus, & Firmana iuris patronatus, quae referũtur sub deci. 146. n. 2. p. 2. recentis. quã D. Eleonora probat ex testamento eiusdem Ioannis fundatoris in quo substituta legitur, Raphaeli, & Michaeli, sine prole quandocunque decedentibus, qui casus respectu tã

Rapha-

Raphaelis, quam Michaelis, probatur euenisse, ex sententia adiudicationis bonorũ dicti Ioannis, ac immissionis eorundem ad fauorem domnæ Eleonoræ, quæ data fuit.

Vacatio etiam probatur, quia certum est Ioannem ante permutationem sciuisse beneficium ab eo permutandum esse de iure patronatus domnæ Eleonoræ dum prius illam requisiuit semel & iterum, pro consensu permutationi præstando, vnde cum illa recusante, & in actis contradicente, nihilominus beneficium ad effectum permutationis resignauerit, in manibus ordinarij, & ab eo fuerit admissa permutatio, inde per resignationẽ successit vacatio, & propter defectum potestatis in ordinario conferendi beneficia de iure patronatus laicorum can. decernimus 16. quæst. septima Calderin. con. 2. in fin. de rer. permuta. apertus remansit locus patrono ad præsentandum Lapus cap. vno de rer. permuta. numero septimo, & in cap. nemo, numero 1. Butr. numero 10. Anchar. ad fin. Gemin. numero 11. de elect. in sexto Gig. de pensio. q. 23. numero quinto Citadin. de iur. patrona. part. 6. arti 3. nume. 102. Garci. de benefic. par. 11. cap. 3. numero 23. & 24. Grasian discepta. 835. n. 2. lib. 5.

Non obstat, quod collatio ordinarij de beneficio patronali occasione permutationis, ignorante, aut spreto, aut contradicente patrono, non sit nulla ipso iure, sed veniat annullanda si patronus ex causa contradicat, Aegidius decis. 87. & 163. Mohedan. decis. octaua per totam de iurè patrona. Thanis decis. octaua Rot. decis. 5. in fin. de rer. permuta. in nouis, & in Gerunden. permuta. qninta Iluij 1593. coram bonæ memorię Lita, Garci. de benefic. hanc conclusionem probans part. 11. cap. 3. numero. 19. Et eo casu beneficium non vacare, propter implicitum statum validitatis, & euentualis recissionis, ex causis verificandis, Felin. in cap. cum Bertoldus numero octauo, & 12. de senten. & rei iudic. & in tracta. quando literæ Apostolicæ ampli. 9. Rochus de Curt. de iure patrona. verbo honorificum, quæstio 3. numero octauo, Couarru in prac. c. 36. numero nono; nec per consequens vacatione non precedente posse Ignatio beneficium adiudicari.

Quia fuit responsum, quia collatio fiat ab ordinario spreto, vel ignorante patrono, tũc nõ esse nullam ipso iure, sed annullandam patrono contradicente intra tempus datum ad presentandum, & procedere supra allegata ea ratione, cum possit patronus non contradicere, & acquiescere collationi, vel propter iustas causas succumbere in iudicio recissionis, ita vt collatio firma remaneat, interim autem propter euentualem vacationem nõ est admittẽda præsentatio sed postrem iudicatam Feder. de permuta. benefi. n. 52. & 53. Corra. de benefi. c. 6. par. 2. n. 3. Felin. in tracta quando literæ Apostolicæ ampli. 9. Couar. in pract. c. 36. n. 9 sed quando patronus requisitus ad consentiendum, nedum discentit, sed præueniendo, (vt hic) in iudicio cõtradicit. Atque ita nedum interuenit spretus simplex, aut ignorantia patroni habentis implicitũ dubium euentum voluntatis eiusdem sed manifesta voluntas, per contraditionem deducta, in actis ante collationẽ, cui nõ potest ordinarius præiudicare, absque vicio nullitatis actus per cap. decernimus 16.

quæst. septima tunc procedant dicta in prima conclusione ex Lapo, Geminiano, Butr Lamber & alijs allegatis, & hanc distinctionem in specie faciunt Lamber. part. 1. libro secundo quæst. 6. arti. 6. numero 40. per allegatum cap. decernibus 16. quæst. septima, & cap. cum Bertoldus de re iudic. Garci. de beneficij part. 11. cap. 3. numero 23. Qui in hunc sensum intelligit decis. quintã de rer. permuta. in nouis, quę tangit hanc distinctionem sequendo Lapum in capite nemo de electio. in 6. & quamuis subiungat eadem decisio, dicens. Quod dictum intelligo si ex aliqua causa rationabili contradicunt. & infra tempus á iure statutum. Attamen cum non distinguatur de conditione, post factam collationẽ, vel ante collationem, est intelligenda secundum terminos disceptationis susceptæ, in illo articulo, nempè de permutatione facta per ordinariũ, de beneficio spectante ad præsentationem laici, ipso contempto, & non vocato, vt indicat principium illius decisionis, & eo casu bene potest dubitari, quod non sufficeret sola contradictio, sine expressione causę rationabilis, ex quo tendit contra reum & possessorem, cui sufficit docere de collatione habente præsumptionem pro se, quod sit facta per ordinarium ex iusta, & rationabili causa, Seraphin. decisio 1320. numero 3. & potest vincere per non ius actoris Felinus in cap. olim, numero nono de rescrip. Sed quando cõcurrit contradictio, & discensus in actis deductus (vt hic) ante collationem, patronus fundat intentionem in proprio iure, scilicet in dispositione can. decernimus 16. quæstio septima irritantes collationes factas per ordinarios, de beneficio spectante ad præsentationem laici. Quod si ordinarij ita præuenti per contradictionem patronorum, contendant admittere permutationes, ex facultate ipsis à iure tributa, nempe ex neeessitate, aut vtilitate Ecclesiæ, Vital. in Clemen. vni numero 51. de rer. permuta. Garci. de benefic. d. part. 11. capite 3. numero 27. debent permutantes docere se esse in casu limitationis, vt declarant idem Couarr. practi. cap. 36. numero nono Garci. de benefic. dicto capite 3. numero 21. part. 11. quę causę vtilitatis, & necessitatis Ecclesiæ, si a permutantibus sunt probandę tantum abest, vt ille probentur, vt imo contrarium aperte de tegatur, cum agatur de beneficio patronali relinquendo a sacerdote, Sene, Theologo, concionatore, & resignando iuueni, simplici clerico, & in disciplina Ecclesiastica inexperto, quæ excludunt quamcunque causam ab ordinario allegandam.

Neque enim facit quod prædicta de discensu patroni, & eius contradictione procedant in collatione voluntaria, in quibus terminis videtur loqui can. decernimus, secus autem in collatione necessaria, proueniente ex causa permutationis, in qua patroni non possunt præsentare personam ipsis bene visam, sed permutantibus tam collatio sit debita Vital. in Clem. vnica numero sexto Cardina numero 14. de rer. permuta. cum alijs allegatis.

Quia, & eadem necessitas conferendi non est arbitraria ordinarijs, sed concurrente iusta causa, quæ est necessitas, aut vtilitas Ecclesiæ, vt iam dictum fuit, quę

si

si deficiant, cessat etiam facultas, ordinarijs a iure concessa conferendi, ex causa permutationis.

Et consuetudo, quæ allegatur in Ecclesia Gerunden, admittendi permutationes, sine consensu patronorum, & dicitur probata ex instrumentis, in actis productis, vltra quod non est absolutum, quod plenè & concludenter possit probari consuetudo, per instrumenta, que non coarctant negatiuam actus contrarij, Seraphin. decis. 113. num. 3. non etiam actus, qui enuntiantur in dictis instrumentis, probant obseruãtiam de qua agitur, quia præsupponunt, quod fiant permutationes patronis vocatis, non contradicentibus, vel etiam consentire recusantibus, qui casui non conueniunt cum eo, de quo agitur.

Et stantibus prædictis non est ingredienda alia disputatio, an saltem permutantes sint excusandi & quomodo reddire debeant ad proprium beneficium, an iure proprio, vel noua collatione, etiam patrono contradicente, qui si fuerunt in culpa, ex quo ante permutationẽ sciuerunt beneficium esse de iure patronatus, & recusante, & contradicẽte patrono processerunt ad permutationẽ cessat omnis excusatio Feder. de permuta. benefi. q. 6. & 7. numero. 12. & 13. Gig. de pension. quæstio 23. numero quinto cum sequentibus, Garci. d. cap. 3. num. 30.

Superest nunc probatio validitatis præsentationis, quam Ignatius tenetur iustificare, & cum illam deducat ex instrumento 13. Augusti 1625. In quo domi. Eleonora presentauit, & nominauit ipsum Ignatium, sub rogitu notarij, & præsentia testium, pro supplicanda gratia collationis à S. D. N. quæ expedita fuit 27. Octobris 1625. Et in actis producta intra tempus quadrimestre, visum fuit hoc sufficere Rot. decis. 3. de iure patrona. in nouis Lap. allega. septima numero 7. Rotab. de iure patrona. in verbo honorificem, quæstio septima, numero 27. Lamber. libro 2. part. 1. quæst. 4. arti. 16. numer. 2. & par. 2. quæst. 4. arti. 1 numero 2. Neque secundum praxim hodiernam necessarium est, quod actualiter præsentetur persona nominata in instrumẽto, Garci. de benefic. par. quarta cap. 1. numero 19. & 25. id affirmans etiam, quod ex qualitate beneficij requireretur examinatio, cum illa possit expediri ante institutionem, & idem fuit dictum in dicta decis. 3. & in Lucana plebis septima, & 14. Madij 1590. coram bonæ memoriæ Gipsio.

Demum habilitas eiusdem Ignatij probatur probato clericatu, ex literis patentibus eiusdem, qui est verus modus concludendi hanc probationem, Grammat decis. 81. numer. 1. Rot. decis. 16. de probat. in antiq. Felin. in cap. possessionem numero. 5. & 15. de probationibus. Et ita concluſum,

HActenus Rotalis decisio ex qua plura notabilia deducere poteris pro annullandis permutationibus contingentibus de beneficijs patronalibus. Primo, quod ad hoc vt dicatur beneficiũ vacans per permutationẽ reluctante patrono factam, & ad huius pertinere præsentationem, requiri in permutante, seu resignante beneficium patronale scientiam explicitam iuris patronatus, & probatam illam legitimis documentis, seu demonstrationibus, vt colliges

UAB Biblioteca de Ciències Socials

ex verſiculo decisionis tralcriptæ, ibi: *vacatio citum probatur*, & iterum ſub verſiculo, *& ſtantibus prædictis.*

129 Secundo, quod permutatio facta de ſimili beneficio patronali, ſpreto, ignorante, & irrequiſito patrono, non ſit ipſo iure nulla, ſed annullanda contradicente patrono laico intra quadrimeſtre, computando á die notitiæ reſignationis, quo caſu ſit intelligenda regula per Mohedan. deciſio. octaua, per totã de iure patronatus, & per deciſio. quintã de rer. perm. in nouis, circa finem in verſi. *ſi vero*, ſecundum Lapum, vt talis permutatio ſit annullanda ope exceptionis, non vero ipſo iure nulla, quam ſic dicemus ſi requiſito patrono illo reluctante, & contradicente, fuerit collatio ſubſecuta, & permutatio effectiua, tunc dicetur nulla permutatio, ex quo non contradicente patrono, potuerit acquieſcere permutationi, & illam approbare, vt colliges ex verſiculo deciſionis, ibi: *quia fuit reſponſum quia collatio*, iuncto verſiculo antecedente, ibi: *Non obſtat, quod collatio ordinarij.*

130 Tertio, non ſufficere ſimplicem, & implicitam patroni contradictionem per dicenſum expoſitam, ſed contradictionem explicitam in actis deductam, & ſi de facto permutatio ſubſequatur inter reſignãtes per permutationem, debere patronum in tempore iuris præſentare & contradictionem continuare, per præſentationem ne acquieſcendo videretur permutationem approbare, & illi acquieſcere, vt ſic manifeſta patroni voluntas per contradictionem dicatur deducta, quod deduces ex verſiculo deciſionis, ibi: *Sed quando patronus requiſitus.*

131 Quarto, quod quoties permutatio beneficj patronalis fit, irrequiſito patrono, & non vocato, tunc contradictio patroni debeat fieri cum expreſsione, & legitimitate cauſæ rationabilis, eleganti, & non minus ſubtili, quam iuridica diuerſitatis ratione per deciſionem adducta de, qua, & de iſta quarta inferentia ſub verſiculo, ibi: *Et eo caſu benè poteſt dubitari, &c.*

132 Quinto, deducitur ex eadem recentiſsima Rotali obſeruatione, conſuetudinem admittendi reſignas per permutationes factas, non facere valere permutationes factas contradicentibus, & reluctantibus patronis, quæ fuerat neceſſaria probari in ſpecie, quo probato, nempè per conſuetudinem inductum fore, vt non obſtante contradictione & reluctantia patronorum, ſolitum eſſe de ſtylo curiarum ſimiles admitti reſignas viciſitudinarias dictas permutationes, vt non obſcure inſinuat verſiculus deciſionis, ibi: *& conſuetudo, quæ allegatur.*

133 Tandem ex verſi. penul. præinſertæ deciſionis, ibi: *ſupereſt nunc probatio*, colliges præſentationẽ patroni factam ſub Regitu noſtro & præſentia teſtium ad effectum petendi collationẽ à ſanctiſsimo eandem roboris firmitatem obtinere, ſi fiat ſuo legitimo tempore, ac ſi fuiſſet cum cæteris ſolemnitatibus ſtylo curiæ neceſſarijs facta.

134 Vt ex his (redeundo ad peculiarem caſum conſtitutionis noſtræ, dicamus, quod ſi

renuen-

renuente, & contradicente vidua noſtra tenutaria, & vſu fructuaria, permutatio bene-
134 ficij de iure patronatus mariti defuncti fieri cõtingerit ſit nulla ſeruatis ſeruandis, & ſi ea facta cum expreſſa contradictione vidua præſentauerit hic ab eadem præſentatus erit inſtituendus, & præferendus illi, qui ab ordinario meruerit collationẽ, & inſtitutionem obtinere vigore permutationis. Et idem de pupilio, & marito erit obſeruandum iuxta ſupradicta ſub numeris *114.* & numero *116.* & ita tenendum in quolibet alio vero patrono laico ſeruata forma deciſionis.

Fiet etiam & aliud nõ minus verum, & ex ſupradictis principijs, regulis, & inſtancijs, traditis ſub numero 80. & 81. viduã noſtram poſſe poſt annum luctus ratione vſusfructus laude-
135 mia recipere, ex alienationibus bonorum emphiteuticorum mariti ſui, & exiſtentium ſub alodio & dominio illius, cum laudemia ſint fructus, quæ renaſ-
136 cuntur per medium alienationis contingentis in bonis emphiteuticis, & feudalibus, quod ſufficit, vt ſub nomine fructus comprehendatur cum, quod non renaſcitur fructus dici nequeat l. diuortio. *8.* §. ſi vir. ſoluto matrimon. vbi Barboſ. poſt omnes numero 35. Caſtill. Sotomaior de vſufruct. cap. 36. numero 6. quæ vero renaſci poſſunt dicuntur de obuẽtionibus & commoditatibus quas ad fructuarium pertinere docent iura aperta, & præcipue l. vſufructu 7. de vſufruct. legat. & ex l. item *10.* in princip. eodem, in
137 verſ. ſed ſi inſula, ibi: *Nam vbi latitat incrementum, & vſuſ fructus augetur*, quem textum ad hunc caſum expendit Ioann. Andre. in addition. ad Sſpeculator. titulo de loca. §. nunc aliqua in aditione magna verſic. 93. facit text. in l. 3. de offic. praſidis vbi prẽſes Prouinciæ aliquando cognouit de exteris, & non ſubditis repereis tamen in ſua Prouincia, laſo. l. fina. numero 45. C. de iur. emphiteu. Oldrad. conſilio 24. Capicius deciſ. 184. Guido. Pap. deciſ. 477. numero 2. Ben ed. in capite Rainuntius, verbo cætera bona, numero 36. vbi ad vſufructuarium
138 nedum laudemia tantum venire, ſed etiam pœnas, præſcriptiones, condemnationes, mulctas & alia, quia nomen, *obuentiones*, de quo in dicta l. vſufructu. ſeptima, hæc & alia aptum eſt comprehendere, quia ab ipſa obueniunt hæreditate, ab ipſiſque obueniunt bonis, ſiue renaſcantur, ſiue non cum ſub nomine obuentionum, & reddituum veniat, gloſſa capite grandi, verſiculo de redditibus de ſuplen. negli. prẽlat. libro ſexto Caſane. conſilio 61. numero octauo, & Menochius conſil. *66.* numero 10. Barboſ. in l. diuortio, §. ſi
139 vir. numero 40. in fin. obuentiones autem certum habemus alias eſſe reales, quæ ex re ipſa, vel propter rem ipſam debentur, quas æquum eſt poſſeſſori concedi ex quo, & ipſe realia onera ſuſtinere compellitur dicta lege vſufructu. ſeptima, §. primo. de vſufruct. iuncta l. vſusfructus 58. eodem, cuius naturæ ſunt laudemia, quæ non ob perſonas debẽtur, ſed ſolum ob ratificationem, &

agnitionem quandam authoris beneficij, ad exemplum census debiti fisco, ex venditione prædiorum prouincialiũ l. 1. C. sine fẽsu, vel reliquis fund. &c. aliàs vero personales, quæ debentur propter ius personæ, vt fidelitas honos, & reuerentia seniori prę-
140 standa. Et cum laudimia percipiantur tanquam fructus feudi, seu dominij derecti. Cum & fructuũ nomine venire cõstat, fructus ciuiles, & omnes obuẽtiones omnesq; vtilitates ex fundo prouenientes, ex Bald. in l. si traditio, C. de pact. Alex. l. diuortio sol. mar. Casane. in cõsuet. Burg. rub. 4. §. 17. glo. 5. obseruat Anto. Faber. in C. lib. 4. tit. 43. diffin. 1. sub num. 17. diffini. 4. num. 2. vt exin de nullus dubitauerit, laudemia ad vsufructuarium vniuersalem pertinere, absque aliqua refusione, seu refectione ad proprietarium, ex quo sunt in fructibus dominij directi, prout vno consensu fuit omnium scribentium votum, vt per Iulium Clarum recepta. sentent. §. emphiteusis quæstio 23. numero, 5. hanc dicit communem Rebuf. in l. bonorum de berbo significa. Tiraquel. de retract. lignа. ad finem tituli, numero. 107. Cald. Pereira de extin. feudi libro sexto capite *16*. numero 40. vbi alios allegat, & de more suo hanc sequendo opinionem, Castillo Sotomaior de vsufruct. cap. *36*. num. *45*. vbi alios recensет, & de Senatuum obseruantia testantur apud Rotam Romana. Seraphin. decis. 222. apud Sebusianum Anton. Faber. in C. libro. 3. titulo 23. inscripto de vsufructu. diffinitio. 6. & in Archiepiscopali audienda Neapolita. Riccius decis. 23. numero 3. & iterum sub collecta. 2361. & in Gracianapolitano sub die 23. Decembris 1553. testatur decisum Ioann. de Cruce in annotatione ad decis. Guido. Papa 477.

141 Ex his colliges, quod si contingerit bona feudalia, vel emphiteoticaria commissari, per casus per quos in hac nostra patria commiti solet commissum, quod ista bona, quæ venerunt in commissum, penes viduam nostram, seu quemcumque aliũ vsufructuarium vniuersalẽ, non ad eum, vel eam, sed ad proprietarium pertinere certum fiet, ex eadem regula, vt ea quæ sunt in fructibus, veniant ad vsufructuarium, ea vero, quæ in fructibus cadere non possint, ad proprietarium, & cum huius naturæ sint bona in commissum appræhensa, merito ad proptietarium pertinere debent. Per
142 commissum enim nil aliud consequitur, quam dominj vtilis cõsolidatio cum directo, ad text. in l. commissa. *14*. de publican. & vectiga. in vers. *nam quod commissum est*, l. 4. de iur. doti. Tiraquel. de retract. libr. 1. in fin. numer. 111. tenet Antoni. Faber. sub titulo de iure emphiteu. in suo, C. fini. 4. Atqui dominium directum, non est in vsufructuario, sed in proprietario, igitur ad hunc bona commissata vigore consolidationis spectabunt, & non ad fructuarium vniuersalem. Et
143 ratio est euidens, quia cum commissata bono veniant ex separata causa vsufructus, ad vsufructuarium pertinere non possunt ad legem item si fundum decimo, §. sed si insula

in

in final. verbis de vſufru. Sic proprietario & hærede, & contra vſufnuctuarium in bonis cõmiſſatis obſeruauit Gracianopolitanus Senatus apud Guido.Pap.q. 477.num. 3. quem ſequuti ſunt in hac eadem traditione annotatores ad eundem Guido.ſignãter Baronius qui ſub paucis verbis vtroſque ſupra relatos caſus laudimiorum, & commiſi deciſos reliquit, & alius annotator Ranchin,in annotatione prima, ibi:*quod ſi pendẽte vſufrnctu*,&c. & ante hos Bened.in cap. Rainũtius,verbo,Cætera bona, nu.33. cum ſeqq.Oldrad.con.240.Tiraquel.lib.1.de retrac. in nn.num. 110.Barboſ.d.l.diuortio,§.ſi vir, nu.42.in fin.

145 Aduertendo, quod licet commiſſata bona, & per cõmiſſum conſolidata cum bonis vſufructuandis,cedãt in vtilitatem proprietarij,& hæredis, & hęreditati accreſcere videantur; nihilominus tamen, vſusfructus ſimilium bonorum,ab vſufructuario vniuerſali non erit auferendus, ſed cum alijs bonis erunt ſimilia bona commiſſata vſufructuanda Benedict.in loco ſupra proximè allegato,Ferrer.& alij additionatores ad Guido.Pap.quod fit ex ratione text.in d.l. item 10. de vſufruct.vt vſufructus augeatur vbi latitat incrementum.

Animaduertendum etiã erit
146 in hac materia, quod licet iura & interpretes dicant proprietariorum & hæredum fore apprehenſionibus rerum feudalium, ſeu emphiteuticarum in cõmiſſum ceſſarum vti,inueſtituras, & renouationes facere, homagia recipere, laudare venditiones,facere recognitiones, & alia ſimilia, quæ tantum pertinẽt ad dominos directos, non tamẽ negant,vſufructuarijs vniuerſalibus id etiam licere,nomine dominorum, & proprietariorum, quorum vſufructuarij dici ſolẽt procuratores generales,cum libera & generali adminiſtratione,nõ vero iure proprio, & ſuo nomine vſufructuarij, ſed iure
147 proprietarij:imo cogi poſſunt facere omnia illa, ad quę domini proprietarij cogi poſsẽt, in exercendis iuribus dominicalibus, ex quo lex & ius conceſſerunt vſufructuarijs generale mandatum ad agendum, cuius vigore poſſunt vſufructuarij exercere ea quę poſſent proprietarij,ad l. 1.§.fin.de non.oper.nunt.l.1.in fin.cum l.ſeqq.vſusfructuar.quẽ adm.caue.ita Ferrer. in annotatione ad Guid.Pap.allegata quæſtio.477. vbi in ſententia damnati auctoris(quem nos vti talẽ
148 ſilentio inuoluimus) docet vſufructuarium procuratorem legalem eſſe generalem domini proprietatis, in his quæ reſpiciunt cuſtodiam,defenſionem, curam & adminiſtrationem rei, & iurium proprietatis,quam ſaluam ſemper facere debet vſusfructuarius, vt habetur in deſcriptione vſusfructus,faciunt ea quæ notãtur in l.de die,§. quidam qui ſatiſda.cog.Bal.l.eam ad quem, C. de vſufruct.Alexand.l.1.§. final. de nou.oper.nunt. & eſt cõmunis ſententia ab omnibus approbata, vt in his quæ reſpiciunt cõ
149 modum proprietatis,veniat vſufructuarius, vt procurator legalis generalis proprietarij, in his vero quæ commodum vſusfructus iure proprio, vt poſt Bartol. Angel.Caſtr.Bald.Iaſ. & alios allegatos per Anton.Gome. tom. 2.var.cap.15,inſcripto de ſerui.

num.6.

num. 6. Garcia de expens. c. 11. num. 3. & 11. ex communi Pinelus l. 1. p. 2. C. de bon. mater. n. 16. Cras. §. legatum, q. 34. in princi. melius omnibus Sotomaior de vsufruct. cap. 20. per totum. Vnde cum vsufructuarius quātū ad proprietatē debeat habere omnem curam, omnemque illā solicitudinem exactam, quam quilibet diligens pater familias esset habiturus, & ad istum finem consequendum, commodè peruenire non possit, quantum ad proprietatem, cum in ea parum, seu nullum ius haberet tanquā in necessariū antecedens, ius comune concessit, vsufructuario, generale mandatum, vt ea qnæ iure proprio exercere non possit, exerceat vt procurator generale proprietarij, seu hæredis cum libera & generali administratione, vt saluare possit substātiam rei, vt exinde, quando iure proprio exercere non potest actiones, vt circuitus vitentur, exerceat demandatos, vice proprietārij.

150

151 *Sic videmus* obseruatum pro bono fine assequendo in pluribus & diuersis locis sacrosancti Concilij Tridentini, in quibus Episcopis, & Ordinarijs demandantur iurisdictiones Pontificie & Delegate, quando iure ordinario in illis intrare nō possunt, vt in cap. 1. & 2. sess. 5. sub decreto de reforma. & cap. 2. sess. 6. sub eod. decreto, & sess. 13. c. 5. & sess. 14. cap. 4. & passim in alijs duodecim decretis sāctissime statuitur, vt *quoties expedierit* tāquā Sedis Apostolicæ delegati, si vices Ordinari defuerint, intrare possint Episcopi in cognitionibus causarum, ita & taliter ꝙ si ab eorum sententijs, seu decretis appelletur, non ad Metropolitanum, sed ad Sedem Apostolicam à qua demandatam habuerunt mediante legis prouisione, iurisdictionem appellatio interponatur, iuxta sacrę Congregationis declarationem, habiram sub d. c. 4. sess. 14. vt sic fiat in vsufructuario, vt si ad saluādā substātiam rei fruendę, expedierit interuenire nomine proprietarij, tanquam illius legalis procurator, sistat in iudicio, exerceatquè actiones omnes illas, quas hęres proprietarius exercere debuisset, deficientibus actionibus sibi *vti vsufructuario* competentibus.

152

Nil mirum ergo si pragmatici nostri vno ore firment viduā nostram tenutariam & vsufructuariam, habere exercitium omnium actionum, actiuè & passiuè, & vice hæredis fungi, cum vltra quod lex, in eam veram & realem transtulerit possessionē bonorum mariti, & eam fecerit vsufructuariam legalē, cum non abstulerit beneficia eidē videlicet competētia de iure, *propter* vsumfructum vniuersalē bonorū, imo habuerit interpretationem passiuam á iure, & ius vti vniuersalis vsufructuaria fecerit, vt habeat mandatum generale, ab hęredibus mariti proprietarijs, nil mirum si concedant eidē, nomē & vices hęredis, cū vel suo proprio, vel hęredum nomine facto legis, possit omnes actiones exercere.

153

154 Cum igitur ad vsufructuariū *pertineant* (& aprime ad vsufructuariū legalē, in quē lex possessionem realē & veram bonorū fruendorum transtulerit, (nam solum fructus propriè & strictè sumpti, vt sunt renascentes, im-

mediatè, quę sunt in fructibus propriè sumptis, vt enodarunt interpretes in d.l. vsufructu legato 7.de vsufruct.late Garci.de expens.& melior.cap.23.in principio.qui plura allegat iura á n.3. ad num.6. sed etiam commoditates obuẽtiones omnes, quę nõ solum cõsistunt in fructibus, sed omnes aliæ quæcumque, ex bonis,& occasione bonorũ fruendorum prouenientes, ex vi verbi,*Obuentionum*,de quo in d.l. vsufructu 7. vt ferè omnium calculo receptum est in l. diuortio 8.§.si vir,solut.matrim. vbi Pau. Castr.num.3.Pau.de Montepic. in l.Titia,§. Titia cum nuberet, num.121.de legat. 2. cum alijs per Sotomaior,& Garci.allegatis illę d.cap.36.num.22.de vsufruct.iste de expen. cap. 23.n.3. 4.& 6.licet ab hac opinione discedat Barbos.in d. l. diuortio 8. §.si vir,num.4.9.14. & 15.licet sub num.38.vers. Non obstat secundum huiusmodi fuerit sententiæ.

Vt sic ex quo sub vsufructus
155 appellatione,continentur commoditates omnes, vtilitates, & emolumenta,sub nomine, *obuentionum*, quę quoquomodo ordinarie percipi possunt ex re in qua debetur vsusfructus, quem dicimus augeri ex latitato incremento,ex I.C.in d.l. item 10.de vsufruct. non solum in casibus supra relatis, viduã nostram vbi vsufructuariam iure proprio admittendam,sed etiam ad alia, vt
156 est in administratione iurisdictionis ciuilis & criminalis, cuiuscumque qualitatis fuerit, si in bonis mariti repellantur, vt sic iurisdictionalia exerceat, antiquas remouet inuestituras, pœnas, mulctas ciuiles & criminales exigat, emolumenta sigilli creationes officialium, cum hęc omnia sint iurisdictionis fructꝰ, nulli dubium esse, ad vxorẽ pertinere sine diminutione, nec obligatione reficiẽdi,ex doctrina Bart.communiter sequuta in l. fina,solut.matrimo.Alexand.l.diuortio,§.si vir,num.10. Guilliel. Benedict.d.verbo, Cętera bona, num.36.Baeça de decim. tutor. præs.cap-22.num.15. Molin. de primogen.lib.1.cap.23.Petr.Barbos.qui alios refert in d.l. diuortio,§.si vir.nu.41.42. & 43. vbi de marito vsufructuario dotis, sub vero num.43. in fin.de vsufructu iurisdictionis concesso,vt vtique mulctæ, pœnæ, confiscationes,& iura sigilli censeantur cõcessę, tanquam iurisdictionis fructus,alios Sotomaior d.c.36. num.29.& 30. melius omnibus Monter ferè in nostris terminis cum loquatur super foro 2. Aragonum,de iure dotium,quo cõceditur
157 viduitas in bonis coniugis defuncti,sub decis.8. per totam,sed melius num. 33. vbi ait absolutam illam dominis locorum illius Regni concessam, *de bien y maltratar*, venire in vsufructum viduitatis, etiam si sequi possit proprietati damnum notabile per liberum arbitriũ vsufructuarij in vassallos.

Et quamuis verba constitutio
158 nis nostrę deficere videantur in similium fructuum elargitione concedenda,cum solum fructus proportionabiles ad refectionẽ damni dati in dilata restitutione dotiũ, censeantur viduis cõcessi,vt patet ex text.nostro ibi, *Suosque faciat fructus donec sit integriter satisfacta*. & cum huius qualitatis esse non possunt fructus iurisdictionis, & exercicij

illius

illius. Cũper iurisdictionis exercitiũ, nõ solũ nõ subuenitur huic incõmodo, retardatę solutionis, ob quod dicimus dari fructus, sed imo potius plus damni quã vtilitatis adiungi, quod á cõmuniter accidentibus videmus in exercitio iurisdictionis, vt sic à cessante ratione, non itidem dicendum sit de fructibus iurisdictionis, atque de alijs

160 Quod ita dicunt obseruari interpretes aliqui, vt vsufructuari solum habeat modicam cohertionem, ad l. sed & si quid 19 de vsufruct. late Florianus ibi, & Lucas de Pena in l. prædia, §. antepenultimo de loca. præd. ciuil. libro 11. Codicis. Et facit quod notanter dicit Aloisius Leo in l. 1. C. de pact. conuen. nu. 3. quod sub legato fructuũ castrorũ vxori per maritũ facto pro dotibus, non venit potestas creandi officiales ad iustitiam exercendã, allegat l. eleganter, §. fin. de pign. actio. Nihilominus tamen cũ gẽ

161 neralitas illa, *omnium bonorum*, de qua in textu nil excludat ob vniuersalitatẽ, ad l. Iulianus 66. l. textoribus 59. in princ. de legatis 3. l. hoc articulo, de hęredib. instit. Menoch. de recuperan. remed. 15. num. 194. Surd. decis. 265. num. 30. Gracian. decis. 24. num. 5. Cald. Pereira ad typum emptio. & vendit. cap. 9. num. 5.

162 cuius quidem dictionis vniuersalitas, *omnis*, ad tantum protrahi solet, vt existimet Riccius de cis. 287. num. 4. vt comprehẽdat casus dissimiles, qui aliàs nõ cõprehenderentur, allegat Anton. Monach. decis. 69. nu. 8. late Decius in l. omnia in princ. si certũ petat. Gutier. Canonica. lib. 2. c. 1. num. 28. dicendum proculdubio erit, viduam non minus fructus honorificos percipere posse, atq; pecuniarios, vtiles, & proportionabiles ad compensationem vsurarum dotis non solutę, & demum omnes fructus, siue industriales, siue naturales, siue ciuiles (vt sunt à iurisdictione emanati) percipere.

163 Percipiet etiam vidua iure vsusfructus in casu nostri textus exemplaria protocollorum quæ in bonis mariti sui tabellionis defuncti reperta fuerũt, & multo magis in hoc nostro Principatu, *cuius consuetudine attẽta*, non semel exemplaria extrahi possunt, sed toties quoties expedierit extrahi, ab his quorum interesse possit, quo casu, cum incidamus in regulam supra traditã, vt in fructibus sint ea quæ renascí solent, ad d. l. item si fundi 10. de vsufruct. cum alijs supra adductis fit certum, viduam tabellionis seu notarij, iure proprio vsufructuariæ salaria extractorũ

164 recipere posse, suaq; facere tanquam fructus, quidquid de iure controuersum sit, an similia pertineant ad vsufructuarium vniuersalem, vt colligere licet ex Bart. l. diuortio, §. si vir, nume. 3. solut. matrim. & in l. quędam, §. nihil, num. 6. de eden. tenentem ex quo semel tantum exemplũ detrahi possit, & consequenter non renasci, ad vsufructuarium minime spectare, & Barto. sequũtur in d. §. *si vir, vbi Iaso. num. 6.* Aretin. num. 8. vbi validissimis argumentis tuetur Barbos. n. 36. ver. Ex qua conclusione, Faber sub C. tit. 23. lib. 3. diffin. 5. nu. 1. vbi sequendo Bart. ait Bartholi. ita intelligere assertionẽ de protocollis, vt vsufructuarius percipiat commoda exemplorum, & vsumfructum emolumenti per-

cipiat,

cipiat,finitoque vſufructu,emolumentum acceptum reſtituat, allegat Boer.q.19.nume.5.Ranchin.ad Guido.Pap.q.477.Contra tamen Bartol.contrariũ ſentiunt multi,vt Alexand.in d.§. ſi vir,Baeça de decim.tutor. c. 25. num.27.Garci. de expenſ. c. 22. num.47.Seraphin.deciſ.222.nu. 3.Caſtillo Sotomaior de vſufru. c.36.nu.41.

165 Percipereque etiam poterit vidua ptoprietates redemptorũ cenſuum redimibilium, originaliaq; inſtrumenta creationũ cãcellare: cum valida liberatione debitorum cenſuũ,ex quo,in iure apudq; omnes communiter receptum eſt ſimiles reuenditiones,redemptiones, & luitiones,

166 fieri poſſe ab vſufructuarijs vniuerſalibus,vt per legitimitatem à iure conceſſam ſimilibus, ad exigenda debita, & ſolutiones recipiendas, iuxta l. vxori meæ, de vſufruct. legat. Socin.Senior conſ.132.num.13.vol.1.Surd.cõſil.162.num.14. cenſeatur etiam data facultas reuendẽdi ſimiles cenſus,ita Gaſp. Roder.de annu. redditib.lib.2.q.15.num. 84.Seſſe deciſ.Arago.63. num. 3. cum ſeqq.& poſt Fontanel. de pactis nupt.clauſ.4.glo. 18.p.5. de qua alibi dixi late per Marium Giurba deciſ.Sicil.79.num.39. vbi ſequendo Gaſparem Rodericum vbi ſupra, qui tenet ab hærede

167 grauato, á marito,ab vſufructuario,á Prælato Eccleſiæ,á beneficiato,ſimilem redemptionẽ fieri poſſe,licet deciſio fuerit concepta pro reuẽditione facta ab hærede grauato,in proprijs terminis terminantibus,quibus ipſe contendi annullandam redẽptionem de anno 1603.in Regio Conſilio in cauſa meç conſortis Marqueſiæ Boldo, contra manumiſſores cauſæ piæ deLober,ſeu cõtra hipotecas cenſualis,ducebar ex ſentẽtia Feliciani de Solis, quæ tunc in lucem prodierat, tenentis pro nullitate reuenditionis grauati:& licet hæc ſentẽtia ſit in noſtro & Siciliæ Conſilio canonizata, contrarium intrepide defendit poſtea Gracia. diſcepta.foren.cap.636.& antea ſub deciſio. Marchiæ 45.qui ſub num.13.in diſceptatio.relatis ſupra dictis Doctoribus ad cõcordiam reducere conatur.Et ſignãter num.14.ait,tunc demum ſupra dicta procedere ſi non poſſit conſiderari dolus ad damnũ ſubſtituti, iſto autem præſumpto extinctionem cenſus nullam eſſe defendit Giurba d. deciſio. 79.numer.27.Maſtril.deciſ.143. quamuis contrarium tenere videantur contra vſufructuarium, Felicia.de cenſ.lib.4.cap.1. n.7. Tiraq.lib.2.retra.§.1.glo.6.n.26. Cagno.l.2.num.329. C.de pact. inter emptor.& vendit.Mantic. de tacit.& ambig. libr.4. tit. 32. num.36.& ante eum Maſtril.de cif.Sicil.47. num.7. alios allegat Giurba deciſ.79.num.14. cõtra quem eum reprobando Gracia. vbi ſupra,ſequendo Felicianum Solis ſub lib.4.cap.1. num.7. & in additionibus ad d.lib.4.tenuerit obſeruatum in Rota contra vſufructuarium, vt non poſſit retrouendere,nec liberare debitores,cenſuum, recipiendo ſortem in vna Romana cenſus, 11. Decembris 1617. & confirmata ſuper eiſdem die 6. Iunij 1618. coram Coccino,ſed tamen, quia non potui examinare inſtantias Rotæ, quibus ab adductis per Giurbam,Maſtril.& Gaſp. Rod. recedere poſsimus, præponde-

rando

rando autoritatem Rotæ, cęteris obſeruantijs Senatuum, non puto ab iſta ſentẽtia recedi poſſe pro nunc, examinaui ex profeſſo omnes deciſiones recollectas per Coccinum, quæ ſunt in numero 500. vſque ad annum 1610. & vltra recollectæ nõ protrahuntur, & ſimiliter in recollectis per Farinacium ſub nomine recentiſ. vltra annum 1616. non continuantur: & cum allegatæ per Gracian.dicta diſcept. 636.num.19.ſint de annis 1617. & 1618.nequiui de legitimitate illarum agere,quod optabam vt me deuincere poſſem,á ſuperiori ſententia, quod credere non poſſum, attentis regulis ſupradictis, quibus huic noſtræ viduæ datæ fuerunt omnes actiones, actiuè & paſsiuè,ſimul cum trãſlatione illa continuatavè poſſeſſione, in bonis mariti, vt iure proprio,vel iure proprietarij,vt circuitus vitentur reuenditionem faciat.

Semper ſuppoſito pro vero, q̃ in caſu reuẽditionis cẽſualis,
166 vel cenſus redimibilis, ſors illa recepta ſalua ſit proprietario,vſufructu tantum illarum recepto,per viduam ſicut diximus de bonis in commiſſum ceſsis; non enim hęc cadere poſſunt in vſufructu:proprietarij enim eſt totum ius pretij cenſus,& vice,nomine, & mandato proprietarij illam recipere videtur, cũ obligatione reſtituendi proprietatẽ illam acceptam,finito vſufructu, & hoc ſine alea recipiendũ eſſe cenſeo,quidquid inuoluat diligentiſsima illa allegata Graciani diſceptio,contra quam tenẽt omnes ſupra allegati, quibus nõ ſatisfaciunt illius inſtantiæ,vt vi debis diſcuciendo traditas lata manu per Marium Giurb. & antea per Maſtrilum,& Rodericũ contra Solis,quem aliquando ſequutus fueram, & exinde noueram contrariam fulciri vrgentiſſimis rationibus.

An autem argumẽtum ſumi poſsit ab his perſonis, á quibus
170 reuenditiones validæ fieri poſſe,ſeu redemptiones dixiramus, vt ſunt hæredes grauati, minores,mariti, Prælati, beneficiati, & vſufructuarij, ad criminoſos, & delinquẽtes attrociſsimi delicti læſæ maieſtatis diuinæ,& humanæ, ob cuius perpetrationẽ ipſo iure bona publicantur, & confiſcantur adminiſtratioque
171 illorum interdicitur,non ſolum à tempore ſententię & condemnationis,ſed á tempore commiſſi delicti,& ſaltem accuſationis, & ex tunc perdere dominium, & adminiſtrationem bonorum. Quod clarius fiet ſi expẽdas doctrinam Bart.in l.poſt contractũ de donatio.vbi quatuor conſiderat tempora;vnum poſt commiſſum delictum;ſecũdum poſt accuſationem; tertium poſt litis cõteſtationem, & vltimum poſt ſententiam, vt de tempore cõmiſsi delicti, ſunt aperta iura in cap.cum ſecundum leges de hæreticis in 6.l.quiſquis, vbi gloſ. verbo,addictis,l.Maieſtatis,§. emancipationes,ibi:*Qui vero incidit in hoc crimen neque vendere poteſt,neque manumittere,neque vllo modo alienare*:& l.fin.ibi: *Ex eo quod quis tale crimen contraxit, neque alienare, &c.* & ibi gloſ.C. ad l.Iul.maieſta. Albericus in l. Manicheos,num.2.verbo Addito,de hæretic.Cinus in d.l.quiſquis,num.2,vbi Bald.& Salicet. num.5.Alciat. in l. poſt contractum,de donation.num.19.De-

cian.

cian.in tractat.crimin.lib.5.cap. 20.n.3.Gom.de delict. c.2. inscripto de lęsa maiesta. in princ. Thom.Sanch.in summa lib. 2.c. 22.q.12.artic.2.Canter.in quæstio.crimina. tangentibus punitio.delict. cap. 1. nume. 14. fol. 373.Farina.crimin.q. 190.num. 68.& apertius q.106.num.59.& q.25. num.11.& q. 116.num.12. & 66.& sunt diuersę bullæ Apostolicæ contra hęreticos & crimi-
172 nosos lęsę diuinę maiestatis, super illorum bonorum publicatione,á die criminis perpetrati, etiam si occulti vna Innocentij Quarti,altera Alexandri Quarti,alia Martini Quinti,Pauli IV. & Pij Quinti, quod canonizatũ fuit sub Mantuano Senatu apud Surd.decis. 247.committi enim
173 dicunt similem pœnam ipso iure,& ipso facto commisso crimine,Farina.d.q.113.numer. 87.& de apostatis, q.138.nu.35 & expresse sub illa decretali cum secundum leges de hæreti.in 6.& sic sententiam non requiri pro pœna confiscationis, sed super facto tantum.

174 De alienationibus vero factis post sententiam nullis habẽdis, sunt etiam iura aperta in l. post contractum 15. de donationib.l.quæsitum.ff.qui & à quib. Bar.in d.l.post contractum, numer.6.Carrer. in sua pract.titu. de hæretic.numer. 136. in fine, Gigas de crimine læsę maiestatis,lib.2.q.25.num.4. Surdus de cis.allegata 247. numero.2.vbi
175 ait ex eodem Carrerio, post delictum inhabilem fieri criminosum lęsę maiestatis ad quamcumque materiam contractuũ, seu quasi, & ita nec adire hæreditates, nec manumittere his permissum fore, glos.in l. mutuum,§.1 de acquirend. hæreditate, Peregrin.de iure fisci libr. 5.c.1.nu.79.

176 Cum igitur hęc ita sint occurruit nobis dubitari, in quadam causa,an redemptio ista census fieri possit à creditore census, post commissum delictum lęsę maiestatis diuinę per hęresim, *seu apostasiam*, vel humanę per conspirationem, & abiurationem in Regem, & Principem, seu Regnum suum, casus huius contingentia ad manus nostras venit disputanda, in hac Regia Audientia huius Principatus in causa creditorum villę de Asco, contra vniuersitatem villę de Bathea, quę cum obnoxia fuisset singulis annis pręstare annuam pensionem 1050. solidorum sub proprietate totidem librarum Francisco, & Ioanni Germa, aliàs Princep. Sarracenis, Neophitis, seu Mauris conuersis,quos vulgus *Moriscos, seu Christiãs nous* appellat, paulo antequam expellerentur à toto Principatu, & Regnis Hispanię propter delictum lęsę maiestatis diuinę, per apostasiam commissum, & humanę, propter conspirationem factam communem inter hos omnes Sarracenos, & Neophitos, in Regnis Hispanię degentes, cum Mauris. Turcis, & Mahometanis,dicta Vniuersitas,seu suo nomine Sindici sub die 24.Madij 1610. in pręsentia notarij & testium, asserentes numerasse fortẽ principalẽ dictis creditoribus Sarracenis cẽsuarijs d proximo expellẽdis,& iam damnatis, á quibus liberationẽ census acceperant, cũ scãcellatione instrumẽti originalis,& apocha solutionis pre

UAB Biblioteca de Ciències Socials

cij, ex integro cum pennone, & porrata, quod an ita fuerit factũ verè realiter, & sine fraude, & dolo ad futurum Dei iudicium, cui hęc solum reseruata sunt) & sic constat, quod in limine expulsionis, fuerit facta reuenditio, & redemptio census, quia constat sub die 29. Madij eiusdē anni, & consequenter post quinque dies dicti distractus, fuisse publicata edicta sub præconisatione generali, de expellendis Sarracenis, confiscandis eorum bonis, ea dominis temporalibus applicando, declarando illos hęreticos, apostatas, & rebeldes diuinę & humanę Maiestatis, quia conspirarunt in Principem, & Regnũ, cum abiuratione solemni, & alijs mille attrocitatibus. Et cum per dominum temporalem villæ de Asco, fuerint bona expulsorum Sarrcenorum in solutum data creditoribus illius vniuersitatis, in vim huius delegationis, pro parte creditorum, actum fuit via ordinaria pro pẽsionibus decursis, & parte nil opponente, fuerũt Syndicus Iurati & Vniuersitas villę de Bathea cõdemnati ad solutionem pensionum decursarum sententia lata 28. Nouembris 1629. Referẽte dilecto Consiliario Regio quondam Hipolyto Montaner, á qua per sindicum fuit supplicatum, & causa supplicationis admissa, & cõmissa dissertissimo Regio Consiliario, & Regię Audiẽtiæ Senatore Michaeli Carreres, fuit *opposita exceptio reuẽditionis* & luitionis factę p dictã vniuersitatem, creditoribus, cẽsuarijs, opponendo de apocha stipulata sub die 24. Madij 1610. pro parte creditorum (& nos suo nomine habentes mandatum ab omnibus) non suffragari posse sindi eo de Bathea allegatam apochã prætendimus, tanquam factam tempore inhabili, quo nempe dicti creditores, non erãt domini census, nec bonorum, quorũ dominium erat iam resolutum per tanti criminis commissionẽ & damnationem ipso iure, vt dicebamus, quia fuit non solum post delictum commissum, sed post sententiam declaratoriam contra omnes Sarracenos Hispaniæ Regnorum, quod satis notorium erat de anno 1609. per expulsionem iam factam in Regnis Castellę, & Valentię, de qua habuerunt, vel potuerunt habere notitiam, & quamuis omnes alienationes á similibus Sarracenis celebratę, & factæ ab anno 1609. sint declaratæ nullæ in fraudem fisci factæ, tanquam comprehensæ sub regulis supra dictis, abdicantibus dominium á tempore commissi delicti, seu sententiæ, quibus iuribus perpẽsis, omnes distractiones, omnesque contractus, & distractus cẽseãtur similibus criminosis prohibiti, ex tunc, á commisso delicto: cæterum cum censuum redemptiones fiant ex natura contractus, & ex causa necessaria, dubitabile fuit habitum, an sub similibus alienationibus, & distractibus, comprehendi possint, cũ etiã apareat in hęredib⁹ grauati, maritis, prælatis, minoribus, & vsufructuarijs, alienationes, & distractiones prohibitas, & *tamen permissas* similes distractiones, seu reuenditiones.

177

178

Articulus iste apparuit mihi facilis inuestigationis á principio, ex quo enim videbam, crimen lęsę maiestatis diuinæ, &

humanę,

humanę frequens, cõfiſcationes & publicationes bonorum per ea crimina quotidianas,& ex alio conſiderabã bona delinquẽtium,in cenſibus cõſiſtere, non dubitabam in proprijs terminis reperiri poſſe doctrinas caſum decidentes,in materia extinctionis cẽſus,ſic ut reperiũtur in vſufructuarijs,grauatis, hęredibus, &alijs dominis reuocabiliter habẽtibus bona cẽſuaria, & tandẽ adhibita diligẽtia poſsibili, in interpretum omniũ reſolutione, 179 qui de materia ſubiecta cẽſuum redimibiliũ tractatũ ſũpſerint, & qui de publicationibus & cõfiſcationibus bonorũ cõmittentiũ in lęſá maieſtatẽ ſcripſerint, nullum inuenire potui agentẽ, in ſpecie de ſimili reuenditione,redẽptione, ſeu extinctione facta poſt cõmiſſum crimen, per quod bona publicari debeant á creditore criminoſo. Et quãuis huius articuli terminatio fieri poſſe videatur,& metiri eiſdem regulis, quibus decidunt interpretes articulũ reueditionis facte per maritũ,prælatũ,grauatũ, & alios ſimiles vſufructuarios, vniuerſales,legales, ſeu datiuos. 180 Cęterũ cũ diuerſam video rationẽ in vno atq; in alio caſu,cõtra reuenditionẽ factã per delinquẽtẽ accuſatũ,& dãnatum ſimili atrociſsimo læſę maieſtatis crimine,dicẽdum & pronunciãdum eſſe putaui, non ſolum in caſu quẽ diſputãdum propoſui in Regia noſtra Audientia,qui ſub iudice lis adhuc eſt, & in puncto ferende,in quo concurrunt circunſtantiiæ arguẽtes dolum in debitoribus cenſus, de quo agitur,& quod animo fraudandi fiſcum fuerit facta redẽptio, quo caſu etiam in hærede grauato omnes conſentiunt etiam contrariam tenentes ſimilem reuẽditionem non ſuffragari, quando machinatio aliqua reperitur ad incommodum ſubſtituti, vt late per Marium Giurba allegata deciſ.79.num.27.in fin. Gracian.diſcept. allegata 636. num. 14.)Sed etiam ſimpliciter quando realiter & verè conſtaret de receptione & numeratione ſortis principalis, penes creditorẽ cenſuarium, poſt delictum læſę maieſtatis commiſſum, non poterit extinctio ſubſiſtere, cẽſus, nec illius reuenditio operabit effectum liberatorium ad debitores & venditores cenſuum, quod his rationibus attentis,veriſsimum mihi fuit.

182 Omitto rationem illam generalem quod ſicut prohibita fuit omnis alienatio criminoſis tanti criminis,per d. l. quiſquis, C. ad leg. Iul. maieſtat. c. cum ſecundum leges,de hæreticis in 6 ſit etiam prohibitus actus per quem ſequi poteſt alienatio, l. codicillis,§.mater, vbi Bart. de legat.2.l.ſi ad reſoluendam, vbi Bar. & Salicet. C. de præd. minor.Surd.deciſ 254.num.20. & conſ.49.nu.1.& conſ.176.nu.13. Maſtril.deciſ.47.n.5.in fin.Rot. Roma.diuerſo.deciſ.480.n. 2.1. p.Tiraq.de retract.lib.1 §.1.glo. 2.nu.50,Peregr. de fideicom.artic.14.num.31.& conſequenter diſtractus iſte redẽptionis, per quem diſtrai conſtat ius recipiẽdi annuas penſiones cenſus.

183 Licet enim ſępius proteſtatus ſim,extra nrũ aſſũptũ valde alienú eſſe,reſpõſa adnectere, neq; á caſu & proprio cõmẽtãdi aſũpto diſcedere, & extr. peculiares materias nrę cõſtitut. vagare,cũ hęc iã ab vrbe & aula dicedere

oportet poſtquam omnes nouerint conſulentiũ doctrinas periculis notorijs ſubeſſe, in his enim elucere non poteſt authorum eminentia, cum ſæpe contingit aliena ſtudia adoptare in ſuis & proprijs. Cæterum cum caſus tractatus ſit rarus, à nemine diſputatus, libuit tractatum illum ſumere aſſerẽdo per prius quod licet cõmuni omniũ ſuffragio receptũ ſit, & canonizatum cenſuum redimibiliũ luitiones,
184 redẽptiones, extinctiones, ſeu reuẽditiones fieri poſſe ab hęredibus grauatis, maritis, prælatis, minoribus, beneficiatis, & vſufructuarijs vniuerſalibus, quibus bonorum alienationes regulariter ſunt prohibitę, vt videre licet per Gaſp. Roder. de annu. redit. lib. 2. q. 15. n. 78. & 87. Seſ. de ciſ. Arag. 30. per tot. & de inhibitio. c. 4. §. 8. n. 4. Monter deciſ. 1. Arago. Maſtril. deciſ. Sicil. 47. Caſana. conſ. 7. & 9. Ioan. Intrigiolus de cẽſib. q. 71. n. 15. latiſsimè Mar. Giurb. deciſ. Sicil. 79. per tot. & melius à n. 78. ad nu. 90. & poſt hos omnes Gracia. diſcept. forenſi. c. 45. & fuſius c. 636. vbi ſub nu. 18. recedẽdo ab omnibus negat hanc facultatẽ in vſufructuario vniuerſali, ad quod legitimandum adducit duas deciſio
185 nes Rotæ in vna Romana cẽſus, habita 11. Decembris 1617. Et iterum ſuper eiſdẽ 6. Iunij 1618. coram Coccino, vbi reprobata deciſione Siciliæ relata per Marium Giurba 79. vbi reprobatur Felicianus Solis de cenſibus libro 4. cap. 1. num. 7. & in additionibus ad lib. 4. num. 8. & alia deciſio eiuſdem Senatus Sicilię, ſub Maſtril. 47. approbatur Felicianus, & Maſtril. quas deciſiones iam dixi exa minari deſiderabam, quod conſequi non potui. Et cenſuit pro grauato Regium noſtrum Conſilium in quadam cauſa quam duxi (autoritate tantum Feliciani Solis ductus ſupra allegata) pro conſorte mea quondam Marqueſia Boldo, ad relationem, vt dixi, Michaelis de Salba quam tradit Fõtanel. de pact. nupt. clauſ. 4. gloſ. 18. p. 5. n. 2.

Quamuis igitur in his, & ex relatorum interpretum pragmaticorum, & Senatuum ſententijs & obſeruationibus, receptũ, vel dubitabile ſit valere cẽſuum redimibiliũ extinctionem per receptionem ſortis ab eis factam, in delinquentibus vero, contra maieſtatem diuinam, per apoſtaſiam, & humanam, per conſpirationem, nulli dubium eſſe poterit circa inualiditatem reuenditionis, & extinctionis cenſus, ob ſummam diſparitatem inter ſimiles criminoſos, & grauatos, vſufructuarios, & alios dominos reuocabiliter à lege, vel ab homine factos, his enim à iure datum eſt bonorum dominium, durante vita fideicõmiſſarij, & grauati, gloſ. & Doctores l. fin. §. ſed quia, C. commun. de lega. Cephalus con. 393
185 num. 8. vt ſunt iura aperta transferentia omnia iura actiuè & paſſiuè, l. 1. in principio, l. facta 63. l. reſtituta 37. ad Trebellianum. Non enim deſinent eſſe domini, ex quo dominium aliquando ab eis aufugiendum ſit, &
186 ſperatur ad alium tranſire, vt de maioratus poſſeſſore firmant Molina de primogenijs, cap. 19. numero 4. ad nnmerum. 11. libro. 1. Pelaez de maioratibus, part. 3. q. 9. num. 9. Gutierr. libr. 2. pract. q. 17. num. 2. & libr. 3. q.

89.num.7.vbi alios refert, & alios etiam Castillo de vsufruct. cap.5.num.3. Barbos.l.diuortio, num.6.solut.matrimon. Peregr. artic.2.num.50.cuius conditionis fuisse viduam nostram respectu omnium actionum diximus in superioribus. Ab illis vero aufertur ipso iure commisso delicto cũ ipso iure,confiscentur bona,d.cap. cum secundum leges, de hæreti.in 6. Bart.in extrauaganti qui sint rebelles,n.3. Paul. 187 Picus in d.l. post contractum,n. 79.vbi Ioannes Anibal numero 228. Farinacius quæstion. 113. numero.87. & in quæstione de aposta.138.n.35.Canter.in quęstione criminal. tangenti punitio. delicto. c.1.de hęresi.num. 19.vbi adeo veram esse profitetur, vt delinquens dicatur committi furtum, si post delictũ de rebus dispositisset,vel cõtractasset suis. Et sic cõstat,quod fiscus fit creditor cẽsuarius per acquisitionem dominij,& soluens alij quam vero creditori non liberatur,l.1.§.ante omnia,de pact.l.2 188 vbi glos.ff.vt legat. nomi. cauea. l.eius qui in Prouincia, vbi Bar. & alij,ff.si cert. petat.late Surd. decis.60.num.1.& decis.187.numer.5.Socin.Iun. cons. 106. nu. 33. volum. 3. nil mirum ergo si redemptio non creditoribus facta infirmetur, & cũ nõ habẽtibus dominiũ celebrata corruat.

His etiam dominis reuocabilibus,& vsufructuarijs, de iure data est administratio bonorũ, 189 cuius occasione soluunt, & solutiones recipiunt,ad l.ante restitutam 104.de solution. Peregri. de fideicommis.artic.2.num.50. & de vsufructuario, vt administrationem habeat in proprietate, nomine domini, & eius mandato, in vsufructu vero nomine ꝓprio, latius in superioribus dictum fuit. Vnde nil mirũ si census redemptionem accipere possint, cum nil aliud sit quã sortis solutio seu restitutio, vt per Monter decis. 1. per totam. Illis autem lęsę maiestatis reis administratio interdicitur eo 190 ipso quo delictum perpetrarũt; vt est communis sententia in d. l.quę situm,glo. in cap.cum secũdum leges,in figuratione casus; de hęretic.in 6. Anchar. Archid. 191 & alij cummulatis per Bursatũ cons.43.num.5. Tabiena in verbo Hęreticus,num.5. Simancas de cathol.institutio. tit. 9. num. 116.Farinac.cons.154. libr.2.& in pract.crimin.q. 290.§.5 num. 69.Thesaur.quęs.40. forensium, lib.2.num.2.Ruin.cons.58.volu. 4.Alciat.respon.50. num. 3. Bal. de pace constancia,verbo Imperialem,num.3.Farinac.decis.73. num.2.part.1.ex prioribus, & licet sint aliqui qui firment ante sententiam veram esse in criminosis administrationem, & eius occasione alienationes factas ante sententiã subsistineri, ad l.post 192 contractum,de dona.iuncta l.au fertur,§.in reatu,de iure fisci, l. reo de solutio.tamen hi sunt intelligendi iuxta glo.l.ex indicio rum de accusat. vt procedat in certis delictis quę secum trahũt in pœnam confiscationis:vt sunt crimeu repetundarum, & de incest.nupt.secus vero in criminibus exceptuatis apostasię, hæresis,lęsę maiestatis,cũ in his sit firma regula vt administratio & dominium perdatur, & in fiscũ 173 transeat ex tunc. Quod autem solutiones recipere nequeat, adest text.formalis in l. fin.C.ad l.Iul.maiesta.ibi *nec ei soluere iu-*

re debitorem, vbi glos. verbo, soluere, Bart. l. post contractum, n. 6. de donat. vbi Alciat. nu. 19. dicēs solum solutiones factas pro alimentis eorum, & expensis de fensionum in patrocinijs & alijs processalibus tantū admitti posse, igitur per argumētum ab speciali exceptuato in cæteris solutionibus, deneganda erit facultas soluendi in criminoso, late Pau. Picus in l. post contractum, nu. 76. Farina. q 106. num. 65. Afflict. in vsibus feudor. titu. quæ sint regalia, Gig. de crimin. lęsę maiest. lib. 2. q. 27. Bosius in caus. crimin. tit. de delicto, Cantera vbi supra in q. de hæretic. cap. 1.
194 nu. 18. fol. mihi 376. vbi tenet solutiones factas hæreticis manifestis non liberare debitores, licet occultis liberare credat intelligens manifestum qui talis fuit declaratus qui reprobatur in oculto, vt videbis infra, quod antea indubitabilem dixerit gl. in clem. Pastoralis in principio, post figurationē casus de sentē. & re iudic. vbi Anchar. n. 21.

Fideicōmissarijs etiā, seu gra-
195 uatis (quod idem est, & aliquādo in iure sub eisdē nominibus designari solēt, vt ex l. quamuis 51. cum seqq. de iudic. ex Zancho l. in hæredes mei, §. cū ita, n. 1. p. 3. ad Trebel. notabat Gracia. allegata discepta. 636. nu. fin.) licet prohibita sit alienatio, hæc de voluntaria intelligitur, nulla
196 tenus vero, necessaria sub prohibitione cadere potest, ex l. diuus 5. de petit. hæred. l. 1. de fund. dotal. cum simil. Crotus in l. filius familias, §. diui nu. 45. vbi Loaz. 83. Ripa 25. de lega. 1. Riminald. §. 1. n. 305. institu. quib. alienare licet, Barbos. l. vsufructu, nu. 27. solut. matri. Cald. l. si curatorem habens, verbo, prohiberis, nu. 3. C. de in intgr. restitu. minor. Mō ter. decis. 1. nu. 11. Gutierr. alleg. 7. nu. 7. Petr. de fideicom. q. 8. n. 549. Mari. Giurba decis. Sicil. 69 nu. 19. & in subiecta materia, qua versamur decis. 79. n. 19. & nos idem obseruamus ad constitut. *los impubers*, glos. 4. nu. 132. notabilis decisio Rotæ apud Alexā. Ludouis. 199. vbi Beltraminus post Peregr. de fideicom. art. 40 nu 23. cum seqq. Gracian. discepta. foren. 570. nu. 11. cum seqq. Et exinde fiat celebrationem distractum ab his fieri posse, cū
197 descendat distractio ex causa ne cessaria, vnde cum reuenditio census, redemptio, seu extinctio descendat ex causa necessaria, saltem ex parte creditoris census, qui præcisè cogitur oblata
198 sorte illam recipere, ex natura contractus, ad l. fideicommissa. 11. §. si rē, ibi: *Sed debitor vltro pecuniam obtulerat quam offerente ipso non potuit non accipere*, deleg. 3. Bartol. l. in diem, de aqua plu. arcend. Decius consil. 88. num. 3. Casanate consil. 9. numer. 59. Peregrinus consilio 12. numer. 19. libro 2. late Tiraquel. á quo omnes relati sumpserunt, libr. 1. de retract. §. 1. glos. 14. nume. 11. & lib. 2. §. 3. gloss. 1. nume. 12. Pinelus l. 2. part. 3. numer. 13. C. de rescinden. venditio. Surd. de alimen. tit. 9. q. 42. num. 23. & 24.
190 ex quo dices redemptionem nihil aliud esse quam distractum, l. filio quem pater 23. de liberis & posthumis, Tiraquellus libr. 1. de rectractu §. 19. glos. 2. de Frā chis decisio, 39. numer. 1. & nos late discussimus ad constitutio. *los impubers*, glos. 2. num. 129. &
200 30. cum sequent. vbi allegamus Cald. Pereira. Delinquens autē

UAB Biblioteca de Ciències Socials

contra maiestatem diuinam seu humanam, nec in causam necessariam alienare poterit, vt colliges ex l.quisquis 5.§. emancipationes, C.ad l.Iul. maiesta. ibi: *Postremo rerum alienationes quas ex eo tempore qualibet fraude, vel iure factas esse constiterit*, verba enim illa *iure factas*, ad alienationes necessarias referri non dubie dices, vt dixi in mea constit. *Ios impubers*, glos.4.num.132. ex l.alienationes, 3. ff.famil. ercisc. l.Diuus 5. de petitio. hęreditat.

201 Barbos.l.diuortio, §, si vir, nu.51. solut.matrim. Lara de aniuersar. cap.20.libr.1. & ita consecutiuè abdicatam potestatem fuisse celebrandi distractus ab ipsis criminosis tanti delicti, vt per Ioãnem Andr. & cæteros Canonistas in cap. cum secundũ leges, de hæretic. in 6. quod fundant in confiscatione ipso iure incursa, & per deperditum dominiũ ex ea, late Cantera in quæstion. crimin. tangenti delic. punitionem c.1. de hæretic. n.17.

202 Quidquid igitur sit de fideicõmissarijs, seu grauatis, vsufructuarijs, maritis, & alio simili genere personarũ, vt his valide redemptio fieri possit, inde permissum esse cõstat, quia habẽt dominia, & administrationẽ rerũ, & inde facultatẽ alienãdi, in causam necessariã, celebrãdi distractus, &

203 solutiones recipiẽdi. At vero cũ delinquentes contra maiestates Principũ cœlorũ, & terrarũ, similia sint interdicta, nẽpe distrahere, soluere, solutiones recipere, administrare, & dominare, quæ sunt necessaria pro extinctione cẽsus: nil mirũ si dicamus, redẽptionẽ, & reuenditionẽ factam à criminosis tanti criminis, post illius commissionem, seu saltem cõdẽnationem, roboris carere firmitate, inefficacemque fore, ad liberandum debitores cẽsuarios, etiam si dicamus cùm communi eos liberari posse per fideicommissarios, & vsufructuarios.

204 Ex his igitur manifestè resultat quod criminosus lęsę maiestatis, per apostasiam diuinæ, & humanæ per conspirationem in Principem, seu Regnum, vt fuerunt Sarraceni, Neophiti, seu Moriscos, conuicti, damnati, & expulsi à nostris Regnis Hispanię propter causas in edictis publicatis per totum Pricipatum die 29. Madij 1610. quę fuerunt in apostasia vniuersali, & abiuratione, in Regẽ & Regnum, & confederatione cum Mauris, vt irruerent in Hispaniam,) nõ potuit solutiones recipere, nec fuit legitima persona ad liberandũ debitores à tempore commissi

205 delicti: igitur succedit regula, l. si ex pluribus 89.§.2. de solut.& l.1.§.ante omnia de pact. qua docemur, quod soluens non domino non liberatur á debito, Alex. consilio 37. numero 3. libro 3. Surdus decisione 60. numer. 1. Gracianus disceptation. forens. 636. nu. 1.

Quod autem census redimibiles cadant sub confiscatione

206 bonorum, & sequantur naturã cęterorum; nulli dubium esse poterit, cum sub appellatione bonorum census, seu redditus comprehendi certum sit, sed ad cautelam ádest notabslis diffinitio Antonij Fabri sub titulo de pœnis, in suo C. diffinition. 49. Canter. vbi supra nu. 25. vbi de materia censuali.

Solum obijci poterit supradictis, de probabili ignorantia

207 soluentium, cum habuerit iustã causam ignorandi, ex quo tempore solutionis, non erant capti, nec bona sub sequestro,& soluens regulariter vero creditori, qui solutionis tempore erat priuatus ob iustam causam ignorãdi liberatur, Baldus in l.2.num. 208 76.C.de seruitutib.& aqua.Affli ctis decisio·147. Casana.cons.9. numero 30.Alexand. cons.120. num.7. volum.1. Mascardus de probatio.conclu.648. nume.28. 209 Guid.Pap. decisione 173·nu. vt contingere solet in solutione facta procuratori reuocato, non intimata reuocatione soluẽti, quæ soluentem liberat, l. si fideiussor 29.§.si cum debitor, ff.mandat.l.vero procuratori 12 §.sed si quis,l. dispẽsatorem 41. de solutionib. Bald.l.inuito, de procurator. Cagnol. l. qui cum alio, de regul.iur. Casan. consil. 9.num.31.Parlador. rer.quotid. 210 cap.fin. part.5.§. 17.num.3.& 5. Thesaurus decis. 107. numer.4. sicut etiam soluens hæreditatis possessori, inde priuato, donatario á quo fuit resoluta donatio, & similibus liberatur ex doctri. Bart.in l.filiæ intestatæ,de solut. l.cum fundum,§.seruum,ver.venio ad secundam,ff.si cert.peta. l.falsus,num.4.de furt.Paul.Castren.in l.si procuratori, nota.3. de condit.ob caus, & alijs cũmulatis exemplis, Marius Giurba decis.79.num.20.criminoso igitur soluens recte liberatur ob probabilem ignorantiam·

Huic tamen obiurgationi dices(vltra ea quæ in concreto & 211 in casu quem disputandum sumpsi dici possent de improbabili ignorantia, affectata,·& voluntaria, quæ rem apertam generabant, non enim ex responsis quæ in concreto concipiuntur, illustranda duxi hęc commentaria, sed solum quid senserim in abstracto, & dubio sumpto de per se, satis enim sunt quis libenter hoc sumpserunt onus transcribendi, responsa aliena illa quæ adoptando ad sua, vt experimẽto comperimus (quod 212 quidquid sit in supradictis, & alijs casibus, in hoc crimine læsæ maiestatis concors est omniũ sententia, ob tanti criminis atrocitatem,& ob pernicię, quæ ab eo causari potest toti rei publicę,vt ad resoluendos contractus, & distractus, celebratos 213 per criminosos, non sit necessaria scientia in vtroque contrahente, nec concursus fraudis vtriusque; cum ipso iure, confiscatio committatur bonorum, ita vt sententia non super confiscatione, sed super facto sit ferenda (vt dicebamus) ita Bar. communiter sequutus in l.post contractum, numero 12. vbi Paulus Picus à numero 69. ad numer. 76. de donationib. vbi ex quo fiscus factus est dominus omnium bonorum, competit ei rei vendicatio, ad legem in rem de rei vendicatione, & cum criminosus perdiderit bonorum dominium, nil interest, an sit scientia, vel non,in contrahente, cum non potuerit criminosus, quod non habuerit donare Canonistę in dict.cap. cum secundum leges, vbi Ioannes Andræas, Anchar.& Geminian. Gig.de crimi.lęsę maiesta.lib.2. q.27.Baiar.ad Clar.§ lęsa maiest. nu.25.vers.Quintum est, Menochius præs.124.lib.3.

Bona enim fides emptoris,etiã si admittẽda foret(quęst falsũ) nõ 124 potest sanare defectũ impotẽtię

ven-

vẽditoris in trãsferẽdo dñio, q̃ fuerat ab eo abdicatum, cum (vt dicebamus) nemo dat quod non habet, cap. quomodo de cõsecrat. distinct. 4. l. si filius, C. de donat.
215 qui enim nihil habet, nihil dare potest, can. Diabertum, 1. q. 7. Pau. Picus in d. l. post contractũ, nu. 69. Surd. decis. 124, n. 10.

Tum etiam etsi hoc esset ve
216 rum, quod probabilis ignorãtia in emptore faceret actũ subsiste re sequeretur, q̃ alienationes fa ctę per hæreticũ apostatã, & cri minosum occultũ læsę maiesta tis subsisterẽt, eũ in occultis sem per sit bona fides, in emptore, & tamen videmus similes aliena tiones inualidari, per quatuor il las bulas Apostolicas superius enarratas, Innocẽtij IV. Alexan. IV Martini V. Pauli IV. & Pij V. notabilis decisio Mantuani, rela ta per Surd. decis. 247. vbi repe ries reuocatas per Senatum om nes alienationes factas per hęre ticum occultum, antequam de tecta fuisset hęresis, & post com
217 missum delictum similis decisio Senatus Sabaudię apud Thesau. filium q. foren. 40. libr. 2. multa enim in his delictis, & attrocio ribus criminibus, ad terrorẽ per mittuntur, & inducuntur, quæ vniuersis iuris regulis contrariã tur, vt colliges ex quatuor defi nitionibus Anto. Faber sub titu. ad legem Iul. maiesta.

Ex quibus omnibus fit vnum
218 certissimum, quod ex quo lęsæ maiestatis criminosus, in reuen ditione facta censualis post deli ctũ cõmissũ, nõ possit coadęquari cũ vsufructuarijs, fideicõmissa rijs, & alijs dñis reuocabiliter á iure vel ab homine factis: imo disparitas aperta inter illos repe riatur, remaneant regulę supra dictę ilæsæ, & iura loquentia de criminosis læsę maiestatis intra cta, cũ sua generalitate & inde finita locutione, vt cõmisso crimi ne, oẽs distract⁹, cõtractus, & ex qualibet causa cẽseantur ꝓhibi ti, inefficacẽq; seu nullã ꝓducãt actionem, tanquam à nullum ha bentibus dominium gesti. Quẽ æquiparari dicunt ingredienti Religionem, vt ita in fiscũ tran
219 seant bona delinquentium, sicut in monasterium bona professi, Archidiacon. in cap. fœlicis, nu mero 13. de pœnis in 6. Farinat. dict. quæst. 116. num. 20. & 66. Surdus decisio. 247. numero 1. Peregrinus de iure fisci libro 5. titulo 1. nume. 170. Sicut igitur nisi sub supina ignorantia; null⁹ firmare potuisset, redemptionẽ census á monacho factam libera re posse redimentem debitorẽ. Ita defendere non poterit, vali dam factam á criminoso post de licti perpetrationem.

Et sicut post eã fiscus reuocat
220 alienata, glos. in l. fin. C. de iure fisci, libro 10. Boer. decisio. 287. Menochius consilio 99. numero 160. Peregrinus de iure fisci, lib. 5. cap. 1. num. 171. Farinac. d. q. 116. num. 69. Decian. tracta. crimin. numer. 6. in fin. absque ulla pretij recepti refusione, vt per Gasp. Antonium. Thesaurũ qq. foren. lib. 2. quæst. 40. Menoch. consil. 159. num. 20. Tiraq. ad l. si vnquam, verbo, Reuertatur, n. 266. C. de reuocand. donation. Couarr. de sponsa. 2. p. cap. 6. §. 8. numero 9. singulare est consiliũ
221 Bursati 43. num. 1. lib. 1. siue alienatio fiat ex causa lucratiua, vel onerosa, ad legem si mancipium. C. de rei vendicatio. propter hipotecam, quam consequitur fiscus tacitam à die cõmissi

criminis,Hiero. Lauren. deciſi. Auenionen.121.ita etiam debet reuocare diſtractionem, redemptionem,ſeu reuenditionem fa
222 ctam de cenſuali, non refuſa ſorte accepta, tanquam comprehẽſa ſub prohibitione de non alienando á lege inducta, poſt commiſſum delictum :cum prohibita alienatione(vt diximus) omnia cauſatiua alienationem cenſeantur prohibita, vt dicebã ex
223 l.fin.§.matre,vbi Bart. de legat. 2.in tract.de ſucceſsio. impube. gloſ.4.num. 137.maximè cũ fuerit factus inhabilis per commiſſionem delicti, ad quamcumq, materiam contractuum,ſeu quaſi, vt per Surd.deciſ. 247. nu.2.
224 Carrer.in praxi crimin. titul. de hęretic.nume.136. in fin. ita vt criminoſus nec hęreditates adire,nec manummiſsiones ita fauorabiles facere, gloſ. & cõmunes in l.mutum,§. 1. de acquirẽ. hæreditat. Peregrin. de iur.fiſci lib.5.cap. 1.nume.79. vt exinde dicamus, tametſi vidua noſtra (non reffragantibus deciſionibus Rotæ adductis per Gracia. dicta diſcept.636.num.19.)poſſit *redemptiones cenſus recipere*,& contractus cenſuarios redimibiles (recepta ſorte) cancellare,non tamen criminoſus læſæ maieſtatis,poſt delictum cõmiſſum talia facere poterit, & ſi facta fuerint, liberabunt debitores cenſuum,prout per nos acerrimè defenditur,in dicta cauſa, quę ſi contigerit terminari, ante quam hæc Bibliopole tradantur, iniungam quid Senatus cenſerit.

Redeundo ad caſum declarationis noſtræ,in qua ſumpſimus tractatum eorum quę cadere poſſunt ſubvſufructu,viduis per
225 textum & conſtitutiouem noſtram conceſſo , ex ſupra dicta regula deſumpta ex l. vſufructu
336 7.& l.item veniunt, 10. de vſufruct.& ex illa generali obſeruatione,qua dicebamus ſub vſufructu vniuerſali omnium bonorũ ſimpliciter conceſſo,abſque expreſsione *mobilium & immobilium* (vt in caſu conſtitutionis noſtræ)venire, nedum mobilia, & immobilia , ſed venalia,fructus quicumque , obuentiones, reditus,& prouentus , ex rebus ipſis fruẽdis prouẽientibus,iura actiones,& nomina debitorum, vbique locorum exiſtentia,penſiones domorum, annui reditus , & indiſtinctè vſusfructus quibuſuis,ex bonis , & iuribus teſtatoris relictus, & datus præumitur,ita vt nulla res eſſe poſſit , quæ ſub tali legato , ſeu donatione cadere non poſsit , ex ratione d.l.item ſi fundi 10. vt vſusfructus augeatur ex latitato incremẽto.Vt exiſta generali
227 tate & indiſtincta locutione intelligatur, non ſolum de bonis, quæ in actu & exercitio ſint in dominio mariti tempore mortis , *ſed de illis rebus quæ in habitu tantum* , & potentia fuerant in eius dominio , & multo poſt mortem in actu & exercitio hęreditati obuenerunt.Hoc
238 enim ſonant verba Iureconſulti in d.l. vſufructu 7. de vſufruct. ibi:*Quæque obuentiones ſunt*,verbum enim iſtud *obuentionès*, generale,eſt compoſitum á dictione *ob*, quę ſignificat cauſam remotam ad leg.qui proprio 46.§. procurator , de procurator. vbi Bald.Tiraq.in tract.ceſſ. cau.20. limit.nume.27. vbi multos allegat,& alios Surd.conſ.223.nu.5. Barboſ. de clauſulis , & diction.
229

dictio.

dictio. 199. & verbum *venit*, ꝙ significat acquisitionem, vt sensus sit, quod vsufructu legato, omnia quę per causam proximã & remotam hæreditati adijciũtur, veniant, vel accedant, ad vtilitatem vsufructuarij dicantur venire.

230 Eodem ferè sensu, & ex eisdem rarionibus sunt accipiẽda verba l. item si fundi, sępius repetita, ibi: *Nam vbi latitat incrementum, ibi fructus augetur.* Quæ verba nullum alium rectũ sensum accipere possunt, nisi vt vsusfructus porrigatur, non solũ ad ea quæ erant in habitu, & exercitio, dominij, quia ista sunt iura clara, sed ad latentia, & occulta, vt erant quę sub habitu tãtum dominij mariti per ius sibi competens existebant, veluti si bona mariti fuissent donata, relicta, vel legata, sub aliqua conditione, viuente marito, & post eius mortem ex defectu conditionis resolutiuę, vel suspensiuę, bona donata ad hęredes, & hæreditatem mariti essent reuersura;

Quod satis fundamentum habere hæc omnia videntur ex vniuersalitate dictionum constitutionis nostræ, quæ procedit per verbum *omne*, ibi. *tots los bẽs de son marit*, hoc est: *omnia bona martti sui.* Hæc enim dictio vniuersalis *omnia*, seu quælibet alia huius naturę quæ adiungitur aliæ dictioni generali, vt in casu nostro sub verbo *bonorum*, facit comprehendere casus, qui aliàs non comprehenderentur, & facit extendere decisionem, ad actus, qui aliàs sub dispositione non veniissent, singularis est illa ad hoc propositum Nauarri traditio sub consilio 9. tit. de is quę vi metusve causa fiunt, sub nu. 5 ad intelligentiã sacrosancti Concil. Triden. sess. 25. de regula. c. 15 disponẽtis super nullitate professionis emissæ ante decimum sextum annum, vt intelligatur de professione, etiam facta per militares Ordines sancti Ioãnis Hierosolimitani, contra Sotum de iusti. & iur. lib. 7. q. 5. artic. 3. tenentem Religiones militares non esse veras Religiones, ex quo enim (dicebat Nauarrus) quod Concilium loquitur per dictionem vniuersalem *quamcũque*, faciẽs extendere generalitatem verbi Religioniis, ad Religiones militrres, ad quas forte decisio Concilij non extenderetur, si deficeret verbũ illud vniuersale, *quamcumque*. Iuuatur ex celebri illa glossa verbo, Aliorũ in c. vt circa 4. de electio. in 6, vbi reperies longam differentiam inter legatum marmoris tantum, & legatum omnis marmoris. Vel legatum lanæ tantũ, & omnis lanæ, cũ in legato marmoris, tantum ruda materia cõprehendatur: legatum vero omnis marmoris, comprehẽdat statuas marmoreas, vasa, & omnia quæ ex materia marmorea reperiuntur in hæreditate cõstructa, l. hęres meus, ꝙ 8. §. 1. de legat. 3. l. 1. de auro & argen. legat. vt sic dicamus ad casum nostrę constitutionis, quod & si sub nomine tantum generali *bonorum*, non venirent in vsufructu, nisi quæ actu fuissent in bonis mariti, quoad exercitium: tamen verbũ illud *omnium* vniuersale, facit cõprehendere omnia patentia, & latentia, in bonis mariti, & consequenter omnia quæ sub dominio fuissent mariti habitu tantũ.

232 233 234 235 236 237

238 Ex his terminandam dixisse esse quæstionem illam, seu controuersiam (si aliud non obstare vidissem) cuius tractatū sumpserat Petr. Fontane. de pact. nupt. clauſ. 7. gloſ. 3. part. 3. á num. 35. ſuper illa agitata paradoxa, & dubia cauſa, Comitiſæ de Quirra ſuper bonis quæ obuenerūt hæreditati Comitis de Quirra Ioachimi, poſt eius mortem, exiſtente vxore ſua vidua relicta domna Marianna de Pinos, in tenuta & poſſeſsione bonorum viri ſui cum facultate faciendi fructus ſuos, per mortem domnæ Alemandæ donatariæ; & filiæ dicti Comitis don Ioachimi, ſine prole legitima, ſub qua conditione fuerat donatio Comitatus d Quirra cōcepta, dum nuptui tradebatur cum domno Chriſtophoro de Centelles, in cuius fauorē fuerat ſentētia lata Madriti die 18. Iulij 1615. in S.S.R.C. reformando aliam latam die 7. Septēbris 1613. in fauorem dictæ Comitiſæ viduæ, cui per diſſertiſsimum Relatorem, & percelebrē Senatorē, mira & ſingulari dexteritate, in vtroque iure & cōmuni, & noſtro municipali bene inſtructum, in qua fuerat tenuta conceſſa, cum iure percipiendi fructus dicti Comitatus; & nunc Marchionatus, per dictam Comitiſam domnam Mariannā de Pinos, non ſolum in viginti mille libris reſeruatis ad teſtandum per Comitem Ioachimum donatorem, in quibus maritus habebat dominium, habitu, & exercitio, verumetiam in toto Marchionatu, poſt mortem donatoris hæreditati ſuæ obuento reuerſo, ſeu conſolidato, ob defectum conditionis, ſi ſine liberis, ſub qua donatio Comitatus fuerat concepta in actu donationis ſtipulatæ. Cuius quidem facti narratio cum diſusè per allegatum noſtrum pragmaticum Petrum Fontanella fuerit expoſita ſub allegato loco, tranſcribēdo ſententias, & declarationes habitas pro illius terminatione ſola relatione ad eundemme ſatisfactum faciam.

Dixiſſē equidem ſi autoritas mihi dicendi fuiſſet, interponēndi noſtrum exiguum iudicium, 239 applicandique noſtram incultā cenſuram, inter tam excellentes Iuriſconſultos, interque tā acerrimos Iudices, ex ſupradictis terminandam eſſe quęſtionem ilhā Marchionatus, ſeu alterius ſimilis caſus. Quibus magis in cōmuni quam in particulari dicendi munus ſuſcepimus. Si enim fructus augentur ex latitato incremento, vt voluerunt Conſulti in d.l. item ſi fundi 10. de vſufr. certum fiet in hac cauſa incrementum latitare ſub illa conditione reſolutiua (ſi ſine liberis) ob cuius purificationem, bona donata obuenerunt hæreditati, & ſi obuentiones amnes veniūt in vſufructu, iuxta ſuperiorem enodationem, quam dedimus huic dictioni *obuentiones*, ad l. vſu fructu 7. eod. tit. vt comprehendat cauſam etiam remotam, nulli dubiū ſaltē probabile eſſe poterit, vt incrementū iſtud obuētū p mortē D. Alemādæ (ſeu in quolibet alio caſu per mortem donatarij ſub conditione ſi ſine liberis) in qua fuit purificata cōditio, venire non poſsit in vſu fructu, ex dictis legibus vſufructu 7. & item ſi fundi 10. ff. de vſufruct.

Nec ſimiliter crederem, ſubſtitutum vocatum ad ſucceſsio-

nem

nem in teſtamento donatoris, vigore facultatis ſibi & per eundem reſeruatæ, ad diſponendũ ſuper bonis, venire ad ſucceſsionem in vim donationis, ſed potius in vim teſtamenti, prout voluit legitimare noſter Fontane. in loco ſupra citato num.48. dicendo totum dependere negotium ex legitimitate dubij, an ſubſtitutus venerit ad ſucceſsionem ex cauſa donationis, vel teſtamenti, allegando pro ſua ſententia, & expendendo l. ſi ita ſcripſero 38.de conditio. & demonſtratio. nam quæ vt aſſerui ſub meo tracta. de ſucceſ. impuber. gloſ.2.num.10.cum ſequẽt. & num.22. ſemper attendenda eſt cauſa immediata, vt diſcernatur caſus, an ſit ſub illa cauſa, & ad dignoſcendam naturam caſus, vbi plures citaui. Semper enim effectus tribuitur cauſæ immediatę, vt latè ibi demonſtrauimus, ſicut demonſtrare expediebat, pro intelligentia illius articuli, vbi recurrere poteris pro hic neceſſarijs, quod obſeruandum eſſe in omni materia Riccius deciſio.216.num.3. part. 1. & latius deciſ.100. Sẽper enim ſtatus preſens attendi ſolet, non qui aliàs fuerat, l. vbi autem, §. idem Marcellus, de indiem adiectio. Pau. Caſtr. conſ.432.lib.1. Surd.conſ.338.num.11.libro.3. Tiraq.de retract.ligna.§.1.gloſ. 8.num.25.Gracian.diſcept.976. num.4. Potentia enim cauſę immediatę ſemper eſt illa, vt mediatam conquieſcere faciat, vt ex Cephal.conſ.46.n.22.& Nat. conſ.119.num.11.obſeruat Senatus Lucenſis apud Magon.deciſ. 83.num.28.& antea num.7. Cũ igitur cauſa immediata & proximior ſubſtituti, fuerit ſubſtitutio facta in teſtamento donatoris, cum aliàs non eſſet ſucceſſurus, huic tribuenda eſt ſucceſsionis cauſa, & non donationi.

241 242 243 244

Tametſi enim contrarium aſſerat Fontan. in vna & alia parte ad Typum pactorum nuptialium, & aprime in recenti d.cla. 7.gloſ.3 part.3.num.48. Nihilominus tamen ipſe aliud obſeruarẽ, & ex eiſdẽ iuribus, quæ ipſe allegat ſub num.58.pro ſua ſententia, nempe l.ſi ita ſcripſero, 38.de conditio. & demonſtrat. Ex iſta namque lege cum alijs, nempe l.aſſe toto 77. de hæred. inſtitu. l.inſtitutio talis, de conditio. inſtitutio. l.1.§.ſub conditione, ff. vt legato ſeu fideicom. nomi.caue. l. ſi prior, 33. ſoluto matrimon. cum ſimilibus. Ex his namque iuribus deſumunt interpretes regulam generalem, quod omnis diſpoſitio ſiue legis, ſiue hominis, referens ſe ad aliam, debeat intelligi, regulari, & ſtari ad limites, fines, & inter cancella (vt aiunt) relatæ, Doctores omnes in d. l. aſſe toto, & in allegata l. pro contraria opinione 38.de conditio. & demonſtrat. Anchar. conſ.163. Crauet. con.30.ad fin. Pariſ. conſ.21. num.39.lib.3. Simon de Prẽt. de interp. vltim. voluut. lib 2. ſolut. 2.num.239. iura & DD. allegans Caſana. conſ.50.num.38. Cacheran. deciſ. 110.nu.3. Peregrinus de fideicommiſ. art.16.num.111 plures refert, & de regula ipſa tractatum ſumens, Sotomaior libro 4. controuer. iur. c.43. per totum, & contra Decium tradit Cagnol. in authen. ſi quis in aliquo documento, num.74. Boua dilla politico. lib.1. cap.4. nume. 22. littera B. Couarr. in cap. cum tibi, num.5. de teſtamen. Suar. l.

245 246

poſt

UAB Biblioteca de Ciències Socials

post rem iudicatam exten.2. numer.2.Mantica de coniect. libr. 4.tit.3.num.9. Rota apud Seraphin.decis.1083.num.3. & apud Farinacium in recent.part.1.decis.35.num.6.

274 Et licet hęc regula in sua latitudine,multos & diuersos casus comprehendat,ad iudicia,cõtractus,priuilegia,& testamenta,vt nempe referens non plus cogitare possit quam relatum, Rota apud eundem Farinac.decis.392. num.3.& decis.160.num.11.p.1.

248 Adeo vt dicant, & dici soleat,referentem in relato inesse, cum omnibus suis qualitatib⁹ intrinsecis & extrinsecis, Bart.l.1. de receptatori.Craue. cons.45.n.4. idem Farinac. sub eisdem Rotæ decisionibus 457.num.2.& 305 num.3. & 261.num.6.1.part. vt

249 referentis nulla sit virtus , nisi quãta appareat ex relato,& termino ad quem fit relatio , iuxta l.in testamento 27.de conditio. & demonstratio.Rolan.cansil.8. num.20.& 21.vol.3. idem Farinac.in recen.decis.139. num. 3. p.3. & iuxta relatum semper referens intelligendum sub decis. 137.part.2.num.7.Ex quibus eadem Rota sub Alexan.Ludouis.

250 dicto Gregorio Pap. XV. decis. 439. num.1.semper relatum attendendum esse,vt quid referẽs dicere voluerit,nullatenus vero quid scriptum sit in referente, ex Paris.cons.94.num.22.libr.1.

251 Adeo quod si contigerit relatũ loqui extra terminos , & mentẽ referentis,inhęrendum fore relatis , ex Surd. qui alios allegat cons.313.num.50. & tunc præsumi errorem in referente , tanta fuit semper relati potentia Alexand.cons.9.num 12.lib.3. Ripa admonendi.num.36.de iur.iurand.Paris.con 1.7.num.5.libr.3 Mantica decis.Rotę 352.eadem Rota diuersor.part.1.decis.121. num.6.Peregrin. de fideicõmis. articulo. 16 .numero. 111. Etsi

252 relatum deperditum esset,& de illo non constaret,si referens rẽ certam indubitatã, & determinatam non traheret , in totum corrueret,Deci. cons. 86. num. 6.Seraphinus d.decis. 1083. n.2. Bald.cons.331. Grammatic. decis.79.numer.20.Menoch. præs. 133.num.24.lib.3.Magon. deci. Lucen.81.num.9.Maceraten.variar.resolut.38.num.5. & resolu. 64.nu.7.Et quamuis referens dici possit pars relati , non tamen vt pars sit attendenda, sed relatum tanquam totum,Cardinalis Dominicus Thuscus commun. conclus.littera R.concl.129.

453 Vt exinde dicamus, quod cũ dispositio sub facultate vinculãdi , se referat ad ordinationem faciendam,formandam,& declarandam, in testamento donatoris,seu in alia dispositione , nisi de dispositione & testamẽto appareat,nihil erit in reseruatione sed imo dicemus eã inesse in dispositione relata, & nil in donatione referente.

254 Quidquid igitur sit de supra relatis circunstantijs referentis cum relato,hęc vna est indubitata ad casum nostrum congruentissima , quod quoties referens se ad aliam dispositionem non potest de per se stare,& subsistere,absque eo,quod de relato appareat,tunc omnia dicuntur ex relato proueniri, & causari , nõ à referente,sed à relato,vt ex Alber.in authent. si quis in aliquo documento,C.de edendo, Speculator.in tit.de instrumen. editione.§.nunc restat, Afflict. de-

cis.273.

cis.273.Curt.Iun.con.97.Grammatic,decis.59.num.25. & Cravet.con.987.num.65.adnotarũt ex neothericis Didac. Roderic. Aluarado de coniect. mente defuncti,lib.4 cap.2. num. 28. & 29. cum seqq. plura inferens Castillo Sotomaior lib.4. controu. iur. cap.43.num.1.& melius nu. 30.Peregrin.d.artic.16.nu.111. in princip.post Boer. decis. 281. Sed sic est, quod in casu proposito,donator in donatione seu reseruatione; quantum ad succedendum in casu quo donataria, 256
sine liberis decederet,se retulit ad ordinatum & dispositum,seu ad ordinandum & disponendũ in testamento, per eum condendo,seu in alia dispositione, igitur quantum ad successionem extra causam donatarij,nisi constet de dispositio in testamento, seu in alio contractu, nil ex donotione cõsequi poterit, sed sic est quod donatio (cui in casu 257
proposito volunt tribuere causam successionis)de per se subsistere nõ potuit, neq; aliquid disponeret circa personam dõChristophori,seu(in qualibetalia causa)circa personam substituti,seu vocati ad successionem, in casu deficientiæ conditionis, igitur non est dicendum nisi cum supradictorum violatione, & derogatione, substitutum venire ex alia causa, quam testamenti donatoris, cum si illa deficeret, 258
substitutus nil prætendere posset,& referens nil disposuisset.

Si igitur cardo difficultatis cõsistit,in discernenda causa,seu illa controuersia Marchionatus, seu in alia simili sub eadem forma concepta)ad concedendum, vel denegandã tenutã illius in dignoscenda causa quæ tribuit ius successionis,si successio causatur ab ipso testamento donatoris, nil est quod dubitari possit,cum tunc succedant regulæ quibus adstruitur prima sententia lata 7. Septembris 1613. vt 255
rem ipsam habere dicatur, quius ad illam habuit, seu actionẽ efficacem, ex regula iuris, qui actionem,quam nos recensem⁹ ad constitut.de impuber. glo.2. n.132.& ferè in nostris terminis Casane.in consuetu.Burg.rub.4. §.6.glo.*poner*,ver.Super hoc occurrit fundans dispositionem in l.si dominus 72.de vsufruct.late Portol.ad Molin.obserua. 33. & iterum obserua.59. sub titu. de iur.dotium, vbi viduitas conceditur,in bonis maritorum, etiã si à maritis bona naturaliter,nec ciuiliter possiderentur, sed solũ ius ad ea bona haberent.

Et si enim illa causa cõsiderata in donationis reseruatione,ad vinculãdum & substituẽdũ dici posset incitatiua, sine qua prędicta substitutio facta nõ fuisset, nõ tñ est attẽdẽda, nec cõsiderãda,sed illa finalis & immediata proueniẽs ex testamẽto,vt explicatNaua.inMan.c.23.n.100.versi.quinto,nõ indisimili Barbo.l. quia tale n.19.solu. matr. Sur.de cis.22.n.3,Pheb.deci.Lusita. 28. nu.4.& tũc intrat alia regula in fauorem tenutæ pro muliere,vt vniuscuiusque rei augmenti, & diminutionis,æqua, & par sit ratio,& naturalis proportio, vt ei competat increm entum, cui & decrementum contigeret per aliquam obligationem à marito factam, l. 1.vbi omnes ad Trebellian. l.scribit Celsus 33. eodem l. in ratione 11.in princip. ad l.falcid. & sicut diminutiones patrimonij mariti conti-

gen

gentes post illius mortem, cederent damno mulieris, seu hæredis, dummodo ex persona testatoris causarentur; ita etiam eius commodo cedere debent, auctiones & incrementa facto, & iure testatoris prouenientia, ex regula l. Pomponius 13. §. cũ quis adminiculo, ff. de acquiren. 259 possess. vt ex vna persona cõmodum acquiratur, & incommodũ respuatur, si enim hæres ex titulo hæredis cõmodũ cõsequitur, cogẽdus est incommoda reportare, ex æquitate naturali, scripta in supra mentionata regula secundum naturam, late Pereg. ferè in nostris terminis de fideicommiss. artic. 10. num. 29. firmãs id quod mox dicebamus ꝓportionem naturalem consistere, in conseruanda æqualitate incõmodi, cum commodo, incremẽti cum decremeto.

260 Et hac æqualitate considerata diximus in superioribus, ex Oldrad. cons. 24. & 240. nu. 6. Benedictus in cap. Rainuntius, verbo Cætera bona, num. 35. Tiraq. de retract. ligna. in fin. titul. num. 110. ex Cald. Perei. Castill. & alijs bona feudalia, & emphiteuticaria consolidata, cum proprietate bonorum, post mortem testatoris, quia forsan finitur linea, ad cuius fauorem fuerant inuestita, vel alia de causa, venire ad vtilitatem vsufructuarij, quia etiam è contrario, si fuisset bona similia in hæreditate mariti, & per eius mortem, vel alicuius ex filijs finita esset linea. vel aliás ceciissent in commissum, facto defuncti, debuisset vidua seu vsufructuarius quilibet pacientiam præstare, vt bona ad dominum redirent proprietariũ, quia par debet esse ratio incrementi & decrementi, augmẽti, & diminutionis.

Rationem vero deduces ex l. Paulus respondit 29. de pignor. per argumentum à cõtrario sensu, ibi: *Sed postea ab hærede eius ex alia causa acquisita sint*, vt inde dicatur quod si ex alia causa quã propria quęratur veniant sub hipotecis.

261 Ex his perpensis intrat tunc illa interpretum & pragmaticorum obseruatio desumpta ex l. Paulus respondit 29. de pignor. à contrario sensu desumpto ex illis verbis: *Sed postea ab hęrede eius ex alia causa acquisita sint*, vt sensus sit, quod acquisita per hęredem post mortem testatoris ex alia causa quam hæredis, nullatenus veniant sub bonorũ hipotecis, vt exinde sequatur, è contrario, quod si ex causa hęreditaria ad hęredẽ peruenissent, ad quem deficiente titulo hæreditario non essent peruentura, tunc cadant sub bonorum obligatione fuit hæc sententia originalis Bart. in l. cũ tabernã prope finem, de pignor. late omnes in d. l. Paulus respondit, vbi Salicet. & Odofredus glos. in fin. l. final. C. quę res pignor. obliga. & glos. magna in l. assiduis, C. qui potior. in pignor. Deci. con. 238 num. 5. vers. Quinto quæritur, Gratus cons. 160. num. 51. versic. Sexto fuit, lib. 2. Tiber. Decian. cons. 28. num. 17. versicul. Primo dubitatur lib. 2. Negusan. de pig p. 2. memb. 2. num. 54. quam regulam multis exornatis exemplis, apud supradictos reperies quam videbis apud Peregrin. de fideicommiss. artic. 10. per totum & quia Fontanel. in d. glos. 3. p. 3 num. 73. ex responsis (vt ipse asserit) dicti Marchionatus regu-

lam

lam legitimare curauit, multa notabilia prætermittendo duxi quæ forsan facerent rem apertam & manifestam, vt ex his omnibus fiat certũ, quod si substituti successio magis tribuenda sit testamento relato, quã donationi referenti, & consequenter iure proueniat hreęditario, videtur dicendum, vt tenutæ sit locus.

262 Cęterum quamuis hęc ita iuris conformia esse appareant, & etiã si ꝑ indubitato habuerim similia bona vigore substitutionis, ad fideicommissarium obuẽta fuisse hęreditaria, & considerari tanquam procedentia, non ex donatione (prout voluit Fontanella vbi supra) sed ex testamẽto, prout voluit Cancer. & si dictus Fontanella; in causa Marchionatus de Quirra asserat, totum facere negotium, an dictus don Ioachinus successerit ex testamento, vel ex donatione, vt primo casu, res sit expedita pro tenutaria, vt tũc sit locus decisioni nostræ quoad ius faciendi fructus suos, per supradicta, nobis autem adhuc dubium videtur, & sub vrgentissima difficultate consistens, etiamsi dictus don Christophorus substitutus ex testamento diceretur succedere, prout succedere semper nobis persuasum fuit, vt eo etiam casu, nec sit locus ius faciendi fructus suos, & consequẽter magis iuri constitutionis nostræ sit conformis, sententia reuocatoria & vltimo loco lata sub die decimooctauo Iulij 1615 referente nobili Philippo Tallada S.S.C. Senatore integerrimo Quod ad legitimanda motiua, quibus illa instruitur sententia, considerabam sequentia ad constitutionem nostram conducibilia.

263 Diximus enim in alio casu, dum de limitanda constitutione nostra ad bona subiecta fidei commisso tractabamus verba constitutionis cõcipi per casum genitiuum, ibi: *dels bens de son marit*, hoc est, *bonorum omnium mariti*. Hunc enim casum diximus importare dominium in propria & stricta interpretatione, vt post iura supra adducta, nempe l.2. C.de religio. & sumpti. funer. vbi reperies genitiuũ sub nomine *alterius*, importare dominium, addo glos. in c. 1. de postulatio. Pręla. verbo, Terram propriam, vbi Panorm. post omnes, num.26. alia glos. ciuilis, verbo fuerunt, in l. fin. C. de edict. diui Adrian. notabiliter Bart. doctrina in rubri. de noui oper. nũciatio communiter secuta, & licet aliquando largissima fiat interpretatio de isto dominio significato per verba genitiui casus, vt intelligatur de vtili, & directo, ad omnemque possessionem seu detentionem: nihilominus secundum subiectam materiam est stringendus, seu ampliãdus, & quando id contingat, Panorm. in cap. quia enim, de iudi. num.4. vbi Felin. & Deci. nu. 4. Et vnus est casus vt in propria & stricta significatione dominiũ intelligatur quando verba genitiui proferũtur á l. Cuius verba, 265 vt dicebat Ias. in rubric. de noui oper. num.4. sunt in propria significatione accipienda, & nullo casu improprianda, nisi aliud de intentione legislatoris constaret, & proœmialibus, seu aliás Iasonem sequuntur Rolan. con. 44. num.13. & in cons. 68. n. 15. volum.4. Riminald. consil. 454.

num.22.

num. 22. lib. 4. Eugenius con. 18. num. 15. & alij in materia vsufructus conducti per Castillo Sotomaior de vsufruct. cap. 3. nu. 41. Cardin. Thusc. in suis conclusio. littera V. conclus. 101. Barbos. l. quia tale num. 37. solut. matrim. alius Barbos. Augustinus in suis collectaneis quæ nuper ad nos peruenerunt ad ius canon. c. ex litteris, nu. 10. de sponsa. vbi infinitos allegat Rota apud Farina. in recent. p. 1. decis. 352. Atqui
266 si verba cõstitutionis nostræ sub genitiuo contenta, intelligerentur de dominio, quod non erat in actu penes hæredem, tempore quo vsusfructus viduę elargitur (vt in ꝓpposito casu, in quo supponimus post annum luctus donatarium purificata conditione sub qua bona fuerunt in donationem deducta ab humanis subtractum fuisse) impropriaretur, & non intelligeretur secundum propriam naturam: igitur ne violari dicamus supra dictã traditionem dicendũ videtur nõ dari vsumfructũ in bonis hęreditati obuẽtis post anũ luctus.

267 Quod autẽ verba impropria rentur patet, nam quoties lex facit mentionem de dominio, intelligitur de actuali, & non habituali, sic ferè in proprijs termi nis inuenio loquutum Augusti. Barbos. in mox allegatis recentissimis collectaneis ad ius can. sub cap. 4. de ætate & qualitate, num. 2. vbi verba illius decreta-
268 lis loquentia, de cura animarum dixit intelligenda de actuali cura, & non de habituali, allegat Capram conclu. 90. num. 78. & dixit canonizatum in Rota in vna Vicen. Prioratus, 2. Marcij 2612. coram Mançanedo, & addit rationem nostram, quia verba legis sunt in propria significatione accipienda: igitur cõstitutio nostra non est intelligẽda de dominio quod erat in habitu tantum in hęreditate & bonis testatoris, sed de dominio actuali, & ꝙ in habitu & exercicio erat in bonis mariti, sed huiusmodi naturæ non erant bona donata, cum in actu & exercitio fuissent penes donatariam tempore quo tenuta cum vsufructu delata fuit: igitur de illis bonis
269 constitutio nostra non venit intelligenda, imo potius verba illius eo deficiunt casu. Et per istã ratiocinationẽ satisfieri poterit ad argumenta quæ pro contraria parte allegabãtur, dicẽdo sufficere quod habitu tantum bona sint penes donatorem, seu testatorem, ducti ex l. si quis ita 49 de verbor. obligat. vt stipulatum dari cui voles, censeatur sibi stipulatum, vt intelligatur quando sumus in hominis dispositione, secus vero si á lege, tũc cum sit sumenda propria interpretatio verbi, non debet intelligi de dominio habituali, sed actuali, & in actu practico exercendo.

270 Et ad hanc ratiocinationem pertinent ea quę nos diximus sub glos. 4. num. 79. & 81. ad cõstitutionem *los impubers*, ad materiam præsentis constitutionis, vt non haberet locum in bonis subiectis fideicõmisso, quia qualitas adiuncta verbo intelligenda erat secundum tempus verbi, ad iura ibi adducta, quibus adiunge in optimo casu satis difficili, sed ad casum nostrũ adaptabili apud Gracian. discepta. forens 976. num. 14. vt sic intelligatur, de bonis quę erant tẽpore mortis mariti, in suo dominio, & cum in eo non fuerint

bona

bona similia, sed penes donatarium, consequens fiat, vt ad tenutam, & vsufructum non pertineant.

Sic in simili casu ratiocinati sunt interpretes, in casu confiscationis bonorum delinquentis, vt sub confiscatione veniant bona quæ delinquens habuit tẽpore commissi criminis, vsque ad sententiam, nullatenus vero bona, quæ obuenerunt post sententiam, etiamsi ex causa de præterito, per textum in l. si mãdauero 22. §. is cuius, ff. mandat. in fine ibi: *Quidquid postea obuenerit non sequitur fiscum*, alia iura recenset repertorium inquisitorum, verbo, confiscatio, in fine dictum textum extollit Bal. l. fin. in fin. C. quæ res pignori obligari poss. Pinellus in rubri. C. de bon. maternis. numero 3. Barto. l. circa formam, C. de iure fisci, lib. 10. num. *6*. Iason l. si stipulatio, §. cum stipulamur, de verbo. obligationibus, numero *6*. Abb. in l. quia circa, numer. 5. de priuilegijs, Cantera in loco mox
272 allegando. Et hoc non aliter fieri dicunt nisi quod verba text. in cap. cum secundum leges, de hæreticis in *6*. concepta reperiãtur per verba genitiui casus, vt patet ibi: *Bona hæreticorum, qui grauius & horribilius, ac detestabilius quam prædicti delinquunt, ipso iure de fratrum nostrorum consilio decernimus confiscata*, vt exinde dicatur solum in confiscatione venire bona quæ fuerunt in dominio mariti tempore criminis commissi, vt per Abbatem in cap. qnia circa, numero 5. de priuilegijs, late Cantera in quæstione criminali tangenti. punitio. delictor. cap. 1. numero 19. quem sic ratiocinatũ reperies. Igitur non mirum, si in præsenti dicamus, venire in vsufructu bona, quę tempore mortis fuerint penes maritum in habitu, & exercitio, & non quæ postea obuenerunt, cum sub eadem verborum formula concipiatur textus noster, atque textus in decretali secundum leges.

273 Nec oberit dicere decretalem, vt odiosam, & pœnalem restringendam, vt per iura vulgata, quod adeo verum est, vt si aliter verba interpretarentur, essent in tertij præiudiciũ, illius, qui habebat verum dominium, vt sic verba non extendenda, sed restringenda ad
274 vitandum tertij præiudicium: nam dici poterit (prout sępius dictum est) etiam in hoc constitutionis nostræ tractatu, in pœnalibus versari, diximus enim, quod licet respiciat fauorem mulieris, simile beneficiũ, tamen cum semper attendi soleat, quod principaliter agitur, cum sit inductum in pœnam hæredum non soluentium dotes, & (vt dicebamus in ratione decidendi huius temporis) ad puniendam inobseruantiam legis, quæ mandat infra annum dotes restitui, dicemus hic versari in pœnalibus, odiosis, correctorijs, & exorbitantibus à iure eommuni (vt sæpius á nobis obseruatum est) & probe agnouit illa Regia vltima sententia lata in causa Marchionatus de Quirra, sub die decimaoctaua Iulij 1615. Et in similibus legibus exhorbitantibus, pęnalibus, & correctorijs, regula est trita, vt interpretatio summatur su-
275

per illis, vt quantum sit possibile minus corrigant ius commune, & ab eo recipiant interpretationē, ad l. si serui 2. C. de noxal.actio.c.cum dilectus 8. de consuetud.Bal.l.Gallus,§.quid si is,de liber.& posthu.Surd.con.4 num.49.lib.1.& decis.43.num. 6.Portol.in tractat. de consort. & fideicom.legal.cap. 5. num.5. Gonçal.ad regul.8. Cancell.§.7. proœm.num.139. Gracian. discepta.976.num. 6. & sufficit vt çstimetur lex nostra odiosa,& ꝙ
276 recesserit á iure communi, omnis enim ab eo recessus dicitur odiosus & restringendus, cap.1. & 2.de fil.presbytero. lib.6.cap. quod dilectio 3. de affinitate & consanguin.Roman consil 448. num.2.Gracian. vbi supra nu. 8. Vnde cum iura inducentia con*fiscationem bonorum* restringãtur ex eodemmet iure, ad bona quę tempore delicti in habitu, & exercitio erant apud delinquentem, siue quod tanquã pœnales,intelligantur ita strictę,siue ex qualibet alia iuridica causa,quia sic legi placuit, ita etiam delatio vsusfructus in casu nostri textus, siue quia sit in pœnã inducta, siue ad accelerãdas dotiũ *solutiones,debet interpreta*tionē à iure accipere, vt intelligatur de bonis quę fuerũt habitu & actu tẽpore morę, id est finito anno luctus, vel in morte testatoris mariti,in quo lex delictũ(vt ita loquar)cõsiderauit cõmissum in retardata dotis restitutione.

Tandē considerabã quod sicut
277 in legato vsusfructus omniũ bonorũ,*solũ cõprehendũtur bona* quę fuerũt penes testatorem, & eius dominiũ, tẽpore cõditi testamẽti,nullatenus vero quęsita post illius confectionē, secundũ magis receptã sententiã, de qua testantur, Caualca. latissimè de vsufruct.mulier.relict.ex nu.85. cũ seqq.Alex.cons.25.n.2. vol.7. optimè Grassus recepta. senten. §.legatũ q.29.n.1.Sforcia Oddo cons.30.nu.7.vol. 1.Riciard. ad titul. de vsufru. instituta nu. 94.
278 Tesaur. qui ad partes examinat sub decis 168. quẽ meo iudicio secutus est eius filius Anton. sub lib.3.forē.q.81.n.1.quãuis enim ibi in contrariũ fuerit iudicatũ, vt venirẽt etiã quęsita post testamentũ,ita quia cõiecturæ militabãt in voluntatẽ testatoris, vt omnia cõprehẽderentur, & hãc quæstionem euidentissimã facit Castil.Sotomai.de vsufruc.c.44. à n.9 non obstãte,vt dicebat Tesaur.d.decis.168.n.7.ex Cephal. *con.773.n.12. quod testamentũ* incipiat roborari á morte testatoris,si igitur quæsita post testamentũ, non veniunt in vsufruc-
279 tu vniuersali,& sic quæsita vltra tẽpus in quo concipitur dispositio per supra dictam regulam legis iam hoc iure quarta, de vulgari,vt qualitas adiuncta verbo, Intelligatur ad tempus verbi; non minus in casu nostræ *constitutionis erit dicendum*, vt solum comprehendantur bona in vsufructu mulieris, quæ in dominio fuerint mariti, & eo modo, prout fuerint tempore mortis mariti, quod fuit tempus à lege nostra consideratũ, in danda qualitate bonorum, & vsusfructus viduis pro dotiũ acceleranda solutione. Non enim est incongruũ argumẽtum *de testatore ad legem, vt ratio*cinantur interpretes, ad §. disponat, in authentica de nuptijs.

Et

Et ne ab aliquibus passim increpari de inconstantia ex quo me viderint aliquando in supra
280 dicta facti contingentia respondere pro Comitissa de Quirra, domna Mariana de Pinos, dum Madriti assisterē de anno 1622. quo de retractanda vltima sententia tractabatur, dixi iustitiā assistere pro dicta domna Marianna, non ex supra dictis, sed ex capitulis matrimonialibus, initis, factis, iuratis, & concordatis, inter Comitem don Ioachimum, & præfatam domnā Mariannam de Pinos, Comitissam de Pinos, post factam donationem domnæ Alemandæ donatariæ, quibus expresse cautum fuit, dictę domnæ Mariānæ de tenuta dicti Comitatus de Quirra, & postea Marchionatus, rem dixi esse apertam, sicut enim potuit dictus Comes don Ioachimus donator vocare ad successionem testamentariam dominum temporalem Baronię de Nules, potuit etiam in casu deficientiæ conditionis, sub qua fuit regulata donatio, vocare domnam Mariannam ad tenutam, imo quod dictus don Christophorus, si voluerit se iuuari beneficio testamentariæ dispositionis soceri sui, Comitis don Ioachimi, ante omnia debuerat ex qua parte fuit
281 hęres approbare factum defuncti, ex vulgata l. cum à matre, cū similibus, C. de rei vendicatio. Vnde stante ista dispositione facta in pactis conuentis, inter cōiuges don Ioachimum, & domnam Mariannam, quę præcessit testamentum, cuius vigore don Seraphinus de Centelles proponitur vocatus, quæ fuit non minus potens ad declarandam voluntatem dicti Comitis, reseruatam sub facultate vinculandi, & disponendi, quam illa quę in testamento fuerit demonstrata, nil est quod impediat, vt tenuta cum iure faciendi fructus suos non concedatur, prout ipse concederem ratione pacti, quo vero deficiente, etiā si in illam veniam sententiam, vt bona dicantur ex testamento & non ex donatione prouenire, multum dubitarem, quia superiora me anxium generarūt. Et hæc satis de hac nona declaratione, plusquam cogitaueram diffusa.

Notabilia ex decima declaratione ad assumptū tertij temporis.

1 *Fructus ex hæreditate mariti omnes debentur vxori viduę post annum luctus, & in casu nostrę constitutionis, etiam si tales fuerint, vt in vno anno possent extinguere sortem dotis, cum numeris sequentibus, & per totam declarationem.*

2 *Alimenta in casu nostræ constitutionis in anno luctus debentur, etiam si supperent dotis suæ non solutę interesse. Et etiam si dotem non haberet.*

3 *Omnis dictio nihil excludit in sua vniuersalitate, & quid operetur in casu nostri textus.*

4 Fructus pignoris dotis, quando fiant mariti, & de materia c. salubriter de vsur. cum seqq.

5 Fructus pignoris dotis tũc in sortem non cõputãdi, quãdo nõ excedũt interesse iustũ quantitatis dotis, secus si excedut cũ pro modo excessus, computentur in sortem.

6 Vsuræ solum proportionabiles ad dotem & non immensę venire possunt ad commodũ mariti. verba c. salubriter de vsur. ibi; Fructus possessionẽ quæ sibi à socero sunt pro numeranda dote pignori obligatę, declarantur & expẽduntnr, & n. 17.

7 Constitutio nostra an aliquid diceretur de nouo inducere si vidua tantum fructus proportionabiles ad dotem facere suos.

8 Vsuræ de iure, dotis non restitutæ nullatenus debentur viduis, nisi à tempore moræ regularis, per interpellationẽ commissæ.

9 Vsurę dotis debentur viduis post annum luctus per obseruantiam Senatus Sabaudiæ, etiam nulla interpellatione facta per viduam.

10 Vsuræ dotis nõ solutę cur debeãtur marito absq; alia interpellatione, & sine ista nõ debeãtur viduæ in repetitione, & de ratione diuersitatis nu. 22.

11 Ius regulariter plus fauorabiliter procedit in repetenda, quam in constituenda dote.

12 Vsuræ dotis non solutæ debentur marito ipso iure absque interpellatione aliqua à die supportationis onerum matrimonij.

13 Iuramentum supplet interpellationẽ & facit vt ipso facto adueniente tempore solutionis contrahatur mora regularis.

14 Vsuræ dotis an debeantur marito quando dos non in pecunia, sed mercibus, & alijs rebus est soluenda.

15 L. fi. §. præterea, C. de iur. dot. declaratur & expenditur.

16 Vsurę dotis nõ solutę an debeãtur marito, quando dos ab alio, quam vxore & socero illius reperitur promissa.

17 Legis verba semper adaptãtur ad eaquę sũt frequẽtioris vsus.

18 Verbũ socer, & verbũ generi de quibus in c. salubriter, de vsuris, an restringant dispositionẽ suã ad socerũ & generũ tantũ.

20 Dictio si quis, late patet & nõ potest restringi ad certum genus personarum, imo dicitur distributiua ad omnes terminos num. 21.

23 Dotis contractus, cum sit bonæ fidei sit eiusdem naturę cęterorum contractuum vltro citroq; obligatoriorũ, ex parte mulieris ad soluendum dotes, & ex parte mariti ad onera sustinenda matrimonij.

24 Vẽditor tradens rẽ venditam non soluto pretio recuperat vsuras rei venditæ à die traditę rei absque alia interpellatione vltra irregularem per adimplementum contractus.

25 Maritus quare recuperat vsuras à die sustentationis oneris matrimonij absque alia interpellatione, & an hoc sit iure speciali, vel iure communi, numero 26.

29 Vsurę dotis non solutæ an debeantur marito ante biennium à die sustentationis matrimonij computandum, cum de iure non debeantur nisi a biennio

28 L. fin. §. præterea, de iure dotium declaratur, & enodatur.

29 Dictio si, importat cõditionem.

30 *Actus conditionatus in tota sua dispositione habet substantiam in conditione.*
Forma nō seruata totus corruit
16 *actus.*
31 *Cap. salubriter, de vsuris, licet loquatur de vsuris proportionatis ad dotem, non ita constitutio nostra est intelligenda.*

Decima declaratio ad argumētum ex 3. tempore desumptum.

1 DEclaratur decimo loco argumentum huius temporis vt procedat, etiam & in casu quo fructus bonorum mariti, in primo anno extinguerent, vel extinguere possent sortem principalem dotis mulieris, ob cuius retardatā solutionē, fructus elargiuntur, vel quomodocumque excesserint, vel supperauerint interesse damni emergētis, seu lucri cessantis, causatum ex retētione dotium viduę: quod satis fundatur, in clara & indefinita verborum formula, qua prędens nostra concipitur conititutio. Qua inuenies cautum, viduā infra annum luctus, fuisse ex bonis mariti sustentandam, post annum vero, fructus bonorum *omnium* mariti facere suos. Et quē admodum propter indistinctam locutionem, in elargiendis alimentis in anno luctus, fit interpretatio, vt debeantur etiam si supperassent dotis interesse: imo & in casu quo mulier nil in dote habuisset, cum hæc dotis qualitas non consideretur in textu nostro, sicut in iure erat considerabilis, vt admodū quantitatis illius regularetur alimentorum taxatio, vt fusius dictū fuit in secundo tempore. Ita etiam, & propter vniuersalem, & indefinitam fructuum elargitionem, per verbum *omnium*, cōceptam. cuius dictionis natura nil excludit, & ad summū protrahit fines. ad legem Iulianus 66. l. textoribus 59. de legatis 3. Decius l. omnia in principio, si certum petatur, Gutierrez in Canonicis libro 2. cap. 1. numero 28. Tiraquellus l. si vnquam, verbo, totam, numero 1. C. de reuoca. Surdus decisione 265. numero 30. Gonçalez ad regulam 8. Cancellariæ, glos. 6. numero 21. Gracianus decisione 24. numero 5. Riccius decisione 278. parte secunda, Antonius Monachus decision. Florentina 69. numero 7. & decisione 71. numero 28. Rota apud Seraphinum decisione 584. numero 3. late Augustinus Barbosa de clausulis & diction. 207. dicendum erit omnes fructus venire ad vtilitatem viduæ, cedereque eius commodo, etiam si interesse damni emergentis, & lucri cessantis, excesserint, habito respectu ad quātitatem dotis, etiam si sortem illius extinguere possent in primo anno, cum aliàs verbum, *Omne*, impropriaretur in casu legis nostræ, quod tamen non est ferendum, vt mox dicebamus, de verbis legis in proprio, & stricto significatu accipiē dis.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Et si enim cõtra istam obser-
4 uationem ratiocinari possit, ex his quæ interpretes tradunt ad materiam capituli salubriter 16. de vsuris, vt sicut sub illa decretali fructus pignoris procedentes, ex fundo pignoraticio in dotem dato, fiant mariti, absq; imputatione illorum in sortẽ principalem, abrogando regulam l. 2. C. de pignora. actio. ita vt pro modo interesse dotis ad damnũ emergens, & lucrum cessans, taliter quod fructus excedentes iustum interesse, seu interusuriñ (quod vt dicemus infra esse sub
5 vsuris commodi percepti recõpensatiuis) minuent sortẽ principalem, vt si dos fuerit in centum cuius interesse potuerit esse in quinque (secundum nostrã communem prouincialem æstimationem) vel septem pro centenario. Et fructus pignoris fuissent in decem, quinque vltra legitimas vsuras percepti, debuissent in sortem computare, secũdum magis communem receptam sententiam quam ex Didaco colliges libro. 3. variar. cap. 1. num. 3. versicul. probatur, & versiculo *Quamobrem*, & *in versi.* fina. *6.* illationis, Palac. Rub. in 6. notab. cap. per vestras, de donationib. inter virum & vxorem, §. 8. numero 5. versiculo, Intellige tamen, qui dicit esse de mẽte Bald. l. fin. §. præterea, versiculo Adhuc est dubium, C. de iure dotium, & videtur de mente Surdi de alimentis, titulo 1. quæstione 42. numero 53. Gomez l. 50. Tauri numer. 30. versiculo, Quod tamen limita, & intellige Capicius decision. 65. numero 5. notante Mantica de tacitis & ambiguis conuentio. lib. 11. titulo 10. numero 39. & Ne
6 gusan. de pignor. par. 5. memb. 5. num. 16. in fin. Alex. l. insulam, §. vsuras, solut. matrimo. in fin. vt sic vsurę solum proportionabiles ad dotem, & non immensę, veniant ad commodum mariti, etiã si decretalis cõcipiatur per dictionẽ indefinitã *fructuũ*, vt patet ibi, *Sane generũ ad fructus possessionũ quæ sibi à socero sunt pronumeranda dote pignori obligatæ*, sic etiam vsusfructus proportionabilis ad damnum dotis nõ restitutæ, tantum dicantur elargiti, vt sic constitutio nostra recipiat interpretationem ab illa decretali *salubriter*, vt eodem computo facto, nullus aliàs recipiat fructus, nisi proportionabiles ad recompensam dotis, vel dãni dati, vel inferendi, ob retardatam restitutionem.

Neque potuissent (hac facta interpretatione) viduæ conque-
7 ri, de inutilitate constitutionis, & quod nihil de nouo consequerentur, satis enim eo casu dici possit, beneficiari viduas, cum possint vsuras exigere, ob retardatas restitutiones dotium, quas noluit ius concedere ante interpellatio-
8 nem, vel moram regularem, vt est in ore omnium interpretum, pragmaticorum, & Senatuum, vt per nostrum Fontanellam de pactis nuptia. clausula 8. glos. 1. numer. 25. & 26. Couarr. var. lib. 3. cap. 1. numer. 3. versic. Sexto, Gaspar Roder. de annuis reddit. lib. 1. q. 7. num. 53. Sanch. de matrimon. libro 7. disput. 87. num. 30. Barbos. l. 2. num. 40. solut. matrim. Gracian. disceptat. 563. num. 40. & discep. 224. & iterum 427. & in decione Marchiæ 126. & pluries respon-

dit

dit Rota apud Cardid.Mantic. decis.171.apud Alexand.Ludouisium 204.nu.29.& decis. 269.n. 1.& decis. 273. nu.8. & licet in contrariam iuerit Senatus Sebusianus, concedendo viduis vsuras dotium,non restitutarum post primum annum, à morte mariti,vt per Antonium Fabrũ, sub duabus definitionibus 5. & 11.in tit.de rei vxor.action. sub suo Codice. Ingenuè tamen fatetur id factum esse,prẽter iuris dispositionem,communẽ traditionem,& omnium obseruantiã quam tenent,ad cap. salubriter, de vsur. omnes Canonistę, vbi Anna.cum alijs per nostrum Frãcisc um Molinum allatis de rit. nupt. libro 3.cap.39.num.51.& 54.Rota apud Puteum decis.71. & 107.libro 1.alias congerit decisiones Rotales Gracian.discept.848.& ante hos omnes Alex. l.diuortio num.24.solut. matrimonio,qui firmiter tenet, absq; labe vsurarum, nullatenus posse cum temporũ dinumeratione adiungi pœnam quantitati soluendę, satis igitur constitutio nostra, etiam si restringeretur ad terminos dicti cap.salubriter vt supra enodamus operata esset beneficium, elargiendo viduis seu mũlieribus fructus bonorum mariti, pro modo quantitatis restituendæ, compensabilis damno passo, in non soluta dote, cum ea restituta nil aliud mulier consequi posset.

10 Et si quæris de ratione diuersitatis cur in dote cõstituẽda,nõ ita obseruatur respectu mariti, atque in restituẽdare spectu vxoris viduę, in hac vsurarum materia,pinguius ius disponendo in

11 illo,atque in isto casu, cum regulariter ius,plus fauorabiliterpro cedat, & cum exuberãtibus prærogatiuis in repetenda, quam in constituenda dote, vt colliges ex l.Atillicinus 17.de pact.dotal. iuncta l.vna, C.de rei vxor.actio. Et tamen in hac materia vsurarum,meliorem videbis cõditionem mariti, in exigenda dote sibi promissa,quam mulieris in repetitione facienda de dote soluta,& penes maritum existente, pro qua agere non poterit ad vsuras,nisi à die contractę moræ

12 regularis, per interpellationem commissę,vt dicebamus,& tamẽ maritus agit ad vsuras dotis sibi promissę,& non solutę, à die cõtracti matrimonij,& ab illo quo incepit onera matrimonij supportare,& sic à die moræ irregularis,commissę per istam onerũ matrimonij sustentationẽ,quod non solum de iure ciuili reperies inductum per l.in insulam, 43.§.vsuras,solut.matri.l.cũ post 70.§.in dominium, de iure dotium, cum alijs iuribus, quæ allegat Gomez.l.50. Tauri,numero 30. Sed de iure pontificio, tanto magis cautè procedente, & nimis strictè in permittendis vsuris, vt in percelebri illa decretali allegata,cap. salubriter, 16. de vsuris, quæ licet apertè non concedat vsuras, seu interesse dotis non solutæ, cęterum permittendo perceptionem fructuum, ex fundo in pignus dotis dato,absque sortis diminutione, contra naturam contractus pignoratitij, vt semper fructus ex pignori percepti cedant in sortis compensationem (vt diximus)ex lege secunda, C.de pignoratitia actione, visum est virtualiter vsuras ob retardatam dotis solutionem permit-

tere, vt ex Alexand.consilio.31. col.2.ver.Nam paria sunt, lib.6. & ex Surdo cons.194.num.14. lib.2.adnotauit Gracian.discep. forens.lib.5.cap.920.num.6. Et in hoc conueniunt ferè omnes, vt vtroque iure, debeantur vsuræ marito, per dicta iura à die sustẽtationis onerum matrimonij absque alia interpellatione, ex Bart.Castr.Alex. & alijs communibus in d.l.in insulam,§.vsuras,solut.matrim.& in l.de diuisione eod.Aiunt enim actionem de dote esse bonæ fidei,& in his bonæ fidei iudicijs mora irregularis facit debere vsuras,Bart.in d.§.vsuras,num.2.Aretin.§.fuerat,num.4.vbi Ias.num.6. & generalis procedit obseruatio interpretum in l.de diuisione, solut.matrimo.vbi Bart. numer 3. Socin.num.9. Clau.num.8. Vincent.num.10.Zas.num.12.& Petrus Barbos.num.9. qui nõ paucos recensẽt, & ad partes examinat Cagnol.l.curabit præses,nu. 41. C. de action.empti, Anton. Gabr.tit.de solution.conclu.10. Couarru.resolu.lib.3.cap.1.n.3. Plot.de in litem iuran.§. 11.nu. 4.& 18.asserens á Canonistis,& Legistis receptũ,Gracian.alleg. discept.920.num.18. & 19. vbi allegat Phanncium de lucro dotis,verbo,Restituenda,num. 55. at testando decisum in Rota in vna Segolianen.dotis, corã Pãphilio 26. Iunij 1606. & in alia Cesenaten.dotis, coram Reboldo 2 Decembris 1616. Idẽ Gracian.discepta.427. & sequuntur ferè omnes Senatus, vt in Neapolitano apud Afflict.decis.284. Grãmatic.decis.70. Polid. Ripa obserua.19.num.1.Anton.Thesaur.decis.43.num.2.& 45. Ant. Faber in suo C.sub rubr. de iure dot.diffin.22.42. & 55.& sub rubro de dotis promissione, diffi. 6.& in tit.de vsur.& fruct legat. diffin.8.Osasc.decis.133. & Marius Giurba decis.70. num. 1. & 2.Griuel.decis.Dola.149. infi. don Francis. del Castillo decis. 51.nu.28.& 29.Rota apud Cardinal.Bononien. decis. 573. nu. 6.cũ seqq. & Auctor noster nupriarum lectionum, & vt ipse voluit de pact.nupa.claus.5. glos.8. par.15. ferè per tot. & clausu.6. glos 2.p.6.nu.1.

13 Et minus potest haberi dubiũ in hoc nostro Principatu in quo de communi stylo dotes promittuntur solui,cum iuramento, & vbi hoc interuenit,ipso facto cõtrahitur mora regularis, quę in omnẽ euentũ inducit vsuras. extũc quia iuramẽtum supplet interpellationẽ,Alexã. & Deci. in l.quod te, de reb.cred. Panorm. in cap.breue,de iure iuran.Rip. l.2.§.voluntatem.solut. matrim. Couar.var.lib.3 cap.17.n.4.& 5.

14 Quod intelliges, in quacumque specie dos consistat, non solum quando pecuniæ dantur in dotem,sed si iocalia, vestes, merces,aurum, & quodlibet aliud genus suppellectilium, vt cõtra Caualcanum tenentem solum concedi vsuras in terminis quibus loquitur cap. salubriter, de vsuris,seu quando dos in pecunia consisteret, concluxit Senatus Siciliæ sub allegata decisio. Giurb.70. á num.55. fundatus in verbis & contextura, & præterea,l.fin.C.de iur.dot.ibi: *Sin autem alię res præter immobiles,vel aurum fuerint in dotem datæ, siue in alijs quibuscumque rebus. &c.* & est commune omnium votũ, vt per Alexan.cons.73. Surd. de aliment.tit.1.q.42.nu.147.Costa

15

de

de portio.rat.q 155.num.15. Molin,de iust.& iur.disput.432.nu. 2.5.& 6.Cephal.cons.485.n.111. & num.112.

16 Intelligendo etiam eandem obseruationem de exigēndis vsuris per maritū à die onerum matrimonij, nō solum aduersus socerum promittentem dotem, seu aduersus mulierem tantum, vt voluit tentare Bart. in d.l. de diuisione, quem voluerunt sequi Fortun.Garc. de vltim. fin. illat.6. & eum defendendo Couarr.var.lib.3.c.1.ver.Cęterum, sed etiam aduersus quemcumq, promissorem extraneum, voluntariè, & absque vlla iuris necessitate dotantem, vt contra Fortun.Cou.& Bartol. defendit Nauarrus in repetit.can. si fœnera ueris,14.q.3.à num.49.65.& 66. & in suo Manua.Valasc.consult. 8.num.2.Mar.Giurb.allegat. de cis.70.num.1.in fin. Surd.consil. 269.num.10.Roder. de ann.red dit.lib.3.q.7.num.52. Augustin. Barbos.recentissimè in suis collectan.ad ius can.sub d.c.salubriter,num.4.(Tametsi enim verba illa c.salubriter. ibi : *generum ad fructus*, limitare tantum existiment,ad exactionem vsurarū, in terminis demonstratis tātum per similia verba,*inter solum generum & socerum*. Cæterum considerato,quod regulariter verba legis ad ea quæ sunt in frequentiori vsu,solent exprimi,& ita regulariter interpretātur non ꝙ reducant dispositionem ad illū casum ad celebrem glossam in Clemen.1.verb.Præsidentes, de rescript.alia glos.verb.Sponsam, in l.vnica,C.de rapt.virg.l.1. C. de his qui ad Eccles.confug.late Petr.Peral.in l.Lucius,num. 22. de lega.2.Acost. in cap.si pater, verbo,si absque liberis;num.26. de testamen.in 6.Rebuf. de nomina.q.5.num.3.& nos alibi dixeramus, vt exinde quamuis de cretalis illa suam concipiat dispnsitionem per verbum *socer*,& verbum *gener*, quia frequentior vsus dotandi, & promittēdi dotes,venit in simili genere personarum,fit harum mentio , nō vero animo restringendi dispositionem ad personas nominatas. 16 Animus autem decretalis satis apertus significatur sub finalib⁹ verbis , dum dicit cum regulariter fructus dotis non sufficient ad onera matrimonij supportanda,super ista igitur instantia fundat dispositionem,& cum illa vigeat ihdiscriminatim in qualibet persona dotāte, nō est quod restringatur ad personas nominatas gratia frequentiotis vsus. Et facit l.de diuisione,& d. l. in insulam,§.vsuras , quarum ll.de cisiones indistinctè concipiūtur & apertius in l. fin. §. præterea, C.de iur.dotium, vbi per verba, 20 *si quis* dispositio formatur , quæ sunt generalia ex sui natura non restrictiua ad certum genus personarum,vt late per Bertazol.in l.si quis maior, C.de transactio. num.69.& 73.l. si quis id quod, in princ.ver.Sed vt vtrum, de iurisd.omn.iud. Gonçal.ad regulā 8.Cancell.glo.37.nume.15. Menech.de præs.lib.4.prę. 89.n.48 Et distributiua dicitur omnes terminos comprehendens, ad l.qui filiabus 17.§.1. de lega. 1.l.si necessaria 8.§.si annuas,de pignor.act. Tiraquel.l.si vnquā, num.40.verbo,Omnia,C.de reuocan.donat. Barbos. de clausu. & dictio.322.n.3.

21 Rationem igitur diuersitatis (ad casum redeundo) cur hic ita

sic,

sic,& secus ibi, sit introductum, hoc est.cur hic dum agimus de marito exigente dotem promissam veniant vsuræ à die oneris matrimonij, absque alia interpellatione, & ibi quando vidua respexit dotem, excluditur à petitione vsurarum,nisi á die interpellationis. Deducere poteris, si aduertas, quod contractus dotis
23 est cæterorum contractuum naturæ, qui vltrocitroque obligát, hoc est,ex vtraque parte obligatorius. Vt per similem dotis contractum maritus sit obligatus ad onera matrimonij sustinenda,vxor autem,ad res dotales tradẽdas marito, ad similem finem sustentandi onera matrimonij cõsequendum,l. dotis fructus §. in princ.de iur.dotium,Alexan.cõsil.147.num.1.lib.5. Atqui in cõtractibus omnibus vltro citroq; obligatorijs, regula est indubitata,vt adimplenti ex sua parte factum,alter deficiens adimplere,
24 teneatur ad interesse adimpléti quanta sibi interesse potuit,non fuisse adimpletum contractum, ad l.curabit præses 5.C.de actio. empti,l.Iulianus 14.§. ex vendito,de actio.empt.l.fin.§. final.de fund.dota.explicat notãter Purpura.l. 1.numer.56.C.de summa Trinitate,late Couar.var. libr.3. cap.4.per totum, Gutierrez in canonicis cap.39.num. 19. Solis de censib.lib.2.cap.1.numer.38. Petr.Barbos.l. de diuisione, nu. 13.& 14. Cancer.lib.3. var.c.7. num.17. Alexand. Trentacinq. var.resol. lib.1.tit.de vsura resol. 2.& tit.de interesse,resolu.1.nu
25 mer.16.Anto.Faber de error.de cas 11.error.1. Vnde cum maritus,ex sua parte adimplementum dederit contractui dotis,sustinendo onera matrimonij,mulier autem defecerit, in solutione, versante, seu vrgẽte illa inæqualitate,vt mulier sustẽtetur á marito, & ipsa seu promissor fruatur dote, fit consequens legitimè deberi vsuras, ex die adimplementi per maritum, non iure speciali, seu priuilegiario dotis,sed iure communi, & iure
26 illo competenti omnibus vendi toribus, seu celebrantibus cõtractus vltrocitroque obligatorios & ex parte sua adimplentibus. Et cum hæc ratiocinatio nõ possit verificari in vidua, agente ad dotis recuperationem, fit inde verum, vt vidua non repetat vsuras nisi à die morę regularis, per interpellationem commissę cum illa irregularis per adimplementum contracta, in ea cõsiderari nequeat, atque in marito onera matrimonij supportante.

Cæterum supradictæ communi obseruationi qua tribuuntur
27 vsuræ marito ob retardatam dotis solutionem, ex tunc quo incepit onera matrimonij sustinere, cum difficultate assentirem saltem ante biennium computãdum à die sustentationis onerũ, cũ ante hunc terminum Imperator Iustinianus cursum vsurarũ impedire voluerit sua lege expressa,ad id inducens quam habes sub.l.fin.§. præterea, de Iure
28 dotium,ibi:*Si ex tempore matrimonij biennium transactum sit illico reddituum,vel pensionum &c. itidem post biennium vsuras vsq; ad tertiam partem centesime præstari.* Quid igitur apertius potuit ab aliquo legislatore induci,quã ab ipso Iustiniano,pro impediendo cursu vsurarum ante biennium,dictio enim *si*,sub qua
29 inuenimus dispositionem Iustineaneam conceptam nõ impor-

tat

tat conditionem? vt diximus ad tracta de succes. impuber. glo. 5. num. 133. & 19. & demonstrat
31 fusè nos allegando Augusti. Barbos. de clauſ. diction. 313. Actus enim ſub conditione formatus, & quando conditio apponitur toti diſpoſitioni, nonne inducit formam? qua non ſeruata totus corruit actus? vt ex Felin. in cap. cum dilecta, num. 6. de reſcript. adnotauit Garci. de benefic. p. 1. cap. 5. num. 412. Gracian. diſcep. foren 995. num. 14. Quid eſt ergo quod dubitemus, quod ex quo lex ſub conditione per dictionē, *ſi*, formatam erogauerit *vſuras*, ſi intra biennium nō ſoluatur dos, voluerit, vt nō aliàs, aliter, nec alio modo, niſi purificata conditione per lapſum biēnij, adimpletam ſoluantur vſurę, cur ergo ante tempus à lege prę finitum, communis obſeruantia conceſſerit vſuras maritis, & voluerint facere moram irregularem, lege reſiſtente, quæ fuit vt ante biennium non committeretur.

31 Redeundo igitur ad caſum declarationis, quamuis ita decretalis illa ſalubriter, loquens indefinitæ fuerit redacta ad vſuras proportionabiles dotis, non tamen in caſu noſtro, erit admittēda ſimilis reductio, cum verba vniuerſalia compoſita per verbum, *omnia*, quæ reperimus in textu noſtro impropriarentur, contra ſuam naturam, quam diximus fuiſſe, nihil excludere, & aprimè quando indefinitę locutioni vniuerſalitas adnectitur, vt diximus ſupra inueniri in textu noſtro vbi ſub verbo, *bonorum*, indefinite profato, additur verbum, *omnium*, quod non ita reperies in cap. ſalubriter, de vſuris, & ſic vſus noſter (optimus legū interpres) obtinuit, vt omnes fructus immēſi comprehendantur ſub tenuta, etiam ſi exceſſerint fructus dotis, cum verba conſtitutionis noſtræ ſub ampliori ſignificatu concipiantur, atq; ſunt concepta ſub dicta decretali ſalubrter.

Notabilia ex vndecima declaratio. ad aſſumptū tertij temporis.

1 *Dotis & ſpōſalicij ſolutio, ſeu reſtitutio, vt impediat, tenutam, & ius faciendi fructus ſuos; debet eſſe integra, & in minimo non deficiens, aliàs pro non facta habenda, & nu. ſeqq.*

2 *Dictio* integrè, *ſeu* integriter. *ſignificat vt actus non deficiat in minima parte, & debet conſtare omnibus ſuis partibus, & numer. 4. & 5.*

3 *Actum adhuc non dicitur donec aliquid ſupereſt agendum.*

4 *Dictione* tota, vniuerſa, omnis, *non ita latius patent, atque dictio* integra.

6 *Falcidiæ detractio nō datur vbi legatum iubetur integraliter præſtari.*

7 *Regula vt qui nō habet in ere luat in corpore, quomodo intelligenda, & optimè delarata.*

8 *Calumnioſus litigans ſi non habet in ere luere debet in corpore etam ſi in minimo deficiat in reſtitutione expenſarum.*

9 *Temere litigans ſi non habet in*

gere pro expensis soluendis liberatur cedendo bonis.

10 Minimum, seu modicum non est in consideratione, quomodo hoc sit intelligendum.

11 Modica nunquam solent esse nosciua, nec includuntur sub alt qua legis generalitate, num. 12. cum purum & nihil idem siant.

13 Restitutio in integrũ in modica seu minima læsione nullatenus concedi solet.

14 Dos ex minima seu modica quãtitate constituta, non potest dici dos.

15 Simonia non generatur ex modica re data seu promissa.

16 Furtum non dicitur in materia peccati ex paruitate materiæ, quidquid sit de foro iudiciali exteriori.

17 Alienationes rerum Ecclesiæ paruæ æstimationis, vt sunt terrule fieri possunt absque consensu Apostolico ex paruitate materiæ.

18 Testes in causa parui interesse à testimonio non repelluntur, etiam si in causis magni interesse repelli possent.

19 Minima seu modica tunc demum sunt eiusdem considerationis, atque magna quando proportionabiliter ratio magni cadere potest in minimo.

20 Minimum seu modicum in casu nostræ constitutionis, an proportionabiliter cadat sub dispositis in ea atque in magno.

21 Commissum committitur inter emphiteutas non soluendo minimam partem Canonis, atque si totum canon non soluerentur, & de ratione.

22 Emphiteuta sicut denegando solutionem integram canonis domino directo, hunc dicimus contemni ita denegando soluere minimam partem contemnere dicitur.

23 Depositum vt efficaciter deponentem liberet, debet esse integrum, & si deficiat in minima parte tam sortis quam vsurarũ erit inefficax, n. 24.

25 Solutio in actu conditionali debet fieri integrè, adeo vt defectus in minima parte vitiet solutionem, secus si solutio sit facienda in actu puro & simplici.

26 Solutio, seu dotis restitutio quo modo in casu constitutionis nostræ desideretur per modum cõditionis.

27 Dictiones donec, & quousque quãdiu, & similes vbi adjiciuntur faciunt actum conditionatũ & late de illarum significatu.

28 Constitutionis nostrę cersus sub illis verbis, Donec & quousq; sit integriter satisfactum, exponitur & adducitur.

29 Conditiones sunt in propria & specifica forma adimplendę.

Vndecima declaratio ad argumentum ex tertio. tempore de sumptum.

1 DEclaratur 11. loco conclusio, & text. noster in illis verbis: *Fins a tant que a ella en lo dot, e sponsalici seus sia integrament satisfet.* Hoc est, *Donec & quousque eidem in dote & sponsalicio suis sit integriter satisfactũ*, vt ita demum solutio, seu dotis restitutio per hęredes mariti facta, faciat cessare tenutam, &

ius

ius percipiendi fructus, si fuerit integra, & omnibus partibus & numeris absoluta, & in aliquo etiam minimo, seu obolo nō deficeret, aliás si in modico & minimo deficeret, quia tunc non esset integra, vt desiderāt verba constitutionis nostræ, non impediret tenuitam, & ius percipiendi fructus, Mier. hic in textu nostro nu. 123. quod inesse verbis constitutionis nostræ non obscurè demonstratur expendendo dictionem illam *integre*, seu *integraliter*, importantem, vt nō deficiat solutio in minima parte, *integrum* enim illud solum dici potest, quod constat omnibus suis partibus, sicut non dicitur perfectum si aliquid deficiat, l.1. de origin.iur. Non enim poterit dici actum quoties aliquid supperest agendum, l. fin. C. de his quib.vt indig. Rota apud Mā tic.decis.2.numer.3. Nihil enim actū intelligitur donec aliquid superet agendum, l.penul.in fin. C. ad Sillanian. in optimo casu Card.Mantic.de tacit.& ambig. lib.14.tit.44.nu.11.

3

Possunt plura iura adduci, quæ faciunt pro ista declaratione l.decem 6.in finalibus verbis ibi: *tota & integra*, de fideicom. liberta.l.1.C. de his quib. vt indign. ibi: *integros fructus*, late Iaf. l.post dotem num.33.solut. matrim.& in l.fin.C.ad l.falcid. Alexand.in d.l.post dotem in fine, faciunt etiam notata per Rip. l. Centurio num.130. de vulga. & per Socin. Iunior. consil.170. nu. 34. Alia etiam iura allegat Peregrin.de fideicom.art.3 num. 90. vbi ait dictiones, *totā*, *vniuersam* seu *omnem*, non latius patere atque dictionem istam *integram*, importans á sua natura præstationem plenam, ex nulla parte diminutam, Surd.con.511.nu.7. Gracian. discepta. foren. 823. num.5.

4

5

6

Sic videmus in legatis relictis sub qualitate integraliter soluē dis, non dari locum falcidię, cū eo casu non diceretur integra præstatio, l.1.§.cum dicitur, ff. si cui plusquam per l.falcid. l. quitotam 59.ad Trebel.l.fin.C.ad l. falc.Alexand.consil.5.num.10.lib. 3.&consil.133.lib.5 Rebuf. l.sylua cedua 30.§ integra, ver. Secūdo integrum, de verbor.significat. Menoch.consil.374.à num.5 ad num.16.Peregrin.d.art. 3.n. 9.versic. Difficultas est, vbi de alijs iuribus & autoribus, Graci. allegata discepta.823.num.7.ex quo igitur constitutio nostra per verbum *integre* dat formam solutioni, vt hęc sit suis partibus absoluta, si deficeret in minimo, & in obolo, ex quo non posset verificari qualitas integræ solutionis, absque dubio, non euitaret similis defectuosa solutio, penas huius nostri textus, aduersus hæredes impositas.

9

Iuuatur hæc ratiocinatio ex notatis per Deci.in cap.1.nu.3. de appellat. quæ prosecutus est sub l.si quis id quod, de iurisdic. omn.iud. num.18. vbi agens de illa vulgari regula, quam in d.l. si quis id quod notarunt interpretes, vt qui non habet in ære, luat in corpore, ad l.fin.de in ius vocan.l.penul.de pœn. C.finem litibus de dolo & contum. can. fraternitas 12.quęst.2.Couaruu. var.lib.2.cap.1.num.8. Boer. dec.349.num.11.in princ. Barbos. in l. eum qui temere nu.49.de iudic.procedat in litigante calūnioso, vt si defecerit in solutione expensarum in modica, se i

minima

minima parte, non minus luat in corpore, atque si defeciſſet in
9 magna, allegat Teſaur.deci.182 num.5. non autem si ob temeritatem fieret in expenſis condẽnatio, vt eo caſu liberetur condemnatus, cedendo bonis, ſecus in alio, notabiliter Bald. pro Decij dicto in l. cum ſit, de ſepulcr. violat. Alexand. in l. ſi is ſeruus, §, ſi plurium in fin. ff. ſi quis cautionibus.

Nec oberit dicere eſſe in iuris regula minimum & modicũ
10 non eſſe in conſideratione, ad l. ſi oleum de dol. mal. l. in rebus, 18. §. poſſunt in fin. ff. commoda. l. res 54. de contrahen. emption. exornatam regulam tradit Brunus à Sole in ſuo compen. iuriũ reſolu. verbo, Minima, Portol. ad Molinum, verbo, Iudex nu. 7. late Riccius practic. fori Eccleſ. ſub rub. de reb. Eccleſ. non alie. deciſ. 39. num. 3. Nam vt dicebat
11 gloſ. in cap. ſi proponente, de reſcriptis, modica nunquam ſolẽt eſſe noſcitua, Tiraq. verbo, Donatione largitus, in l. ſi vnquam, C. de reuoca. num. 107. Azor inſtitutio. moral. p. 1. libr. 6. cap. 10. ver. Tertio quæritur, quos citat Auguſtin. Barboſ. in collecta. ad procem. decret. num. 52. Adeo, vt dicant interpretes, ſub qualibet legum generalitate, modica
12 ſeu minima non includi, Socin. in regul. fallen. regu. 129. quia ait parum & nihil æquiparari, Panormit. in cap. de appellationibus, vbi Deci. num. 4. extra de appellationibus, Peregrin. conſ. 21. nu. 63. lib. 4.

13 Fundant iura & interpretes in hac regula, non leues animadueriones, vna in materia reſtitutionis in integrum, vt hæc in minima, ſeu modica læſione, nõ indulgeatur minoribus, ex l. 4. de integr. reſtitu. Anton. Gabr. lib. 2. commun. tit. de integ. reſtitutio. concl. 1. Ceuall. contra cõmunes q. 658. & Cald. l. ſi curatorem habens, verbo Læſis, nu. n. 7. Modicam etiam quantitatẽ, nõ facere dotem ſcripſit Iaſ. in rubric. ſoluto matrimo. nume. 25. & in l. ſciendum, num 11. ff. qui ſatiſd. cogantur, Socin. con. 246. lib. 2. Modicam etiam rem (apud Canoniſtas) non generare ſimoniam tenet Tiraquel. de indic. in reb. exiguis, ver. 30. fol. mihi
15 29. Riginal. in praxi for. pœnitẽ. lib. 23. num. 166. Suar. de religio. lib. 4. de ſimonia, cap. 3. nume. 5. cum ſeqq. Aloiſ. Riccius in practica de reb. Eccleſ. non alienan.
16 deciſ. 208. num. 6. Et apud Summiſtas paruitatem materiæ non facere, vt committatur culpa læ talis, aduerſus quintum præceptum decalogi, D. Thom. 2. 2. q. 66. artic. 6. ad 3. Couar. var. lib. 1. c. 3. nu. 12.

17 In eandem ſententiam venerunt Canoniſtę, pro validitate alienationis terrularum Eccleſię, & paruę ęſtimationis, etiam ſi abſque aſſenſu Apoſtolico fuerint alienationes factæ, cap. Terrulas 12. q. 2. Deci. conſ. 142. n. 5. Redoan. de reb. Eccleſiæ alienã. rub. de caſib. in quib. aliena. permiſſę ſint, num. 22. Caualca. deciſ. 46. num. 8. Borgninus deciſi. 45. num. 4. & 55. Cardin. Toleta. lib. 5. inſtructo. ſacerdo. cap. 91. in fin. Guid. Pap. deciſ. 156. Riccius in pract. for. Eccleſ. in allegata rub. de alien. rer. Eccleſ. deciſ. 39. Teſtes demum pro modico intereſſe in cauſa non repelluntur, à ferendo teſtimonio in
18 ea, Cæſar de Graſ. deciſ. 9. nu. 9. de teſtib. Alexan. Ludouiſ. deciſ.

Rot.340.num.10.vbi ait teſtes de vniuerſitate in cauſa vniuerſitatis,propter modicum ſeu minimum illorũ intereſſe,non eſſe
19 inhabiles teſtes.

Nam reſpondetur his regulis dupliciter, quod quoties in minimo,ſeu modico,proportionabiliter cadere poteſt eadem iuris ratio,atque in magno, tunc eo caſu modicum, nõ minus eſt in conſideratione, atq; eſt magnum,ſeu totum,Panorm.in cap. de appellationibus,vbi Deci.numer.4.extra de appellatio. Sebaſtian.Medicis de regul.iur.p. 1.reg.5.ad fin.n.5. Peregrinus conſ.21 num 69.lib.4.

Quod autem in conſtitutio-
20 ne noſtra,proportionabiliter cadat ratio iuris in magno atque in minimo, non erit obſcurum ꝓbare ſi recurramus ad ea,quæ dicta fuere ſupra, in introductione huius temporis, vbi aſſeruimus, tam exorbitantem & vltra legitimum modum vſurarũ, ob denegatam dotis reſtitutionem elargiri, in caſu ꝓſentis cõſtitutionis, in pœnã videlicet hæredũ non parentium mandatis legum in reſtituendis dotibus,in anno á lege ꝓfenito ad eas reſtituendas, & ob inobedientiam illorum, potuiſſe legẽ noſtram,ſimilem pœnam amittendi vſusfructus cũ tenuta hęredibus imponere,hoſq; punire in amiſsione vſusfructus. Hæc autem inobedientia, ſeu legis tranſgreſsio in non ſoluenda dote in anno luctus commiſſa,non minus committitur ob denegatam totius dotis reſtitutionem, quam minimæ partis illius, igitur proportionabiliter in minimo cadit iuris ratio, atque in toto,igitur nil mirum ſi defectus minimæ partis non faciat ceſſare pœnam.

Hæc ſolutio duobus (inter alia)poteſt illuſtrari exemplis,al-
21 terum eſt inter emphiteutas, inter quos, non minus cõmiſſum incurritur, per denegationẽ ſolutionis totius canonis, quã minimæ partis illius,ſecundũ Pau. Alexand.& Iaſ.in l.in executione,§.fin.& in l.5.§.fin.de verbo. obligat.Deci.in authent.qui rẽ, num.18.C.de ſacroſ.Eccleſ. Lauren.Hircon.in commun. opin. centur.2.concluſ.9.Bal.l. cum allegas num.13.C.de vſur. Socin. conſ.167.Oldrald.conſ.29.nu 2. Roland.qui de communi conſ. 17 num.14.lib.2.Tiraq. de retractu conuent.§.4 gloſ.6.á nu.26. ad num.31.Gracian. diſcept.152. num.7.Quia cum per denegatã canonis ſolutionem integram,
22 viſus ſit emphiteuta contemnere dominum directum, & per contemptum perdat emphiteuſim,ex Bart.in l. 1. in 2.oppoſit. C.de iur.emphiteut.declarat Iaſon.in d.l.executione, Deci. in d.authent.qui rem,facit glo.verbo,Bona fide,in l.res de contra. empt. & contẽnatur etiam per denegatã minimam partem canonis,ſit pluſquam certum, ob proportionatam iuris rationem in minimo,atque in magno, idẽ ius eſſe dicendum.

Eodemmet iure vtimur in de-
23 poſito de cuius natura eſt vt integre fiat l.obſignatione,9.C.de ſolut.l.tutor 41.§.Lucius de vſu. Rip.l.quod ten.22.ſi cert. peta. Menoch.caſ.232.& conſ.372.n. 25.Neguſa.de pignor.par. 2.mẽbro 3. part.5.numero 17.Thuſc. concl.203.& 211. Gracia.diſcepta.8 num.32.Solis de cenſibus, lib.4.cap.1.num.3. Tiraquell. de

24 retract.§.4. glos. 6. num. 23. & 24.& cum desideretur ex integro fieri non erit sufficiens, nec efficax, si defecerit in obolo, & cum vsurſis si decuræ fuerint, Menoch.in addition. ad casum 232.num.28.Ludouic. decis. Perusi.105.num.3.Tiraq.d. glos.6. num. 23. noster Cancer. variar. lib.3.cap.8. num.1. cum sequen. Rota Genuen. decis.144. nu.14. & 15.alios tradit Mar. Giurba decis.77 nu.2.

Secundo respondetur supra
25 dicta procedere in actu puro,& simplici,secus vero in actu cõditionato, quoties enim in modũ conditionis desideratur integra solutio, tunc si deficiat in minimo non potest dici paritum conditioni, ad glos. verbo Non debet,in l.res 54. de contrahenda emptione,Bald.& alij de quibus per Deci.in cap.de appellation. num.2.extra de appellationibus Tiraquell.in tract.de iudic.in re
26 bus exiguis præsta,rub.15.n.12. & 125. quod autem per constitutionem nostram desideretur integra solutio per modum conditionis,fit plusquam certum si expendas verba illius ibi *Donec,*
27 *& quousque eidem fit integriter satisfactũ*,dictiones enim illæ, *donec*,& *quousque*,*quamdiu*.sub quibus formatur dispositio inducũt conditionem, l. qui concubinã, 29.§ vxori,de legat.3.l.pater Seuerinam 100.in fin. de condit. & demonstrat. & licet tempus demonstrent sub conditione tamen demonstrare videntur Bar. l.penul.de excusat.tuto.Cardin. clemen.2.§.2. de ætat. & qualit. Gracian.discepta.563. num. 11.
28 & in specie de cõditione importata per dictionem *donec*,Cened. in practica canon. q. singulari, num.1.Vulpel. sub dictione *donec*,num.4.Augustin. Barbos. de clausul.& dictio.dictio.76.num.3. Vnde sensus constitutionis alius vix esse potest, quam vt vidua habeat tenutam,& ius percipiẽdi fructus, si hæredes mariti nõ restituerint sibi dotem,vel venerint ad solutionem;facta vero solutione ex integro, ius illud resoluatur, & vsusfructus consolidetur cum proprietarijs hæredibus mariti, seu cum hęreditate illius,& consequenter, sub resolutiua conditione constat vsum fructum elargiri, & cum conditiones sint in propria & specifica forma adimplendæ, ad textũ
29 cum materia in l.qui hęredi 44. cum similib.de condit.& demõstrat. quod non contingeret, si deficiens esset in minimo dotis solutio,seu restitutio:fit ergo verum in casu & specie nostri textus(quidquid sit in casibus supr. relatis) minimum venire in cõsideratione, cum tunc non posset verificari integra restitutio per textum nostrum desiderata, & ita indubiè tenendum.

Notabilia ex 12. declaratione ad asumptum tertij tẽporis,

1 V*Susfructus,& tenuta, quæ sunt beneficia nostri text. elargiuntur tam pro denegata restitutione dotis,quam sponsalicij,& nu.2.*

2 *Vsurę seu interesse,vel interusurium debitum ratione dotis an dici possit debitum ratione*

augmenti

augmenti dotis, sponsalicij, seu donationis propter nuptias, n.6.

3 Sponsalicium augmentum dotis seu donatio propter nuptias venit ea causa lucratiua.

50 4 Lucrum non debetur pro lucro, nec accessio pro accessione, nec officium officij.

5 Vsurae non debentur pro fructibus debitis officio iudicis.

6 Seruitus seruitutis esse non potest: nec demum dantur vsurae vsurarum, nec interesse de interesse.

7 Lex, dispositio statutum, seu cõstitutio disponens super fructibus dotis, an virtualiter visa sit disponere super fructibus augmenti dotis.

8 Constitutio nostra à pari iudicauit donationem propter nuptias seu sponsalicium cum dote.

9 Constitoutiones nostae Cathaloniae fere in omnibus dispositionibus inductis pro dotibus voluerunt sponsalicia, & donationes proter nuptias comprehendere, & recensentur omnes constitutiones, & nu. 12.

51 10 Vidua in hoc nostro Principatu sicut per stupaum non perdit dotem, ita nec sponsalicium.

11 Filij primi matrimonij in hoc Principatu quantum ad dotem, & sponsalicium matris defunctae praeferentur secundae vxori in hipoteca.

13 Augmentum dotis quando à pari iudicandum cum dote.

14 Hipoteca tacita competens mulieri pro dote cum sua prælatione iuxta legem assiduis, C. qui potior. competit etiam pro sponsalicio ex obseruantia nostrae Regiae Audientiae. Et an id de iure communi sit verum remissiue, nu. 15.

16 Legatum relictum à marito vxori sicut non venit imputandum in dotem, ita nec in sponsalicium.

17 Pater sicut obligatur sub hipoteca bonorum pro dote nurus

52 suae, ita etiam pro sponsalicio, & donatione propter nuptias. Etiamsi sint vinculata, n. 18.

19 Filius familias remaneret innuptus si bona patris nõ venissent sub hipoteca respectu dotis nurus, & mulieris filij familias.

20 Constitutio nostra si tantum de dote disposuisset, & non de donatione propter nuptias seu sponsalicio, nullatenus ad sponsalicium posset trahi.

21 Vidua in casu nostrae constitutionis an tenatam cum vsufructu consequi poterit pro fructibus dotis sibi non solutis ab hęredibus mariti perceptis ex dote qui sibi contingebant, iuxta l. diuisione 5. & l. diuortio 8 solu. matrim cum num seqq.

22 L si marito 32. §. fi ff solut. matrim. late declaratur.

23 Hipoteca tacita cum praelatione an competat mulieri pro rata fructuũ dotis sibi contingenti vltimi anni matrimonij soluti.

24 Fructus dotis vltimi anni qui debentur mulieri augent dotem, & dicuntur partes formales dotis, & sic non est necessaria illorum petitio cum sit inclusa in dotis petione.

53 25 Dos consideratur vt ius vniuersale quo ad fructus illius debiti mulieri pro vltimo anno quo fuit matrimonium.

26 Constitutiones nostrae Cathaloniae sicut alia iura cuiuslibet Regionis municipalia recipiunt interpretationem ab vsu communi loquendi.

27 Cõmunis vsus loquendi est prę ferendus propriè verborũ significationi etiã si statuta sint intelligẽda ad literã & in materiam matrimoniali nu. 28.

29 Dotis nomẽ secundũ communẽ vsum loquendi tantum comprehendit quæ à muliere ipsa promissa sunt viro suo pro oneribus matrimonij supportandis.

30 Paraphernalia non sortiuntur priuilegia dotium, nec pro his cõpetet beneficium nostræ constitutionis.

31 Lucrum ab statutis delatum in dotibus non datur in paraphernalibus.

32 Bona dotalia in quibus differant à bonis paraphernalibus.

33 Hipoteca tacita cõpetit mulieri pro bonis paraphernalibus administratis per maritum vigore l. fin. C. de pact. conu. licet nõ cum prælatione legis assiduis, C. qui potior.

34 Tenuta, nec ususfructus nõ erunt vxori viduę dandus, nec dãda etiã si per annum non restituãtur paraphernalia, sed detinentur ab hęredibus viri.

35 Tenuta eũ iure percipiẽdi fructus an cõcedatur ratione fructuum occupatorum post annum luctus per hæredes mariti qui pertinuerant ad viduã, & late positum casum hęsitationis reperies & cõcluditur negatiuè n. 51

36 Si quod magis videtur inesse, non inest, nec & quod minus inerit.

37 Sententia Regia sumpta in Sacro supremo R.C. allegatur recẽsetur & ponderatur.

38 Cõtextura decisionis S.S.R.C. recensetur & transcribitur.

89 Fructus percepti ex hæreditate & bonis mariti per viduam post annum luctus, & soluta sibi dote & sponsalicio sunt computandi in omnibus alijs creditis sibi pertinẽtibus in bonis mariti ex obseruãtia C.S.

40 Tenuta cum retentione cõpetit viduę solutę de dote & sponsalicio pro creditis in bonis mariti vltra dotem & sponsalicium

41 Ratio ob quã aliquando in S.S.R.C. fuerat decisum vsumfructum concedendum viduis in casu nostræ constitutionis pro fructibus hæreditarijs perceptis ab hæredibus mariti ventilatur, & discutitur,

42 Vidua in casu nostræ constitutionis, an dicatur integraliter soluta, si restituta dote cum sponsalicio fructus ex hæreditate mariti sibi debeantur.

45 Priuilegia pro dotibus competẽtia an pro fructibus dotium cõpetere dicantur, nu. 46.

44 Fructus debiti viduis virtute nostræ constitutionis, an dici possint dotales, & qui dicantur tales, nu. 45

47 Afflictis decisio 284. adducta per informantes pro Comitissa de Quirra non est conducibilis ad casum ad quẽ allegatur.

48 Vsuræ seu interesse etiam ex quacũq; mora nõ debẽtur ex pecuniaria poena siue à lege, siue ab homine dicatur iniuncta.

49 Vsuræ vsurarum nunquam debitę, nec soluendę.

50 Vsuræ seu interesse quando debeatur ex pensionibus redditũ non solutis.

52 Vsusfructus debitus viduis in casu nostræ constitutionis, nõ finitur illarum morte, nec protrahitur de necessitate ad tẽpus vitæ suæ, sicut cæteri vsusfructus

53 Vsusfructus per textum nostrũ viduis elargitus, an sit formalis, vel causalis.

54 *Vsusfructus an sit sub duplici differentia inter causalem, & formalem.*

55 *Morla accusatus à Francisco del Castillo Sotomaior, quod fere omnia ex emporio sumpserat ex commentarijs de Tapia Salmanticensis.*

56 *Vsusfructus an finiatur per ingressum religionis vsufructuarij, & quid in vidua nostri tx. vsufructuaria, vel an transeat in monasterium.*

57 *Pater ingressus religionem an transferat in monasterium vsum fructum bonorum filij.*

Patria potestas an finiatur per ingressum patris in religionē.

58 *Cōstitutus in potestate alterius alios in sua habere non potest.*

59 *Patria potestas tribuit vsum fructum patribus in bonis filiorum, qua deficiente deficit vsusfructus.*

60 *Vsusfructus debitus filijfamilias per huius ingressum religionis, an in monasterium transeat.*

61 *Viduitas in Aragonia, seu ius viduitatis an transeat in monasterium vidua religionē profitēte.*

12. declaratio ad argumentum ex tertio tempore dessumptum.

DVodecimo loco veniūt verba tex. nostri declarāda sub illis nēpe, *fins atant que en lo dot, e sponsalici seus*, hoc est, *donec & quousq; in dote & spōsalicio suis sit integriter satisfactū*, vt ex his verbis habeatur non minus tenuta, & ius faciendi fructus suos, clargiri viduis in casu nr̄i text. pro spōsalicio, atq; pro dote, vt exin de sponsaliciū, seu donatio propter nuptias à pari procedat, cū dote, quę verba consulto fuerūt adiecta, quia de iure non est leuis dubitatio, an pro augmento dotis, lucro, seu donatione propter nuptias, debeatur aliquod interusuriū, seu ille vsurę, quæ deberentur vigore statuti, ob retardatā dotis solutionem, non enim leuis autoritatis sunt qui putāt pro spōsalicio non deberi vsuras quæ pro dote deberētur, quia spōsaliciū, antifatū, seu cōtrados dicitur lucrū, vt p̄ Iustini. in fin. ad l. assiduis. C. qui potior. auth. dos data, C. de donat. ante nup. & fusè dixerā sub 1. decla. huius tēporis: & cū sit lucrū non debetur lucrum pro lucro ad l. liberalitatis 16. de vsur. neq; accessio pro accessione dari solet, l. neq; eorum 15. vbi glos. & Bal. not. de vsur. sicut nec officium officij, glo. Bal. & Angel. in l. hęres furiosi, §. fructum, de peti. hę red. idē Bal. l. 2. ad fi. C. de fruct. & lici. expē. vbi inferunt q̄ pro fructibus debitis officio iudicis, vsurę non debeātur, sic seruitus seruitutis esse nō possit l. 1. de vsufruc. lega. & demum ius semper abhoret vsuras vsurarum. l. fi. C. de vsur. l. improbum fenus, 9. C. ex quib. cau. infam. irroge. l. fi. C. de vsu. rei iud. neq; similiter interesse de interesse deberi docuit Alber. l. sociū qui in eo. ff. p̄ socio, Deci. in c. cū venerabilis, ext. de except. Ruin. cōs. 55. n. 15 & cōs. 56. n. 13. Et ex his omnibus pro augmento dotis sponte constituto, vsuras non deberi, etiam si ex dote deberentur, te

nuerunt Corne. conſ. 240. in 3. & ſic ſæpius pro Antifato fuiſſe deciſum denegando vſuras, in Neapolitano Conſilio, tenuit Afflict. deciſ. 191. autoritate pluriũ maximi nominis, idem fuiſſe deciſum in Patauina Audientia, tenet Peregrin. qui in hanc venit ſententiam con. 100. lib. 1. n. 34. ver. Sed alia opinio, vſq; ad fin. conſilij.

Licet plures ſint & interpretes, & Senatus, qui ſentiãt, vt quo
7 ties lex, ſtatutũ, ſeu conſuetudo diſponit ſuper fructibus dotis, ſeu vſuris, viſum ſit diſpoſuiſſe ſuper dotis augmento, vt licet de iſto nõ loquatur, diſponendo de vſuris dotibus debẽdis, vt nihilominus lucrũ dotale, ſub eius diſpoſitione cõprehendatur, & in quandã cenſeatur venire conſequentiam, Bal. in l. etiã per illũ text. in princ. verſ. Nam quod iuris, nu. 4. C. de iur. dot. Bart. in d. l. etiã in fin. Nata conſ. 253. nu. 4 & contra Afflict. tenuerunt Capici. deciſ. 65. Grãmat. deciſ. 103. nu. 98. & 101. & Paduę fuiſſe ſic iudicatum Peregrin. conſ. 100. lib. 1. nu. 34. Teſau. deciſ. 45. nu. 3 & dixit ſæpius Rota vt apud Farinac. 2. p. in recent. deciſ. 246. vbi ſub nu. 2. allegantur alię duę deciſiones Rotales vniformes, & de eadem obſeruantia Rotæ, teſtatur Gracian. diſcepta. forẽſ. 823 nu. 19. & ante omnes Surd. de alimen. tit. 1. q. 42. nume. 75. cum ſeqq. Fachin. lib. 10. cõtroverſar. iur. cap. 8. & alij infra, referendi.

8 Conquieſcere igitur facient verba legis noſtræ ſupradictam difficultatẽ, & omnes alias, quæ ſuboriri poſſent circa æqualitatẽ ſpõſalicij, ſeu donationis propter nuptias (quam nos *ſcreix* appellamus) & dotis, cum per tex. noſtrum à pari iudicentur, & ferè omnia iura noſtra conſtitutionalia, quibus municipalibus legibus viuimus, in omni materia coadęquarunt ſponſalicium,
9 & dotem, & ferè nunquam ſaluant dotes, quod eo ipſo ſponſalicium non ſaluent, & non faciunt mẽtionem de dote, quod & ſimiliter & de ſponſalicio in omni priuilegiaria materia, ſic in vſatico, *vidua*, hoc titulo noſtro vbi ſicut vidua per ſtuprum non perdit dotem, ita nec ſponſalicium, vt patet ſub illis verbis:
10 *Aixi empero que no perda ſon auer* (hoc eſt) dotem, cum hęc ſit mulieris patrimonium, vt diximus ex l. 3. §. vtrum de minoribus)
11 *ne perda ſon ſponſalicij*. Idẽ in caſu cõſtitutionis finalis, hoc tit. in fi. vbi eõceditur prælatio filijs vxoris prædefunctę, in dote, & *ſpõſalicio matris, ad ſecũdam* vxorẽ, & filios illius, ſimile coadęquationẽ habes in pragmatica 1. ſub rub. de priulle. dota. vbi optionis, ſeu electionis facultas cõceſſa mulieribus pro ſuis dotib⁹ in bonis maritorũ vergẽtium ad inopiã, nõ minus pro ſpõſalicijs, atq; pro dotibus cõceditur. Eã dẽ ęquiparationẽ dotis & ſpõſalicij, facit pragmatica fin. Iacob. 2. ſub eod. tit. de priuile. dota. in caſu ibi propoſito, ſub cõſti. 7. ti. de *executio de cẽſals*, oppoſitiones mulierũ aduerſus executiones inſtatas, pro pẽſionibus cenſualiũ, aduerſus bona virorũ, admittũtur tam pro dotibus, quã pro donatione propter nuptias, quod iterum ſub conſtitu. 9. eodem titu. vbi præſcribitur forma ſeruanda, in legitimandis opoſitionibus mulierũ, pro dotibus faciendis, tam ſuper dote,

quam

quam ſuper ſponſalicio videbis diſpoſitũ, vt exinde ex geminatis & reiteratis coadęquationibus, inter dotẽ &ſpõſalicĩũ, facta ſit indubitabilis regula, á pari iudicãdum inqualibet materia in hoc nro Principatu, inter dotẽ, & donationẽ propter nuptias, quia cũ relata iura nra exequauerint ea ad caſus magis dubitabiles, certum eſt ad caſus minoris dubitationis velle eſſe coadæquatos terminos dicendum erit.

12

Quod & iuris rationi videtur aliquantulum conſentaneũ, cum enim illa attenta dotis augmentum (quod nihil aliud eſſe videtur hoc noſtrum ſponſalicium (á pari cum dote iudicatur, §. his conſequens, in authentico de æqualita. dotis, l. etiam 8. C. de iur. dot. vbi Baldus num. 4. Iaſo. in rubr. ſoluto matrimon. numero 40. Neguſan. de pigno. 4. memb. 2. part. numero 4. Ruinus conſil. 149. libr. 2. Corneus conſil. 240. lib. 3. Rota apud Farinac. vbi ſupra numer. 1. fit inde de facili noſtra iura municipalia æqualiter in ſponſalicijs diſponere, atque in dotibus ipſis in omni materia indifferẽti.

13

Hinc factum eſſe exiſtimo, Regium noſtrum Conſilium in obſeruantijs ſuis habuiſſe, vt priuilegia à iure communi in fauorem mulierum inducta, tacitę hipotecæ, cum prælatione, de quibus in l. aſsiduis 11. C. qui potior. & in l. in rebus 30. C. de iur. dotium, reſpicientia dotes, tantum porrigi ad donationem propter nuptias, quam dicimus *ſcreix*, vt de obſeruantia teſtatur autor primus illarum cognominis, & appellitus noſtri, ſub 3. par. cap. fin. quod tamen de iure erat ad

14

16 modum dubitabile, & ſub dubio, vt videre licet ex Bald. l. vna numer. 26. C. de priuileg. dotal. Panormitan. cap. ex litteris, numer. 9. de pignor. omnium acuratius Fulgoſ. conſil 92. num. 3. & conſil, 253. numer. 7. Gomez l. 50. Taur. num. 42. in fin. vbi licet concedat hipotecam pro arris, non vero prælationẽ ad creditorum concurſum, Gutierrez practicar. lib. 2. q. 17. num. 5. Aluarus Valaſc. conſ. 16. nume. 15. & 16. Couarr. reſolut. libr. 1. cap. 7. n. 1. Petr. Barboſ. l. 1. 3. p. nu. 31. & p. 6. num. 16. qui allegat text. in princ. in auth. vt in mobilia ante nup. donat. collat. 5. Thom. Sanh. de matrimo. lib. 6. diſputa. 7. nu. 5. Caſtill. Sotomaior lib. 3. quotidiana. qq. cap. 4. numero 30. Gracian. diſceptatio, forenſ. 53. nu. 8. cum ſequentib. & diſcep. 823. num. 17.

16

Ex eadem adęquatione dotis, & ſponſalicij, aliud erit non minus certum in hoc noſtro Principatu, quod ſicut legatum vxori relictum in teſtamento mariti, non inducit imputationem cum dote, ad l. vnicam, §. ſciendum, C. de rei vxor. action. Phanutius de lucro dotis, gloſ. 8. numer. 42. Bart. inl. ſi cum dotem, §. ſi pater, numero 3. ſoluto matrimonio, & reproban. Iaſ. Deci. numer. 11. & Cu r. nume. 19. in authen. præterea, C. vnde vir, & vxor, Roder. Suar. titu. *de las arras*, numero 37. Auendaño l. 16. Tau. gloſ. 1. vbi Palac. Rube. numer. 5. Couarr. cap. officij, numero 2. de teſtament. Emanu. Acoſt. cap. ſi pater, verbo, Legauit, numer. 18. de teſtam. in 6. Mantic. de coniectu. lib. 10. tit. 2 Paul. de Montepico in auth. præterea, numero. 52. C. vnde vir,

& vxor,Azeued.l.7,tit. 19.lib.5 vbi Matiençó post Menochiũ lib.4.præs.109.num. 35. Petrus Barbos.l.si cum dotẽ,§. si pater, num.42.solut.matrimo. ita nec in sponsalicio, vt multi ex relatis in materia arrarum(quam similem esse cum nostro sponsalicio suo ꝓprio loco dixeramus) tenent iuxta notata per Deciũ in d.authentica præterea,nu.11. C.vnde vir, vbi singularis annotatio Barbos.l.si cum dotem,nu. 11. ver. Secundo principaliter, solut.matrimo. & nos alibi fundamus non dari compensationẽ cum proueniat sponsalicij constitutio ab actu voluntario.

Infertur etiam ex eadem coadæquatione, vnum ineuitabile, quod sicut pater cogitur in 17 dote recipienda per filium suũ, de ipsius voluntate contrahentem matrimonium, ponere bona sua sub hipoteca dotis nurus suę,etiam si fuissent restitutioni obnoxia,ad l. si cum dotẽ 23. §.transgrediamur,solu. matrim. vbi Pau.num.5.Alexan. num.6. & Petr.Barbos. num.15. & fere per totum,Campes.de dote 3.p. quæst.168.num.2.Palac.Rub.in 18 rubr.§.21.num. 16. Et etiam si bona fuissent restitutioni obnoxia,secundum Bart.& alios in d. §.transgrediamur,& per Negus. in tracta.de pignor.4.mem.2.p. num.36.& 38.cum aliás filius remãsisset innuptus,si paterna bona pro nurus dote, nõ venissent 19 in restitntionis obligatione, ex Bart.in d.§.transgrediamur,in fine primę quæstionis. Ita etiam cogenda sunt bona patris fuisse sub hipotecaria obligatione, in sponsalicio, seu dotis augmẽto, cum in eo sit par ratio,cum virginibus maritandis soleat constitui sponsalicium.

Sedtamen quãuis hæc ita se habeant dixissem,quod si nostra 20 constitutio tãtum sua beneficia elargiret mulieribus, pro dotibus suis, nullatenus ad sponsalicium porrigi possent, cum sponsalicium sit diuersum ab ipsa dote.Etiam si sponsalicium haberetur pro dotis augmento, cui iura indulgere solent priuilegia dotalia,ex ratione l.1.solu.matr. ex quo enim constitutio nostra est ad litterã & Grãmaticalẽ tãtum sensum intelligenda, absq; aliqua interpretatione,si solum suã cõcipisset dispositionẽ in dote,nullatenus de dotis aumento,&spõsalicio,esset intelligẽda, iuxta iuris communis regulas.

Ex quibus vnum facies notabile,ad limitandã decisionẽ nostrã in tenuta,& vsufructu(quod 21 á nullis vidi obseruatũ) vt si contingat ab hæredibus mariti solui dotẽ,& sponsaliciũ, infra annũ,licet hæredes non soluerint dotes fructus vltimi anni,pertinentes ad vxorẽ, iuxta diuisionẽ fructuũ á iure factã,ad terminos l.vnicę, §. sed & nouissimi, C.de rei vxor.act. l.de diuisione 5.& l.diuortio 8.solu. matrimo. Nihilominus tamen erit satisfactum constitutioni per restitutionem dotis,& solutionẽ sponsalicij, & mulier non poterit tenutam prosequere, nec fructus suos facere, pro portione fructuum dotis vltimi anni sibi contingente, & ab hęredibus mariti occupata, etiam si dicatur portionem istam dotem augere, & mulierem minorem dotem accipere, & consequenter nõ integram(prout dicimus in penultima declaratione(prout argumento text. in l.si mari-

to 32.§.fina.ff.ſolut.matrim.manifeſtè deciditur,ibi.*hoc enim ad*
22 *dotis augmentum pertinet*, prout declarant verba illa poſt Bart.in rub.ſolut. matrimo. quē allegat Barboſ.in rub.ſolu.matrim. 3.p. n.61. vt per Alexand. & Iaſon. in l.diuortio, §. ob donationes ſolut.matrimo.ille nu.2.hic n.3. & 5.vbi Barboſ.n.2.Et conſequē
23 ter tacitam hipotecam bonorū mariti comprehendere portionem debitam dictorum fructuū cum priuilegio prælationis, ex Rip.in rub.ſolut.matrimo.n.45. in 2.illatione,Neguſan.in tract. de pignor.4.mem 2.p.nu.46.& 50.et ſic dicebat Petr.Barboſ.vbi ſupra num.62. Quod ex quo fructus ſimiles augeant dotem,
24 & formaliter dotis partes cēſeā turi, non eſt neceſſaria petitio particularis ſimilium fructuum, tanquā incluſa in petitione dotis,in qua vidētur fructus inclu-ſi, qui cum ipſa dote coniuncti ſunt,& pars dotis fuerant effecti,ad l.penul.& fin.C. de dona. ante nuptias,allegat Bal. in d.§. fin.l.ſi marito,Campeſ. de dote, 3.parte,quęſtion.194. num.2.vt exinde dos conſiderari ſoleat
25 quoad dictos fructus tanquam ius vniuerſale, & non tanquam particulare,vt per Bart. in dicta rubrica ſoluto matrimonio,numero 10.Iaſ.l.diuortio,§. ob donationes,num.4. eod. & in l.1. numero 10. C.de iudic. Bolognetus in rubrica ſoluto matri.n. 261.Matienço in rubrica titu.2. lib.5.glo.1.n.3.

Nam ex quo conſtitutio noſtra(& ferè omnia alia iura ſta-
26 tutaria,municipalia,ſeu communia) regulentur ab vſu communi loquendi, reiecta interpretatione, vt per Felinū in procem. decretal.num.15. Euerardus in loco ab opinione vulgari, folio 61.Bart.in l.non dubium, C. de legib.qui allegat.liberorum 50 §.quod autem Caſius, vbi gloſ. verbo,Non continebuntur, de legat.3. Et in quacumq; materia, ſemper communis vſus loquēdi ſit præferēdus, propriè
27 verborum ſignificationi,ſiue id eliciatur ex diffinitione, ſiuè ex verbi ethimologia, ſiuè ex iuris autoritate, etiam vbi ſtatuta ad litteram ſint intelligēda, vt ex Rolando de lucr. dot. quęſtion. 98. num.7. ex Panormita.cap.1 in penult.colum. verſiculo, Ad vnum tamen,de iudic. & Alexā. conſil.211. obſeruat Gracianus diſceptatio.607. num. 9. Et in
28 materia matrimoniali,in dubio ad explicandum quem valorem habeant verba prolata, ſemper attenditur ad communē vſum loquēdi,Couarruu. de ſponſali. part,2.cap.4.§.1.num.2. Gutier. canonica.libro 1.cap.21.num.3. & de matrimonio cap.3. nu.14. Sanch.de matri.lib.1.diſputa.18. num.4.& in alijs matərijs cummulati per Auguſtin. Barboſ. in collecta.ad cap.ex litteris 7. de ſponſal.n.2.& 3. Vnde cū certū
29 ſit,ſub communi vſu loquendi, in dotis nomine tantum venire, quæ ab vxore promiſſa ſunt maritopro oneribus matrimonij reportandis,dum nuptui ſe tradit. l. dedit dotem 6. de colla.bonorum,l.profectitia 5. in principio §.1. & §.final.l. ſi mulier, l. ſi is qui,§.ibi dos,de iur.dotium, cū ſimilibus, dicendum eſt noſtrā conſtitutionem, non diſpoſuiſſe niſi in cauſam dotis, & ſponſalicij, & non in portionem fructuum, & aliorum quę augerent dotem.

30 Etsi hoc ita verum est in portione fructuum restituēda vxori, quæ auget dotem, minus erit dubitabile, in restitutione paraphernalium, cum hæc bona nunquam sortiantur dotium priuilegia, Roman. l. placet, de acquir. hęredit. Cagnol. l. cum principalis, num. 5. post medium, de regulis iur. Gracian. disceptat. 671. n. 8. Alexand. cons. 27. num. 11. lib. 5. Deci. cons. 221. Rot. in recentiſ. quas tribuimus Farinacio 2.

31 part. decis. 72. num. 2. & sic in statutis deferentibus lucrū dotale non procedit in paraphernis, Cagnol. in l. cum principalis 139 num. 5. de regul. iur. Socin. Iun. cons. 93. num. 6. lib. 1. Tesaur. de

32 cis. 195. num. 3. in fin. & sunt bona dotalia, & paraphernalia adeo distincta, vt nullo pacto appellatione dotis, paraphernalia venire possint, Deci. cons. 521. n. 3. Rota vbi supra num. 4. In simi

33 libus enim bonis paraphernalibus, solum competit vxori priuilegiū tacitæ hipotecę, ad bona mariti, iuxta text. in l. fin. de pactis conuentis, sed non cū prælatione ad anteriores creditores, eandem tacitam habentes, Iaſ. l. maritus, col. fin. C. de procurat. Negusan. de pignor. 4. mēb. 2. part. num. 63. Couarr. resolut. cap. 7. num. 2. Vnde cum minus

34 accedant dotibus paraphernalia, & extra dotalia, quam fructꝰ percepti ex dote, post mortem mariti, & hij nullatenus cōprehendi possunt sub nostra constitutione, minus sub ea comprehensa erunt paraphernalia, vnde si restitutionem illorum hæredes per annum, & vltra distulerint, non tamen mulier tenutam habebit, nec ius percipiendi fructus, ob retardatam paraphernalium restitutionem, cum casus sit in constitutione nostra omissus, & comprehensus tantum casus dotis, & sponsalicij, & consequenter nullatenus extendenda ad casum non habentem simbolum.

Et si supra designati fructus, ex rebus dotalibus percepti per hæredes mariti defuncti, & per eosdem ocupati, non obstante quod dicātur pars dotis, hancq; augere videantur, & dici possint ꝙ insunt dotibus ipsis (vt mox dicebamus) facere non possunt, quin pro illorum recuperatione ius faciendi fructus suos concedatur mulieri viduæ, ad terminos nostrę constitutionis, sed solum quod secundum illius dispositionē contentetur vidua illos facere suos, donec in dote & sponsalicio soluatur, & sibi satisfiat. Quanto plus arctiori vincu

35 lo erit dicendum, idem esse respondendum pro denegando beneficio faciendi fructus suos viduis, pro recuperandis fructibus hæreditarijs, sibi ipsis debitis, post annum luctus, & per hæredes mariti occupatis, vt est in casu quoties (ponamus) quod mortuo viro, hæres illius occupet bona hæreditaria mariti, capit possessionem, illam continuat vltra annum lugubrem, per plures annos, vidua facto inuentario, conqueritur de spolio causa interdicti recuperande intentata, differtur terminatio per plures annos (vt cōtingit in causa inferius exempli causa proposita) tandem purgato spolio, & restitutis bonis hæreditarijs viduę, huic restituuntur dotes, & soluitur sponsalicium, vidua nō obstante solutione, differt restitutionem bonorum, donec sibi

restituantur fructus hæreditarij, percepti per hęredes post annum luctus, & vsque ad bonorũ restitutionem, prætendendo nõ solum tenutam (quam supra 1. tempore declara. fin. diximus cõcedendam) sed ius percipiendi fructus, donec fructus restituantur, etiam absque imputatione in sortem fructuum debitorum & per hęredes mariti perceptorum, *dicimus enim contra omnem iuris rationem*, & mentem nostri textus, viduas prætendere posse ius percipiendi fructus, absque imputatione debitorum fructuũ, sicut posset in casu dotis, seu sponsalicij non soluti. Si enim quod magis videtur inesse (vt erant fructus ex rebus dotalibus percepti) non inest ergo id quod minus, vt sunt fructus ex bonis mraiti percepti; authen. multo magis cum vulgatis C. de sacros. Eccles.

36

Et licet hanc nostram assertionem turbidam faciat, vel facere videatur illa Regia sententia habita & sumpta in S.S.Reg. Arago. C. sub indictione 14. Septembris 1607. referente percelebri Senatore, & nobili dilecto Regio Consiliario Martino Boclin, in causa supplicationis in dicto venerando supremo Consilio introducta, instantibus egregijs & illustribus coniugibus nobilibus domna Alemanda de Cẽtelles, & don Christophoro de Cẽtelles Comitibus de Quirra, supplicantibus, ex vna, à quadã sententia in eorum odium lata, in Consilio & Senatu Regni Sardiniç, & in fauorem nobilis Mariannæ de Pinos & Fenollet, etiã Comitisç eiusdem status de Quirra, viduæ relictæ ab egregio Comite don Ioachimo de Centelles, materteræ dictæ donç Alemandæ supplicate, ex altera quam superiori declaratione ad alium casum retulimus qua fuit declaratum (confirmando aliam sententiam) tenutã, cũ iure percipiendi fructus competere dictę domnæ Mariannç de Pinos, viduæ Comitis don Ioachimi, in huius bonis, & hęreditate, non solum pro dote & spõsalicio, sed etiam & pro fructibus perceptis, & occupatis per dictos egregios coniuges Comites Alemandam & Christophorum, ex hæreditate & bonis dicti Comitis don Ioachimi, mariti defuncti dictæ Comitisç domnç Mariannç, qui ad eandẽ pertinebant in vim nostræ constitutionis huius protrahendo beneficium (sub qua viuunt etiã Regnicoli Regni Sardiniç, vbi sita sunt bona Marchionatus, & ea, quę fuerunt dicti Comitis don Ioachimi) donec & quousque fuerit nobilis illa matertera Comitisa satisfacta ex integro, in dote, sponsalicio, & dictis fructibus, ex hæreditate & bonis mariti defuncti perceptis, & ocupatis per hęredes mariti post annum luctus, & vsque ad restitutionem bonorum, qui vigore nostri text. ad viduam pertinebant, super qua controuersia, postea fuerunt in eodem sacro supremo Consilio, aliæ duę sumptæ decisiones, licet super diuerso iure, superueniẽte post supra calendatam sententiam, de qua nos alibi multa dicimus, alia nẽ pelata sub examine dissertisimi, & peritisimi in vtroque iure, & communi, & nostro municipali, nobilis don Saluatoris Fõtanet, sub die 8. Septebris 1613. Altera vero, sub examine nobi-

37

lis

lis don Philippi Tallada, Valentini Regni Senatoris, sub indictione 17. Iulij 1613. quarũ cõtexturas transcripsit noster Fontanel. 2. p. de pact. conuent. glos. 7. claus. 7. p. 3. à num. 62. quæ sunt adinuicem contrariæ, quæ nil ferè dicunt de præsenti disceptato dubio, ac in d. prima decisione ventilato, cuius sententiæ tenorem habe, prout illum habui à suo originali proprio calamo trãscripto, Madriti, dum ibi adessem, de anno 1622. 15. Martij sub hac verborum figura.

38 *Sententiamus & declaramus dictæ domnæ Mariannæ competere à die finiti primi anni luctus, tenutam cum prinilegio faciendi fructus suos tam fructuum & reddituum qui processerunt ex vsufructu per dictum don Ioachimum, reseruato in capitulis matrimonialibus prædictis ratione matrimonij inter dictum don Christophorum, & dictam domnam Alemandam firmatis. Quam partis Comitatus de Quirra, correspondentis quantitatis* 20000. *librarum, cum retentione quarum, dictus don Ioachimus donauit dictum Comitatum dictæ domnę Alemandę eius filię, vel si maluerit dicta domna Marianna, recipiat interesse commune dictarum* 20000. *librarum ratione, & in locũ dictorum fructuũ ad rationem 7 pro cento à die elapsi primi anni post mortem dicti Comitis don Ioachimi, vsque ad diẽ realis & integrę solutionis dotis solutæ per dictam domnam Mariannam, ac dictorum fructuum, & suo casu interesse.* Ex relata contextura resultat sub illis verbis prioribus, ibi: *tenutam cũ priuilegio faciendi fructus suos*, iunctis finalibus, ibi: *vsque ad diem realis & integrę solutionis dotis solutæ, ac dictorum fructuum, & suo casu interesse*, in mente dominorum de Senatu fuisse beneficium nostri temporis elargiendum fore, & esse, viduis non minus pro fructibus, & interesse debitis ex bonis hęreditarijs mariti defuncti, quam pro dotibus ipsis & sponsalicio.

39 Hæc tamen obseruatio fuit postea optimo iure reformata per eundem S. S. R. Aragonum Consilium referente diligentissimo nostro prouinciali, & expertissimo Senatore nobili Saluatore Fontanet, sub decisis in allegata, & supra calendata habita resolutione, die 8. Septẽbris, 1613. sub illis verbis dissertissimè positis in sententia, ibi, *Ita vt fructus eorum in sortem dictorum creditorum computare teneatur, & suos facere non possit.* Ecce quomodo circunscripto stylo deciditur illud quod supra obseruamus sub 1. tempore, declaratione finali, nempe tenutam pro fructibus competere, & retentionem virtute l. vnicæ, C. etiam ob chirographariam pecuniam, pro crediti satisfactione quia fuerat immissa ex Saluiano interdicto, & sic apẽsatè in sententia prehabentur illa verba; *quo vero ad alia credita quæ sibi competere prætendit, &c.* Credita autem prætensa saltem insigniora, consistebant in fructibus perceptis per domnam Alemandã, & eius virum in bonis reseruatis per Comitem don Ioachimũ maritũ dictę dõnæ Alemãdæ, in quibus licet concedatur tenuta, & consequenter retentio, vt á nobis fuit obseruatum cum legalibus fundamentis validissimis, non autem quod non sint computandi fructus in fortem

fructuum debitorum, & quod vidua suos faciat absque imputatione, donec sibi restituãtur, de quo nil disponitur in alia Regia deliberatione facta cum examine Regentis don Phelipi Tallada sub die 17.Iulij 1615. solum enim reformauit tenutam in bonis obuentis hæreditati, per purificatam conditionem adiectã donationi factæ domnæ Alemãdæ, vt in his non vigeat constitutionalis nostra dispositio, de qua nos supra ex fragmẽtis per tam grauissimos patres, & Senatores circunspectissimos adductis aliqua (non contemnenda, nisi ob humilitatem aqueductus nostræ imbecillitatis) contexeramus, & nouè adduxeramus, de ista vero nostra controuersia nil expositum reperies, si aduertas ad contexturas deliberationum, quas, vt dixi, reperies apud Fontanel. loco supra allegato, in cuius præuentionem distuli ea inserere, licet habuerim illa parata, & á proprio originali extracta.

41 Curaui diligentia qua potui, in quo iuris fundamento fixerat sententia illa (lata sub examine nobilis Martini Boclin quę fuit prima in S.S.R.C. habita sub dicto die 14.Septembris 1607) suã decisiuam causam, in cõcedẽdo vsufructu, donec fructus debiti mulieri per hęredes percepti restituerentur, & solum inueni, in responsis datis in Consilio, & per patronos causæ, & partis dictæ domnæ Mariannę formatis, in quadam periculosa assertione, & in iure non satis admissa aduersanti superiori á nobis tradite:

42 dicunt enim in ea, qualitatẽ nostrę constitutionis desideran tem integralem solutionem, nõ verificari in muliere, non soluta in similibus fructibus, quia dicunt priuilegia pro dotibus cõpetentia,

43 competere etiam pro fructibus dotis ex Bald.con.168 num.2. Angel.con.77. numer.4. æquiparando fructus debiti ante matrimonium, ad casum soluti matrimonij, vt quẽadmodũ primo casu fructus augent dotem, & sunt pars dotis, quoties maritus non sustinet onera matrimonij, sic eo soluto, vt fructus cedant lucro mulieris ad sua alimenta, allegando Socin.con.93. num.14.lib.1. Dixerunt etiam casum esse similem apud decis. Afflict. 284. & his paucis adductis reperij causam fuisse decisam.

44 Cæterum quam debili cum fundamento patroni, & informantes pro dicta Comitisa dõna Marianna hanc fundauerint assertionem, non difficile apparebit cuilibet in iure mediocriter instructo, duo enim in iure reprobata allegantur, & vnum in facto minus verũ. quid enim plus contra iuris notionem potuit dici, quam asserere, fructus istos debitos mulieri viduæ, & per hęredes perceptos fuisse do

45 tales. Non enim fructus dotales dicimus eos qui ex rebus dotalibus obueniunt profluunt, & emanant: ad l.dotis fructus 8.§. 1. & melius in l.si proprietati.4. de iur. dot. l.2.§.ante matrimonium, de vsur. certum est, sicut & certius, bona dotalia multum distare á bonis mariti, in quibus tacita vel expressa inest hipoteca, & mulier debet percipere & habere fructus, igitur dicere quod fructus rei dotalis augeãt dotem, quid commune habet, cum fructibus ex bonis mariti

per-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

perceptis, seu percipiendis? Ecce vnum in iure reprobatum. 46 Alterum vero non minus reprobum est, vt fructus dotales eisdē fulciantur prērogatiuis, & priuilegijs, quibus & ipsa dos (vt supr. demonstratum est) igitur duo in 47 iure nō fundata supponunt. Tertium vero in facto minus verū, quia dicunt esse in terminis decisionem Afflict. 284. & illa examinata nihil conducibile in ea ad casum nostrum reperij, cum solum in decisione tractatus fuerat sumptus, an vsuræ, interesse, seu fructus dotis, debeantur à morte mariti, per moram irregularem, sicut debentur marito per commissam similem morā à die oneris matrimonij, vt supr. fusè ad alium casum fuit examinatum. Vnde cum nil considerabile, & in iure releuans adductū fuerit, vt transire possit cum illa Regia prima deliberatione, tenendam esse secūdam dixissem, & licet satis esse possit autoritas Relatoris tā tę dexteritatis, & tā singularis eruditionis qualis fuerit, qui illam secundam Regiam deliberationem habitam 8. Septembris 1613. formauerit.

48 Nihilominus tamen cummulando autoritates (licet leues & imbecilles) autoritati validę & eximiæ, & traditiones Doctorū, traditioni doctissimi Doctoris, existimo hanc traditionem niti iuris validissimis instantijs, vna sit vt vsurę nunquam pœnis accedere possint, neque vllo casu pœnarum vsuras peti, cum nec vsuræ, nec interesse, nec fructus aliqui ex pœna incursa exigi valeant, etiam post moram, siue pę næ sint legales, siue conuentionales, ad textum mirabilem in l. fin. de magistr. conuen. in l. 1. iuncta glos. de fiscal. vsur. lib. 10. glos. & DD. in l. fin. C. de vsur. rei iudic. Las. in §. curare, numer. 47. & 48. instit. de action. Bart. l. 2. num. 1. per totum, C. de action. & obligation, Peregrin. con. 100 nu. 38. lib. 1. & de pœnis conuentionalibus vsuris nō soluēdis, singularis definitio Anto. Fabri 18. sub tit. de vsuris, & mora in suo Codice. Atqui si daremus ius faciendi fructus suos in muliere pro fructibus sibi debitis, & lucratis per moram hæredum nō soluentium dotes, & per ipsos hęredes occupatis, daremus vsuras, fructus, seu interesse, pœnarum, cum sępius dictum sit similes fructus elargiri viduis, in pœnam hæredum non soluentium dotes, & sponsalicium, igitur ne fiat contra regulā d. l. fin. de magistratib. conuen. dicendum est optimo iure, denegandum beneficium nostræ constitutionis, quantum ad vsumfructū pro fructibus restituendis, & debitis viduis ex hæreditate viri defuncti, qui fuerunt occupati per hæredes legitimos, seu testamentarios. 49

Aliter enim incideremus sub regulis prohibitiuis de non concedendis vsuris vsurarum, accessionibus accessionum, & fructibus fructuum, vt esse in omniū ore mox dicebamus, quibus addere poteris eundem Peregrin. de fideicom. artic. 36. num. 69. in fin. Marius Giurba super consuetu. Mesin. cap. 4. numē. 21. Strata de mercatura n. 4. notabile respōsum Fabij de Ann. 48. per tot. vbi hæc regula nō leuibus illustratur exemplis, & recentissimè Gracian. discepta. 987. tom. 5. qui magis ad casum nostrum regulam exornat. in materia nē

pe fructuum dotalium,Anto.Faber á superioribus non visus, in diffin.4. sub tit. de vsur.& mora in suo C.

50 Et si enim aliqui sint qui contra omnes teneant interesse de interesse aliquando exigibile, vt per Franchum decis. 254. & Vincen.de Anna.singul. 261.loquuntur in materia satis differẽti, vt est in materia reddituum annuorum,qui debentur deper se principaliter, & non accessoriè ad capitale,vnde cum sit ipsamet sors, non est mirum si interesse possit peti, cum aliud sit, (prout est in casu nostro)vt interesse exigatur,non vt sors dotis, sed vt interesse, & accessorium ad capitale dotis, & vt fructus ipsius debiti capitalis, quo casu nullus dicere poterit deberi fructus fructuum,nec vsuras vsurarum,vt in d.con.Fabij de Anna.ingenuè declaratur late Milanensis decis.8.à numer.350.ad num.361.

Vt exinde concludatur ad casum propositum,quod licet pro recuperatione fructuum perce-
51 ptorum per hęredes mariti, cõpetat mulieri tenuta, & retẽtio bonorum, prout dictum fuit in fine primi temporis, & vigore tenutæ potuerit percipere fructus hæreditarios: hoc tamen ita fiet, si cedant in imputationem fructuum debitorum, & in compensationem illorum,quos perceperant hæredes mariti, nullatenus vero tenuta concedenda, cum facultate percipiendi fructus,absque imputatione,donec fuerit vidua de fructibus occupatis,seu vsurpatis soluta,prout in casu dotis, & donationis propter nuptias,prout acuratè & vigilantissimè fuit in dicta Regia suprema deliberatione habitũ, cum qua transire debemus,si verum est dicere,superiorum actionem nostram esse instructionẽ.

Facta igitur dotis restitutione,& spõsalicij solutione, vidua non facit fructus suos, etiam si
52 habuerit alia credita vltra dotẽ, & sponsalicium in bonis mariti, licet in his habuerit retentionẽ cum necessitate compensandi fructus percipiendi in sortẽ, cũ tantum constitutio nostra, induxerit hunc antichristicum contractum,quem diximus consistere in facultate recipiendi fructus absque necessitate computãdi illos in sortem pro dote, & sponsalicio,vt sonant verba constitutionis,ibi: *Donec & quousque sit integriter satisfactum*,, clausula enim ista inducit reintegrationem,iunctis dictionibus,*quousque*,*& donec*,vt ex Tuscho litera D.conclu.360.resoluimus infra 14.declaratione, vt ita sicut post tres vel quatuor menses, post finitum annum luctus, posset cessare vsusfructus, hicq; resoluatur per solutionem,sic etiã si solutio dotis & sponsalicij protrahatur post mortem vxoris:nihilominus tamen, ius faciendi fructus suos non erit finitus, vt exinde vsusfructus text. nostri non subijciatur regulis Imperatoris Iustiniani,in §.finitur,inst.
53 de vsufruct.vt morte vsufructuarij finiatur.Et ratio est euidens, nam cum iste vsusfructus potius causalis, quam formalis dici possit, cum causetur à possessione bonorum,& tenuta illorũ, quã ius nostrũ constitutionale elargierat viduis cõfestim mortuo viro merito vsusfructus debet regulari à sua causa, vt tantum duret,quãtum causa vsusfructus

consti-

cõsiterit durare, l.qui vsumfructum 58.de verbor.obligat. l.4. ff.de vsufruct.l. si ita stipulatus fuero 126.§.1.de verbor. oblig. late Pinel.l.1.2.p.C.de bon. mater.á num.8.cum seqq. Tell. Fernan.l.3.Tau.3.p.num.11.Barbos. l.si alienam, num.56.solut.matr. alios allegat Castill.Sotomai. de vsufruct.cap 1.numer.16. & ferè per totum (suppositio pro vero contra recentiores) vt possit
54 dari vsusfructus causalis, in cuius dubij legitimitate non insisto, quia nil esset nisi transcribere, & ne damnaremur vitio, quo fuit damnatus, Petr. Augustin.
55 Morla in suo iuris emporio per eundem Castillo loco supra citato num.19.& 32.in fin. Solum dicam quod si causalis vsusfructus sit dandus, nullo alio congruentiori loco potest applicari quam casui nostri tex.vbi datur prius vera possessio bonorum, antequã vsusfructus elargiatur, cum hic post annum, illa vero in continenti transferatur, quæ cũ non concurrant cum cæteris vsufructuarijs formalibus, qui vel non possident, vel casu quo possideant nomine domini possidere dicantur, vsufructuarię autẽ nostrę, nomine proprio possidẽt bona, in quibus vsusfructus elargiuntur, & consequenter nullibi poterit causalis vsusfructus congruentius cõsiderari, quam in casu nostro, cum prius causa possessionis tribuatur, & postea effectus vsusfructus cõcedatur: & sic tãquam causalis rectè ęstimari potuit, vt optimè considerauit Achil.Pedrocha con.17.n. 110 cum 4.seqq. & notanter Sotomaior vbi supra num. 37.in fine, vbi allegat plura iura pro dominis & possessoribus rerum, vt hi dicantur vsufructuarij causales, Anton.Pichard.in §.si quis ã non domino, de rer.diuisio.

56 Ex quibus infertur in vidua nostra, non posse cadere cõtrouersiam illam interpretum, an ea religionẽ ingressa, & professa, extingui possit vsusfructus sibi debitus, an vero in monasterium transire vsque ad vitam ingressę, prout extingui voluit non minus quam Couarru.ad c. 2.num.8.de testamen. Hippoly. Riminald.§.1.num.128. institu. per quas personas nob.acquir.alios citat Pinel.l.1.part.1.n.47. C.de.bon.mater.Portol.ad Molin.verbo, Vidua, num.14.in casu nempe quo pater habens vsumfructum in bonis filij aduenticijs, professus sit religionem,
57 vt tunc extinguatur vsusfructus & consolidetur in persona filij, nullatenus vero in monasteriũ transeat, in quam sentẽtiam traxit Couarr. illa assertio, quę tenet, per ingressum religionis à patre sumptum, patriam extingui potestatem, quia cum pater ingrediendo religionem transeat in alterius potestatẽ, & qui
58 in alterius est potestate alios in suam habere non possit, ad l.sic euenit, ff.ad l.Iul.de adult. hinc optimo iure patriam dissolui potestatem tenuerunt omnes interpretes, vt per Din. l.liber homo, de acquir.rer. domin. additio ad Mathesilla.singu. 19.n.21. multos refert Clemen.de patria potesta.cap.fin. num.65. Padilla l.transigere, num.36.C.de transact. Gutierr.in §.sui, num.35.in stit.de hęred.qualit. Pinel.l.1.p. 1.num.46.C.de bon.mater. Ioã. de Montalegr.in exer.practica. actio.lib.2.cap.1.§.43.num.25.
59 Nam ex quo deficit patria pote

stas

ſtas qnæ tribuit vſumfructum patribus in bonis filiorum, iuxta l.1.C.de bon.mat.l.cum oportet C. deboniſq; liber. cum deficiat cauſa vſusfructus in patre religionem profitente, nil mirum ſi vſusfructus finiatur, prout ſequendo Couarr. alios cummulat & ad partes examinat Caſtillo de vſufruct. cap.64.numer.8. At vero cum in caſu noſtro, continuetur cauſa propter quã datur vſusfructus, nempe ob retardatam dotis reſtitutionẽ in muliere, etiam religionem profitẽte, dicendum erit ex verbis tex. noſtri ſupra relatis, nõ poſſe cadere dubitationẽ, an extinguatur vſusfructus. Sed imo quod tranſeat in monaſterium, quouſque duraverit cauſa ob quam inducitur vſusfructus, ſicut dicimus de patre, vt vſusfructus aduenticiorum cauſatus ob patriã poteſtatem, hac finita, finiatur vſusfructus.

60 Sic videmus, quod in cæteris vſusfructibus debitis filijs regulatis ad mortem, & conſequenter ad cauſam ſuam vitæ vſufructuarij, ſi hos contingat ingredi religionem capacem. tranſire in monaſterium vſumfructum monacho debitum, cum ſua cauſa duratura ad vitã monachi, omnes tenuerunt vt per Iaſo. in authen. ingreſſi nume.48.C.de ſacroſ.Eccleſ. Guid.Pap.deciſ.477 num.4. Pinel.l.1.part.1.num.47. & 49.C.de bon.mater. Caualca. de vſufruct.num.241. Portol.ad Molin.verbo, Vidua, num.13. & idem ſentire videtur Couarru. á quo licet omnes dicedant, in vſufructu patri debito, id factũ eſt incõſideratè, Didacus namq; noſter Bart. Hiſpanus, diſcretè loquitur in patre vſufructuario in bonis filij, per cuius ingreſſũ religionis extingui vſumfructũ, tenet ex defectu cauſæ conſiſtẽtis in patria poteſtate, & ita abſque ratione diſcedunt, in alijs vero vſufructuarijs, qui habẽt vſumfructum ad vitam regulatum, non dicedit Couarr. quin durante vita iliorum, vſusfructus non tranſeat in monaſterium, vt per ſupra dictos autores, & alios quos cummulat Sotomaior de vſufruct. cap.64.numero 3. Caldas Pereira l. ſi curatorem habens, verbo Lęſis, numer.142. verſiculo, Idem in omni vſufructuario, Gutierrez in canoni. libro 2. cap. 1. nume. 98. Ceuallos cõtra communes, qnæſtione 64. numero 1. & eſt indubitabilis traditio in omnibus vſufructuarijs vltra patrem in bonis filij, vt non finiatur per ingreſſum religionis vſufructuarij ſed quod in monaſterium tranſeat. 61 Et ſic in Aragonia potuit dubitari ex quo viduitas illius Regni finitur morte, & durat quantum vita viduæ, vt in foro 1. titulo de iure dotium, & ſic obſeruatur in Regno illo tranſire in monaſterium, ex allegatis per Portol. ad Molinum verbo, Vidua, numero 13. At vero cum in hoc noſtro textu vſusfructus ſit donec fiat ſolutio dotis, in monaſterium tranſibit ius faciendi fructus ſuos, tãdiu, quatenus ſolutio ſponſalicij, & dotis reſtitutio dilata erit, prout in textu & conſtitutione noſtra diſponitur,

No-

Notabilia ex decimatertia declaratione ad argumẽtum ex 3. tempore desumptum.

1 FRuctus elargitus in casu nostræ constitutionis viduis nõ finitur morte illarum, sicut finiuntur cęteri vsusfructus, sed durat durante debito dotis.

2 Vsusfructus alienatus distractus, seu venditus durat vsque ad vitam non emptoris vsusfructus sed vsufructuarij.

3 Vsusfructus debitus viduę in casu nostræ constitutionis alienatus, finitur eodem modo quo apud viduam finiretur.

4 Vsusfructus quomodo potest per vsumfructuarium alienari, & quando finiatur in personam emptoris seu cessionarij, n. 5.

6 L. si vsusfructus 67. de iur. dot. declarata & expensa.

7 Castillo Sotomaior laudatur & antecellitur Ceuallos.

8 Vsusfructus dicitur seruitus personalis.

9 Personalia iura incessibilia & intransportabilia.

10 Vsusfructus quare coumuniter dicitur vt vendi non possit.

11 Fructus diuidendi inter mulierem viduam seu eius cessionarium, & inter hęredes mariti soluentes dotes ad modum l. defuncta 65. de vsufr.

12 Fructus vt collecti dicantur non sufficit vt sint à solo separati, sed extra locum vbi collecti faerunt.

13 Locationes & arrendamenta bonorum tenutæ factæ seu facta per viduam durante possessione, & vsufructu isto resoluto per dotium restitutionis, an locationes dicantur finitæ & resolutæ.

14 Proprietarius an teneatur stare locationi factæ per vsumfructuarium, & è contra vsufructuarius per proprietarium, numero 19.

15 Conductor non cogitur cõtinuare locationem, nec ei stare resoluto iure locatoris.

16 Obligatio semel extincta amplius non reuiuiscit.

17 Locatio quando est resoluta ex parte locatoris, ita debet esse talis ex parte conductoris.

18 Vidua nostra vsufructuaria. an teneatur stare locationi factę per maritum durante illius vita.

20 Vidua nostra vsufructuaria facta suo casu per textum nostrũ matus dominium habet in bonis mariti quam cæteri vsufructuarij.

21 Vsufructuarij cum dicãtur quasi domini, ideo non coguntur stare locationi factæ per proprietarium.

22 Proprietarius an in locatione facienda per vsufructuarios cæteris paribus habeat ius retrahendi, & pigiationis ad cęteros conductores.

23 Locare cuilibet licet ad libitũ rem suam.

24 Fructus pendentes tanquam facientes partem fundi pertinent ad hęredes mariti facta solutione dotis & sponsalicij, percollecti vero iam ad viduam vsufructuariam.

25 Fructus extantes penes viduã

percepti

percepti ex hæreditate mariti in vim huius constitutionis, an sint reseruandi filijs illius matrimonij, an vero pertineant ad hæredes mulieris, cum seqq. & n.31. & concluditur n.43.

26 Vsusfructus proueniens ex primo matrimonio, an sit reseruandus filijs illius matrimonij, an vero tantum proprietas.

27 Coniux transiens ad secunda vota, tenetur reseruare filijs prioris matrimonij obuentiones prouenientes ex liberalitate, & iudicio primi coniugis defuncti. Et an idem sit de lucris à lege delatis, num.28. affirmatiuam nu.36.

29 Fructus percepti per viduam factam tenutariam, & vsufructuariam ad casum nostræ constitutionis ab ea dici poterunt prouenire, nullatenus vero ex iudicio mariti.

30 Fructus pendentes in bonis filij familias mortuo patre, non ad hæredes patris, sed ad filium proprietarium pertinebunt.

31 Reseruanda sunt omnia quę titulo lucratiuo peruenerunt ad coniugem ex primo matrimonio filijs eiusdem matrimonij.

32 Obuentiones, & accessiones omnes vltra sortem quæsitæ, dicuntur ex causa lucratiua prouenire.
Vsura semper dicitur ex causa lucratiua prouenire.

33 Vestes vsuales quotidanę & festiuæ an sint debitę viduis de iure quoties alimenta eisdē sunt præstanda.

34 Vestes lugubres & vsuales datæ viduis pro alimentis an sint reseruanda filijt prioris matrimonij illius cōuolatis ad 2. vota.

35 Bona omnia quę superlucrātur per vnum ex cōiugibus ex cōiuge prędefuncto sui reseruāda filijs primi matrimonij, nullo discrimine adhibito, siue a lege siue ab homine deferantur, & n.36.

37 Lucra omnia delata a lege vel statuto causata a primo matrimonio debēt filijs illius matrinij reseruare.

38 Patrr habet vsumfructum in bonis adnenticijs filij ob patriā potestatem, & non ob aliam causam.

39 Ratio inductiua vt lucra ex primo matrimonio sint reseauāda ad filios eiusdem matrimonij comprehendit tā fructus, quam proprietates proneniētes ex illo matrimonio.

40 Lucris primi matrimonij priuari conuenit qui contra matrimonium delinquere videtur cōtractando secundum.

41 L foeminæ, C. de secund. nupt. expenditur & ponderatur an parte illius ibi. Quidquid ex facultatibus.

42 Dictio, quidquid, cuius sit naturæ & quę importet.

44 Mater, seu pater transiens ad secnnda vota plus potest relinquere filijs secundi matrimonij, quam filijs prioris coniugis.

45 Mulier relinquendo filijs secūdi matrimonij, vniuersum patrimoniū minimo relicto filio prioris, an dici possit plus secūdo coniugi relinquere per vsum fructum quęrendum patri ex similibus bonis quamvni ex filijs prioris motrimonij.

46 Lex hac edictali C. de secund. nupt. cum loquatur per verbum coniugis non est protrahenda ad filios.

47 Mater relinquendo filijs secūdi matrimonij, plus quam

UAB Biblioteca de Ciències Socials

relinquerat filijs prioris, censetur velle priuare patrem vsufructu, prout potuit, ne plus diceretur relicto secundo cõiugi quã vni ex filijs prioris matrimonij.

48 *Mater nõ prohibendo vsumfructũ patri deferẽdũ ex relictis filio suo prout de iure sibi licuit censetur tacitæ vsumfructum patri relinquere.*

49 *Donare visus est ille qui nõ ademit illud quod adimere potuit.*

50 *Lex semper beneficium concedit in quantum nõ contrarietur aliç legi.*
Beneficia legis ita sunt accipienda si alteri legi non contradicunt.

51 *Actus humani semper sunt regulandi à iuris facultate.*

52 *Dispositio quælibet dicitur gesta eo modo quo de iure licuit geri.*

53 *Pater spurius non potest habere vsumfrumctuu in bonis filio suo delatit à patre suo, à quo vrgente spurietate ipse nil consequi posset, & tunc visus est auus prohibere vsumfructum à filio suo spurio, & num. 54.*

55 *Mater non potest in prçiudicium filiorum primi matrimonij vsumfructuarium, dominũ, & massarium facere secundum maritum.*

56 *Maritus transiens ad secuuda vota an amittere debeat beneficium ne egeat, seu vt ne conueniatur nisi in quantum facere possit & nu. 62.*

57 *Poenæ priuationis alicuius beneficij non habent locum nisi in casibus à iure expressis, & non vltra.*

58 *Mater transiens ad secunda vota non amittit ius succedendi filijs primi matrimonij.*

59 *Pater binubens non perdit vsumfructum aduenticiorum.*

60 *Mulier transiens ad secunda vota non perdit beneficium legis assiduis.*

61 *Vidua non conficiens inuentarium non perdit alimenia anni luctus.*

63 *Alimenta debita mulierividuç in anno luctus, non sunt debita si in anno tractet secundas nuptias.*

64 *Maritus nobilis an per contractum secundarum nuptiarũ perdere dicatur ius retinendi doets mulieris defunctæ.*

65 *Maritus nobilis an habet ius retinendi dotes, etiam si sit dines, & de consuetudine id inducens nu. 66.*

67 *Maritus nobilis casu quo de vita sua retineri posset dotes, quid de dotibus vinculatis.*

68 *Maritus an habeat beneficium ne egeat, super bonis vxaris vinculatis.*

13. declaratio ad argumentum ex tertio tempore dessumptum.

DEcimotertio loco erit declarandus text. noster sub eisdem verbis resolutiuis, *Donec & quousque sit integriter satisfactum de dote & sponsalicio*, vt vsusfructus mulieris delatus, duret, donec durauerit dotium, &

non

non finiatur morte mulieris, sicut vsusfructus datiuus, seu legalis finiri debet, ad terminos §. finitur, instit. de vsufruct. taliter quod sicut vsusfruct⁹ à lege, vel ab homine delatus, de iure cõuenita sit regulatus ad vitã vsufructuarij, quod si vẽditus, distractus vel alienatus fuerit ab vsufructuario, nihilominus duraturus sit, durãte vita vsufructuarij alienãtis (vt ex iuris locis in alio loco supra á nobis enodatũ fuit, concordãdo iura disponẽtia, vt vsufructuarius vsumfructum nõ vẽdat) ita si in casu nr̃ç cõstitutionis, vsusfructus per viduã distrahatur, eodẽ modo reguletur ad dotis solutionem, vt duret in persona acquirẽtis, quousq; durauerit solutio, & in hunc finiatur vsusfructus eisdẽ modis, quibus finiretur penes viduã; in hac per solutionẽ sponsalicij, & restitutionẽ dotis resolueretur, per text. nostrum ex supra transcriptis verbis, ergo in emptore, & acquirente seu causam habente á vidua, debet fieri per solutionem solam.

Ratio huius assertionis nõ est obscura, nã sicut simplex vsufructuarius potest vsumfructũ alienare (vt alibi diximus) ex l. arboribus 14. versi. vsufructuarius, l. cui vsusfructus 37. & melius l. nõ vtitur 45. ff. de vsufr. l. in venditione, de bon. auto. iud. possid. l. vsusfructus 58. solu. matr. Alberi. l. 1. n. 4. C. de bon. mat. vbi Pinel. 3. p. n. 39. Panor. cap. nuper, n. 5 de dona. int. vir. & vxo. Felicia. Solis de cẽsib. li. 1. c. 4. per totũ, Pichar. in §. finitur, inst. devsufruc. Spin. in specu. resta. glo. 13. n. 10. Auenda. de cẽsib. c. 71. Barbos. d. l. vsufructu n. 2. solu. matr. Ita & taliter (vt dicebamus) vt finiatur eisdẽ modis, terminis, & dilationibus, quibus penes simplicẽ vsumfructuariũ vendetem seu alienãtem finiretur, in vita nempe illius; ex l. necessario 8. §. fi. de peric. & cõmo. rei vendi. declarat Pine. vbi sup. & post eũ Garc. de expen. c. 10. n. 34. cum seqq. Sed doctiori stylo Barbos. d. l. vsufructu, n. 5. solu. matr. cum 3. seqq. penes quem finiretur in morte illius, vt eodẽ modo finiatur, nõ vero ad vitã ementis vsumfructum, sic intelligẽdo verba l. si vsusfructus fundi 67. de iur. dot. ibi: *Sed ad dñum proprietatis reuersurũ vsumfructum*, vt nempe illa reuersio ad dñũ proprietariũ, intelligatur post mortẽ vsufructuarij vendentis, seu alienãtis vsumfructũ, nõ alienatarij, seu emptoris, Pinel. vbi supra n. 40. ad eundẽ sensum erũt accipienda verba Iustinia. §. finitur, in sti. de vsufr. in illis verbis, *nihil agitur*, vt faciat vsumfructuarium emptorẽ, ad vitã illius, vt hæc declarauerat nõ inelegãtiori stylo Sotoma. quẽ iniustè insidiauerat Ceual. cũ lõge plus suas lucubrationes per quatuor libros elaboratas, sub inscriptione cõtrouersiarũ vsufrequentiũ antecellerit, in ritu, & recto, suis 4. libris cõmuni cõtra cões, licet verũ sit asserere, sub vltimo suo tract. *de las fuerças*, plus dexteritatis ad cętera expẽdisse) ille igitur sub suo tract. devsufruc. c. 69 p̃ tot. dixerat, p̃ ratione supradictorũ vsumfructuũ dici seruitutẽ personalẽ, l. 1. de vsufr. & exin de terminari ad vitam illius, cui seruiunt, l. corruptionem 16. C. de vsufructu, ibi: *De personali autem actione quæ semper vsufructu nascitur*, vt idem Sotomaior probe agnouerat multis aductis

lib.1.q.66.nu.20.& q.67.per totã. Vt exinde cum iura personalia sint incessibilia,& intransportabilia vltra personã,l. ex pluribus 43.de administra.tuto.l.vsus fructus 9.C.de vsufr.Anchar.cõsil.106.n.7.Pau.Castr.l.cotẽ ferro,§.fin.n.5.de public.& vectig. Ripa l.obligatione,n.7.de pign. Pinel.l.1.3.p.n.38.C.de bon. mater.Barbos.cum alijs ab eo adductis d.l.vsufructu,nu. 2. Castillo Sotomai.de vsufruc.c.69. n. 16. vt ex his tantũ fiat, in communi omnium ore dictũ, vsumfructũ vendi non posse, hoc est vsusfructus sic sumptus,vt remaneat vsusfructus cum suis qualitatibus intrinsecis,& extrinsecis, penes cessionarium,emptorem,& acquirentem,nullatenus vero negarunt,ius vtendi,fruẽdi, & percipiendi frnctus,vendi non posse per vsumfructuarium, regulatum ad vitã vendẽtis vsufructuarij. Ita etiam dicamus vt vidua nostra in casu nostrę constitutionis,facta vsufructuaria valide vsumfructum alienare, & cedere valeat, dummodo finiatur eisdẽ modis,& formis, quibus penes viduam finiret, hoc est per solutionem sponsalicij, & restitutionem dotis;vt sic dicamus trãsire in cessionariũ cum sua causa,vt sicut ex vidua transire posset post illius mortem(contra naturam vsusfructus, quæ fuit vt morte vsufructuarij finiretur)ad suos hęredes,donec dotes &spõsalicia soluãtur, cum aliàs verba supradicta nostræ cõtitutionis nõ permisserint vsumfructũ resolui:ita pariter veniat vsusfructus in cessionarium.

Dixi ad cessionariũ viduę trãsire vsumfructũ cũ sua causa, & prerogatiua duratiua vsq, ad dotis restitutionẽ,& spõsalicij solutionẽ,vt intelligas etiã tunc, cũ cessionario mulieris,& hæredibus mariti,faciendã esse diuisionẽ fructuum hęreditatis & bonorum mariti, ad terminos tex. in l.defuncta 65.de vsufr. vt nimirum,sicut fructus percepti p viduã,seu quẽlibet alium vsufructuarium,& à solo separati,& recollecti(inter quos diximus esse fructus, qni nõ solum sunt á fundo separati.sed extra locum collectionis ducti,cum nõ aliás possent dici recollecti, quã si extra locum vbi colliguntur, sint collocati,iuxta obseruantiã Rot.apud Seraphin.decis.683.n.3.) cedunt & veniunt ad cõmodũ vsufructuarij.Pẽdẽtes vero & non recollecti à solo, ad vtilitatẽ dñi proprietatis, prout latius fuit enodatũ supra sub 12.declara.ad 1.tẽpus,à n.10.cum seqq.ita etiã & fiat similis fructuũ diuisio,inter cessionarium mulieris,& ab hac habente causam, & mariti hæredes, ad quos pertinebunt fructus pendentes (tanquã pars rei(etiã si fuerint maturi & collecti,sed nõ á solo separati,vt ibi fusè fuerat expositum,licet extra proprium locum.

Deduces etiã ex superiori obseruatione q, facta resolutione, vsus fructus,viduæ, seu cessionario illius,per dotium & sponsalicij solutionem,locationes factæ durante vsufructu per viduam, seu ab ea causam vsusfructus habentem, erunt finitæ, & terminatæ, ad textum expressum in l. si quis domum 9.§. 1.ff.locati, secundum Paulum ibi in primo notabili, quia resoluto iure locatoris, resoluitur ius cõductoris,& cũ sit finita locatio, nõ erit proprietarius cogendus

stare

14 stare locationi,factę per vsufructurium,DD.in l.si filio familias §.si vir in quinquenium,sol.matri.vbi Bar.n.1.Alex.n.20.Imol. n.9.Barbos.n.6.Mantic. de taci. & ambig.lib.5.tit.14.n.11.Cald. Per.recept.senten.li.2.c.32.Caualc.de vsufr.mul.relic.nu. 176. Mier.de maior.4.p.q.25.nu.2.& 4.late Gracia.foren c.606.nu.7. & per totã discepta. quæ loquitur de prælato vsufructuario, & beneficiato resoluto enim iure habentis illud ad tempus semper resolui cõuenit ius accipientis,cap nuper de donat.int.vir.& vxor.l.si tutela. de adminis. tuto.Ex quo enim nõ habet ius in fructibus nisi de vita nõ potest proprietario facere præiudiciũ l.si quis domum locati, Rota in nouis tit.de loca.decis.1. Graci. d.discep.606.n.8.

15 Et cum sit finita locatio per resolutionem iuris locãtis, dicẽ da erit finita locatio ex vtraq; parte tã locatoris,quã cõductoris,vt sicut proprietarius hæres finito vsufructu mulieris, nõ cogitur stare locationi,sic etiã conductor non erit cogendus stare conductioni,per proprietarium volentem illã cõtinuare, extincta enim locatione non reuiuiscit Rota diue.decis.232. obligatio enim semel extincta amplius
16 non reuiuiscit, can. quæris de consecr.distin.4.l.qui res, 98. §. areã,de solut.Cum enim contractus locationis sit vltro citroq; obligatorius ad l.Labeo 19.§.cõtractum,de verbo.signif.ex quo fuerit resolutus ex parte locatoris mulieris & viduæ nrę, consequitur pari ratione, vt resoluatur ex parte cõductoris, &
17 cum sint cõtractus correlatiui nõ debet claudicare nec resolutionẽ ab vno tantum pendere,l.in vẽdẽtis,C.de contr.emt.Gom.var. tom.2,c.2.n.19. Surd. decis. 59. n.9.sic pro cõductore resoluunt omnes ex Panor.in suis qq. 3.q. incipiente,*Sẽpronius* 5.Dubio Socin.cõs.32.n.9.Cal.Pere.d. q.32. Trentac.var.li.3.tit.de locat.resol.3.Couar.in var.li.2.c.15.n. 6. Gracia.allegato c.606. n.13. vbi allegantur plura.

18 Ex eisdẽ regulis est metienda locatio facta per maritũ cui stare nõ poterit cogi per eius mortẽ vxor vidua facta vsufructuaria iuxta tex.nrum, cũ regulariter vsusfructuarius nunquã cogatur stare locationi factę per proprietarium ad l.arbores 66.§. 1. de
19 vsufr.Gutie.in cano.li.2.c.8.Barbos.l.si filiofamilias n.5.solu.matri.Surd.decis.172.225. & 265. & est cõis interpretum obseruatio in d.l.filio familias,§.si vir,solu.matr.& defensam reliquit ab opugnatione tex.in l.si pendente,§.si qua seruitus de vsufr. Castil.Sotoma.de vsufr.c.73.nu.1. cum 10.seqq.

20 Et tãto plus in vidua nostra erit cõcedenda facultas expellendi cõductorẽ ad cęteros vsufructuarios,cum in ea maius dñium quã in cęteris vsufructuarijs cõsiderari possit.Et cum ratio permissiua facultatis expellẽdi ad vsufructuarios, consistat in illo quasi dñio quod dicunt inesse inter vsufructuarios,ad *l.4.* de vsufru.Barbos.d.l.si filio familias, §. si vir,num. 5. in fine,qui allęgat Alex.ibi nu. 10.Rom.n.13. Cephal.con.254.nu.37.lib. 2. & Cuma.l.in vẽditione,§. 1. de bonis auto.iud.poss. sit verũ,quod cũ sit potẽtius in vidua nostra,
21 quãin alijs vsufructuarijs,dicẽdũ erit viduis licere expellere con

ductores á maritocausã habẽtes

22 An autẽ in locatione facienda per viduã de rebus tenutę hęre des mariti sint prę ferẽdi, & habeãt ius retrahẽdi ad cęteros cõ ductores pro eodẽ pretio, Borg nin. Caual. de vsufr. mul. relic. n. 172. & Vinc. Caroc. de locat. & cõduc. 3. gra. pers. q. 3. & 37. n. 5. illius sentẽtię fuerũt, vt de vrbanitate sint prę ferẽdi dñi proprie tatis, ratione connexitatis inter vsũfructuariũ & ꝓprietariũ, ꝙ omne cũ excellẽtiori ꝓprietate adaptari nõ potuisset ad casũ hu ius nr̃æ viduę tenutarię, in quã (dixeramus nõ semel) plus iuris in eã, quã in cęteris fuisse vsufru ctuarijs datiuis & cõstitutis. Sed tñ cum hæc prælatio nullo iuris vinculo fulciatur, nec aliquo iuris respõso muniatur, & solũ ima ginata cohonestas, seu vrbanitas vt dicebat idẽ Caro. 3. grad. q. 27 nu. 1. imo potius repugnet huic honestati regula tex. in l. dudũ, 14. C. de cõtr. emt. l. nec cui 32.

23 C. loca. qua docemur, vt vnicuiq; liceat rẽ suã alteri locare, de qua Benedi. in c. Rainũtius, verb. Cõ didit 1. n. 17. Pine. rub. de rescin. vẽd. 1. p. n. 27. Rui. in princ. instit. quib. alie. lic. n. 58. Sarm. selec. li. 3. c. 7. n. 2. ideo cõtra Caualca. & Caroc. cõcludẽdũ erit, vt viduæ nulla sit necessitas, cæteris paribus locãdi hęredibus mariti pro prietarijs, vt per Castil: Sot. mai. de vsufr. c. 74. per tot. qui filẽtio inuoluit Riciar. ad tit. insti. de vsufr. vbi inuenies omnia quę ani maduerterat idẽ Castil. & ita ne ex trãscriptis trãscriptionis vitio notemur, sola illorum remissio ne me satisfactum habe.

24 Dicimus diuisionẽ fructuũ in ter hęredes mariti soluẽtes dotes, & viduas, seu illarũ cessiona rios faciẽdã, ad terminos d. l. defuncta 65. de vsufr. videlicet, vt pẽdẽtes licet sint sati maturi, & de ꝓximo recolligẽdi, cũ faciãt partẽ fundi, pertineãt ad ꝓprietarios, quibus cũt faciẽda restitutio, recollecti vero & à solo separati pertineãt ad mulieres, cum

25 sint iã in propriã substãtiã cõuersi. Sed quia de his extãtibus poterat dubitari defũcta vxore vidua relictis filijs illius matrimonij, de cuius bonis ꝓcesserãt fructus, an similes veniãt ad reserua tionẽ necessariã faciẽdã ad filios illius matrimonij, iuxta iuris regulas, de quibus sub l. fœmina, l. generaliter, C. d secũ. nup. an vero ptineãt ad hęredes mulieris.

Pro his enim facit vel facere potuit, ꝙ dispositũ sub dictis le-

26 gibus de reseruãdis obuẽtionibus prioris matrimonij, ad filios illius, respicit tãtũ ad ꝓprietatẽ lucrorũ, nullatenus vero ad vsũfructũ, imo ius fruẽdi tribuũt cõ iugibus ad 2. cõnubiũ cõuolatis. Adẽpta sola facultate disponẽdi de ꝓprietate: vnde cũ versemur in pęnalibus cõtra binubos inductis, videtur cõcludendum, vt absq; aliqua legum extẽsione, sumãtur dispositа ab eis strictè, vt nullatenus cõprehendãt fructus extantes, sed ꝓprietates nudas, cũ de fructibus potuisset vidua expẽdere ad vsus arbitrarios, si viueret, vt nõ obscurè insinuare videntur verba l. fœminæ, C. de secund. nup.

Facit etiã pro libertate cõiugis vxorati secũdo loco, ꝙ is solũ tenetur reseruare filijs prio-

27 ris matrimonij, ea tãtũ, quę ex iudicio liberalitate, & munificẽtia cõiugis defũcti, ad cõiugẽ super stitẽ peruenerũt, ꝙ manifestum faciunt verba d. l. fœminæ, C.

de

de secund.nup.ibi,*Vel cuiuslibet munificentię liberalitatis premio*, de quibus verbis diximus (in alia parte huius nostri annalytici
28 commentarij) apertã dispositionem facere, vt non cõprehendãtur sub reseruatione, ea quæ ex necessitate legis, & forma statuti; ad cõiugẽ conuolatũ ad secunda matrimoniũ puenerint, vt extollũt relati per Gom.l.14.Tau. n.3 Pinel.l.fin.n.2. de bon.mat. late Greg.Lop.l.26.glo. *las hara* in fi.tit.13.p.1 qui omnes autoritate Baldi in l.finali, in fin. C. de bonis maternis aiũt, summi fundamentum, vt ita cum huiusmodi fructus non ex liberalita
29 te, nec ex munificentia coniugis defuncti mariti, ad viduam nostram superstitem, & binubam peruenerint, sed ex necessitate, & ministerio legis, & constitutionis nostræ, non denique ex iudicio deperditi consortis, sed statuti ope, & auxilio processerint, & legali prouidentia emanauerint, ad libertatem cõiugis pertinere non erit iniuridicum asserere.

30 Pro hac mulieris libertate poterit considerari, illud quod de patre vsufructuario asseruit Casane.in consuetud. Burgund. rubric.6.§.7 glo.fin.in fin.sub additione ibi posita. Vbi asseritur, quod si pater non percipiat fructus durante vita ipsius, ex bonis aduenticijs, ad terminos l. cum oportet, de bonisque liberis, iuncta l.1.C.de bon matern. vt sunt fructus stagni, aut reddi tus annui, & fructus pendentes in terra, tunc deficiente patre, pertineant ad filium proprietarium, & nõ ad alios patris hæredes, ex § is vero ad quẽ, iusti.de rer.diuis. ergo à cõtrario sensu si fructus fuissent percepti, & recollecti, sentire videtur, vt ad hę redes patris pertinere deberentur, allegat Guid.Pap.cons.170. 3.p. & hos approbando Castill. fo.com.de vsufr.c.2.nu.38. Auenda resp.5.nu.5.ver. Ex ista cõclusione. Eodẽ igitur modo ex paritate rationis superius consideratæ (cum apud vtrosq; versemur inter vsufructuarios legales) dicendum videtur in casu proposito, vt si pendentes fructus, tanquam pars rei non ad hæredes mulieris pertineant, á contrario si percepti fuerint fiant vxorum & earum hæredum.

Cæterum pro obligatione vi
31 duę nostræ tenutariæ, & vsufructuarię, ad reseruãdos fructus ad vtilitatem filiorum primi matrimonij, faciunt ea quæ superius fuerunt cummulata sub prima huius temporis declarat. in materia sponsalicij, & regulæ generales, quæ ex dict. l. fœminæ, & l. generaliter desumptæ fuerunt, vt videlicet cadãt sub obligatione reseruandi, omnia quę titulo lucratiuo ad mulierẽ peruenerint causa primi matrimonij, & vltra dicta iura sunt alia nempe l.si quis prioris, §.fin. C.de secund. nupt. §. quia vero binubi, in authentica de non eligẽ. 2.nub.colla.1.glos.fin.l.fœminę, §. illud, & diximus in hunc modum ratiocinãdi venire omnes interpretes Azo. in summa C.de secun.nupt. Gom.qui alios refert l.14.Tau.num.14. Couar. ad 4.2.p.c.3.§.9.num.7. Gutier. in pract.lib.2.quæst.95. per totã.

Sed sic est, quod in casu huius
32 nostrę cõstitutionis, fructus perueneruntad viduam ex simili causa lucratiua. Nam vltra quod omne illud quod vltra fortẽ rę

cipitur, dicitur ex causa prouenire lucratiua, cum nomen vsurarũ cõsecutus fuerit, & omnis vsura dicatur lucrum, sufficit etiam vt deferatur ab statuto, seu lege, vt dicatur ex causa prouenire lucratiua, ex Bal. doctr. l. 2. n. 2. C. de reuo. his quæ in frau. cred. Cordub. l. si quis á liberis, §. siquis ex his, n. 274. de liber. agn. late Surd. de alimen. tit. 9. q. 19. per totam. Igitur vt cadant simi les fructus sub reseruatione, nõ erit incongruum firmare.

Hinc dicunt interpretes, vi-
33 duam omnes vestes lugubres, si ue ordinariç, siue pretiosæ fuerint (quas consequitur in primo anno post viri mortem pro illo lugendo, in partem alimentorũ, quoties hæc debita sint vxori, & secundum communem inter pretum sententiam, sub nomine alimentorum continentur simi les vestes, vt per Bald. con. 478. nu. 3. vol. 5. Angel. l. decreto, C. de his qui notantur infamia, Mõ taluus l. 6. Taur. glos. magna, Palac. Rub. in rubr. de donat. inter vir. & vxor. § 11. num. 8. Couarr. ad 4. 2. par. cap. 3. §. 9. nu. 10. Roxas in epitho. succesio. cap. 33. num. 49. Marc. Anton. Quesada diuersar. quæstio. cap. 25. Garc. de expens. cap. 8. num. 29. 36. & 37. Surd. de alimen. tit. 4. quęst. 2. numero 13.) cum descendant ex causa lucratiua, si in anno luctus ad secũda migrauerit vo ta, teneri illas reseruare filijs pri mi matrimonij, tenent omnes, vt per Bal. & Palac. Rub. vbi su-
34 pra, Matiençó l. 3. tit. 1. lib. 5. glo. 2. num. 36. Alexad. in l. si his qui quadringenta, §. fin. in fin. Ioan. de Garron. ib. in rub. de secund. nupt. num. 43. pena 18. Couarr. vbi supra, num. 10. & Garci. numero 40.

Sufficit enim quod bona sint superlucrata per mortem viri,
35 (vt in casu nostro) ad hoc, vt de necessitate veniant reseruanda filijs illius viri, Fulgos. cons. 49. col. 1. Corne. cons. 309. col. pen. lib. 3. Gracian. disceptat. forens. 862. numer. 4. Rota decis. 638. apud recentissimas, 1. part. nul lo discrimine adiecto siue ab ho
36 mine siue à lege deferantur, cõ tra enim superiorẽ animaduersionem, qua fuit firmatum lucra legalia non esse reseruanda, est cõmunior & receptior sententia, quã contra se tenuit Bal. in authent. ex testamento, nu. 6. & in l. generaliter, §. illud, & in authent. vxore, C. de secund. nuptijs, Ripa in d. l. fœminæ, num. 45. C. de secund. nupt. & de magis communi Couarr. vbi supra, num. 7. Pinel. loco proximè alle gato, Anto. Gabr. lib. 3. commu. tit. de secund. nupt. conclus. 2. nu mer. 15. alios tradit Cras. §. succesio ab intestato, q. 17. num. 5. Gutierr. lib. 2. pract. q. 95. nu. 10. Boer. decis. 85. nume, 8. & nu. 9. Surd. cons. 164. num. 10. Gracia, disceptа. foren. 862. num. 5. & c. 702. num. 24. & dixit sæpius Ro ta, vt in vna Romana restitutio dotis 2. Decembris 1596. corã Orano, & in alia Romana hæreditatis de paragij dotis, 1. Decẽ bris 1614. corã Burato, de quibus in recentissimis par. 1. decisio. 638.

Et hoc aprimè procedere in
37 uènies quoties lucrum legale á lege ipsa, seu statuto defertur coniugi, ob causam matrimonij, tunc enim pauci dubitant, quod lucrum non sit reseruandum, vt eruditè adnotauit Petr. Barbos. in l. si ab hostibus, §. fin.

num. 11.

numer. 11.solut.matrimo.Secus vero si ob aliam causam quã ma
38 trimonij, vt est in vsufructu dela to patri, qui à lege defertur in bonis filij, non ob matrimoniũ principaliter, sed ob patriã potestatem iuxta l.fin. C. de bonis matern.Et consequenter nil mirum si (vt supra dictum est) fructus á patre percepti pertineant ad successores,& hæredes illius, cum illorum fructuum diuersa sit ratio,atque perceptorum,ex causa matrimonij, vt sunt hi de quibus agimus in præsenti casu,de quibus nõ possumus negare,quin ex causa matrimonij deuenerint ad vxorem viduam tenutariam in bonis mariti defuncti.Et cum ratio prohibitio-
39 nis,ne lucra causata á matrimonio deuenire possint ad alios, quam filios ipsius matrimonij, comprehendat tam fructus extantes perceptos, & non cõsumptos, quam proprietatem illorũ facere debet, vt idem ius statuatur,in fructibus,atq; in proprietate, iuxta iura vulgata, l. illud, ad l.Aquil.cum similibus.

40 Ratio enim cur binubus teneatur ad reseruationem est de mente Bal.in d.authentica ex testamento,C.de secund.nup. nu. 6. Vt scilicet priuetur lucris illius matrimonij, ille cõtra quod deliquit ad secundum conuolãdo.Roland. approbando Bal. de lucro dotis,q.86.per totam,Phanutius sub eod.simili tractatu §. 8.num.13. Gracian. discept.for. cap.702.num.26.Hęc quidẽ ratio non est dubitandũ quin cõprehendere sit apta similes fructus,vt per iniuriam in contrahendo secundum matrimoniũ teneatur reseruare quidquid lucri nomine ad conuolantem de
41 nerit ex primo.

Et hac ratione attenta, videmus dispositiones illas sub l.fœminæ 3.& l.generaliter 5. C. de secund.nupt.sub quadam nimia generalitate, & vniuersalitate conceptas fuisse, vt comprehendere faciant non solum proprietates,sed fructus, & omne quod superextauerit tempore mortis coniugis secundo vxorati,vt patet in illis verbis d. l. fœminæ, ibi: *Quidquid ex facultatibus priorum maritorum sponsalium iure, quidquid etiam nuptiarum sollemnitatem perceperint, aut quidquid mortis causa donationibus, &c.* Quis enim dicere poterit, similes fructus per viduam percep-
42 tos non ex facultatibus priorũ maritorum prouenire?Quis itidem negare poterit dictionem illam, *quidquid* aptam non esse ad comprehendendum fructus sicut proprietatem ipsam? sub enim ista vniuersali dictione *omnia* comprehenduntur, ad l. in fideicommissi 3.§. cum Pollidius de vsur.Rebus.l.creditorũ, de verbor.significatio.Menoch. de arbitr.q.8.num.13.ita vniuersaliter comprehendit,vt nihil remanere possit ad l.etiam 23. solut.matrim, & cum comprehendat sub se casus priuilegiatos, iuxta obseruata per Menochiũ præs.145.num.15.lib.4.si fructus isti percepti fuissent aliquo modo priuilegiati,nihilominus sub illa dictione comprehenderentur. Quidquid igitur supperer-
43 seu viduæ nostræ,tanquam proueniens ex facultatibus viri, debet reseruari filijs illius matrimonij, prout de similibus fructibus reseruandis in specie,responderunt Oldra.cons.33. q. 2.

Gratus

Gratus conſ.35.col.2. Antonius Gabr.de ſecund.nupt.concluſ.1 num.1.& 2. & concl.3. in princ. Azeu.l.4.tit.1.lib.5.q.9.num.58. vbi agit in nepote, Gracian. ex preſsè diſcept.702.num. 21. vbi teſtatur de duabus obſeruatio nibus Rotalibus in terminis.

Sufficiat enim, & ſufficere de
44 bet filijs ſecundi matrimonij,vt pl⁹ mater eis relinquere valeat, quam prioris matrimonij filijs, abſque eo quod aduerſetur, l. hac edictali,C. de ſecund. nupt. & regulæ illius,vt nō liceat plus relinquere ſecundo cōiugi, quā vni ex filijs prioris matrimonij, quam regulam licet Conſilium Neapolitanum protraxerit ad fi lios ſecundi matrimonij, vt his non liceat etiam plus relinque ri quam filijs prioris coniugij, vt per Vincēt. de Franch. deciſ. 435.& apud Senatum Sabaudię idē ſit obſeruatum ſub Teſaur. deciſ.170.quia exiſtimarunt, ꝙ
45 ſi permitēretur plus relinqui fi lijs ſecundi matrimonij, quam vni ex filijs,ſaltem patre viuēte, ex quo huic quęrerētur fructus ex aduētitijs, & relictis per ma trem ipſo iure iuxta l.1. & 2. & toto titulo C.de bon. matern.l. cum oportet, C.de boniſq; lib. & conſequenter fieret fraus le gi,& per indirectum plus habe ret pater binuptus, per vſumfru ctum ſibi quæſitum, quam vnus ex filijs primi matrimonij, ideo exiſtimarunt(credidi)vt filijs ſe cundi matrimonij nō poſsit plus relinqui quam vni ex filijs prio
46 ris. Quorum ſentētiam diſplice re iam alibi dixeramus,cum de monſtratum fuerit,ex ea violari contexturam, & apertam literā d.l. hac edictali, quam conſtat concipere ſuam diſpoſitionem, per verbum,*coniugis* inadaptabi le ad filios, & deſcendētes ex primo, & cum in pœnalibus ra ró admitti ſoleat extēſio, nullo modo ſequendam eſſe ſuperio rem aſſertionē ſusè alibi fuerat demonſtratum in hoc opere.

Ad inconueniēs autē reſultās ex relictis per matrē binubam fi lijs,vel filio ſecundi coniugij,pa
47 tre ſuperſtite cui per vſumfruc tum quęri poteſt pluſquam vni ex filijs primi matrimonij, reſ pondebis,quod in ſimili facti cō tingē tia. Si per vſumfructū plus conſequitur pater, quā valeret minimum relictum filio prioris matrimonij, preſumendum erit matrē voluiſſe priuare patrē v ſufructu ſibi quęrēdo,ex relictis ad filios 2.matrimonij, iuxta ter minos auth.excipitur, C. de bo niſq; liber. cuius prohibitionē induci poſſe,non minus tacitè, quam expreſsè, non ſemel ſub hoc opere, & ſub alio commen tariorum ad conſtitut. *Ios impu bers*,fuit animaduerſum.Etlicet dictum etiam fuerit in ſuperio ribus declarationibus huius tē poris 1.& 2.quoties mater non prohibuerit, vſumfructum, pro ut ſibi licuerat iuxta dictam au
47 thent excipitur, viſā fuiſſet ex tacito iudicio permiſsiuo relin quere vſumfructum ſuo ſuper ſtiti viro & patri filiorum,& hæ redum ab eadem matre inſtitu torū,quia qui non ademit quod adimere potuit viſus eſt donare
49 ſeu relinquere, ad l.vtrum 8.§. cum quidam,de reb.dub.l. 1. §. ſciendum de legat.3.& in ſubie cta materia ratiocinati ſunt Pau. Caſtr. conſ.150.lib.2.Bertran. in d.l.hac edictali num.35.Nihilo-minus tamen in propoſito caſu induci prohibitionem,à matre,

& non esse necessariam expressam, pro certo erit habendũ ex sequenti consideratione.

50 Acquisitio enim vsusfructus quę fit patri, eo ipso quo bona filio deferuntur ex legis dispositione, non est dicendum elargiri in quantum alia lex non resisterit, non enim alia lege resistente poterit vna lex similem concedere elargitionem vsusfructus, nec cuiuslibet alterius, singularis est ad id annotatio Socin. in l. Gallus, §. si is, num. 20. de liber: & posthum. vbi Iaſ. nu. 29.

51 Deci. cons. 462. Semper enim dicimus actus humanos regulari á iuris facultate, l. Lucius 21. §. fin. ad municipal. & melius in l. quæro, §. inter locatorem, ff. locat. de qua lato sermone Menochius præs. 38. per totam, & præsumpt. 14. num. 8. lib. 3. Quam libet enim dispositionem dicimus gestam eo modo quo de iure fieri potuit ad doctrinã Iaſo. in l. Gallus, §. 1. 3. nota. de liber. & posthum. Vnde Bart. in l. Gallus, §. quod si is, num. 3. ver. Sed quæro, quem sequutus fuit ibi Iaſ. num. 21. & 24. & canonizauit Rota apud Card. Bonon. decis. 443. num 3. quod quando auus instituit nepotem ex filio spurio, nõ potest quęri vsusfructus patri suo spurio, quia ex quo filius fuit incapax successionis immediatè patris sui, iuxta tex. in authent. ex complexu, C. de incest. nupt. & quæ notantur ab interpretibus ibidem Alexand. Trentac. var. resolut. lib. 1. tit. de nothis & spur. resolu. 2. vt exinde ex quo auus filio suo spurio nil relinquere potuerit directè, fiat certum, quod instituendo nepotem ex filio spurio visus fuerit prohibere vsumfructum, ne alias fieret fraus legi. ad leg. quod conditionis 9. de donat. causa mort. l. si is, de vulgar. vt sic eodem modo, quamuis iura permittant vsumfructum aduenticiorum parentibus deberi hoc ita, ne fiat fraus alijs iuribus dictantibus, plus non relinquendum secundo coniugi, quã vni ex filijs primi matrimonij, ne per indirectum his fiat abrogatio, & ne vna via permittatur, quod alia prohibetur, vt ex his dicamus censeri prohibitum vsumfructum, ex verosimili mente matris instituentis filios ex secundo coniugio, ex Paul. Castr. d. cons. 150. li. 2. Ruin. cons. 112. num. 8. lib. 1. post Bertran. in d. l. hac edictali, & iterum sub cons. 115. num. 3. lib. 7. & Rota in sup. allegata decision. Card. Bonon. 443. nu. 5.

55 Secus autem dixissem si mater instituto filio secundi matrimonij (vel cõiux) coniugem superstitem fecisset vsumfructuarium, dominum, & massarium, (vt quotidie fieri solet, & dum hæc disponimus fuit ita à quadam iuris Doctore factum) cum enim in hoc casu non esset præsumenda vsusfructus prohibitio, cum versemur in aperta voluntate testantis, non dubito similem dispositionem fore reducendam ad terminos d. l. hac edictali, vt facta vsusfructus æstimatione, & computata ista æstimatione cũ illo quod fuerat relictũ vni ex filijs primi matrimonij, quod plus superauerit valor vsusfructus relicti cõiugi superstiti, erit detrahendum, & supplendum, illo minimo, seu modico relicto filio ex primo matrimonio, vt æqualitas desiderata in d. l. hac edictali ad vnguem

sit

fit obſeruata. Dixi ſub nu. 28.

56 Lucra legalia coniugum nullo modo reſeruanda ad filios primi matrimonij, ſed quia beneficium ne egeat, ſeu vt maritus non conueniatur niſi in quãtum facere poteſt, de quo in l. maritum 13. ſolut. matrim. legale dicitur cum proueniat à lege, an deperdatur per maritum per tranſitum ad ſecunda vota, hoc parum firmauit Mieres noſter ſub colla. 8. cap, 9. nume. 10. & pro affirmatiua induxerat ſuã ſententiam, propter iniuriam quam conſiderarunt interpretes irogari cõiugi defuncto per tranſitum coniugis ſuperſtitis ad ſecunda vota allegando l. generaliter (quam nos ſæpe allegamus) C. de ſecund. nupt. Sed tamen dubium indiſtinctè ita ſumptum nõ videtur ita verum, pro

57 ut tale Mier. firmauit, quia (vt ſupra in alio propoſito dixeramus) pœnæ priuationis alicuius beneficij, non habent locum niſi in caſibus à iure expreſsis, cũ pœnæ aliquæ non imponendæ, niſi vbi ius illas imponere iubet; vnde cum nulla lege caueatur maritum binubum priuari beneficio ne egeat, non eſt ei ſimilis pœna inflingenda, nec affici pœnis alijs, vltra á iure impoſitis, vt dicebat gloſ. in cap. fin. de iure patron. notabilis text. in §. optimum, in authen. de non eligẽ. ſecund. nub. col. 1. vbi reperies

58 matrem ad ſecundas nuptias cõ uolatam non amittere ius ſuccedendi filijs ſuis, & aſsignata ratione textuali noſtram aſſertionem firmante, quia nulla fuerat inducta lex inductiua ſimilis

59 priuationis. Iuuatur ex l. fin. C. de bon. mater. vbi pater per contractas ſecundas nuptias, non amittit vſumfructum aduentitiorum ex vxore prædefuncta ad filios primi matrimonij obuentorum. Ex quo igitur deficit lex inducens priuationem ſimilis beneficij ne egeat, non erit

60 à marito auferendum, gloſ. mirabilis l. aſsiduis, C. qui potior, inducens beneficium d. l. tacitæ hipotecæ, cum prælatione, non perdi per tranſitum ad ſecunda vota, Garron. in tract. de ſecun. nupt. in tit. particulari de ſecundo nubentibus, n. 26.

Et ſic dicimus ad intellectum

61 noſtræ cõſtitutionis, quod licet mulier non conficiendo inuentarium perdat duo beneficia ex tribus per conſtitutionem noſtram inductis, nẽpe ſecundum in alimentis, & tertium in iure percipiendi fructus, nullatenus vero perdet primum in iure poſſidendi, & trãslatæ poſſeſsionis, quia deficit lex in iniungenda ſimili pœna, quo ad primum illud beneficium, & non quoad ſecundum & tertium.

62 Sed tamen in dubio iſto per Mier. firmato dixiſſem, quod ſi maritus à ſecunda vxore in dotem tãtundem recipiſſet, vt poſſet ſe liberare ab egeſtate, & ex nouiſsima dote recepta honeſtè viuere, & conſeruare ſtatum & honorem cum decentia (quod arbitrio iudicis relinqui debet, conſideratis circunſtantijs loci, temporis, & perſonæ) cum qua vitam duxerat cum prima vxore. non dubitarem ſub hoc caſu firmare maritum perdere beneficium d. l maritum, nec poſſe retinere dotem, quia tunc retentionis ratio ceſſaret. Nam aliás ſequeretur, quod ſi plures habuiſſet vxores poſſet omnes dotes retinere. Nec erit ſufficiens

argu-

argumentatio de vxore binuba (cui non debentur alimenta per hęredes mariti,etiã eo casu quo de iure erant præstanda , etiam si dos in bonis consisteret mobilibus,ex Iaso.in §.fuerat,n.25. instit.de action. Garronib. in cad.rub.de secund.nup. nu. 17.) ad maritum binubum , vt ita nõ debeat ex dote ptæmortuę vxoris alimẽtari,vt correlatiuorum eadem sit ratio , cum tales esse maritũ & vxorẽ in alio proposito dixeramus Nã est dispar ratio,cum mulier iam ex secundo viro alimenta percipiat in compensationem obsequiorum,quę eidem viro præstantur,cuius honorẽ & statum ipsa retinet mulier,& iam annus perdiderit nomen luctus.

Et an idem fiat in marito nobili,vt perdat ius retentionis do- 64
tis de vita sua,etiam si transierit ad secunda vota , sicut plebeius ne egeat . Maritus enim nobilis , non habẽs vt nobiliter se possit sustentari,dicitur deductus ad inopiam, secundum Bal. in l.si quis ad declinandam,n. 5. vers.circa tertium,C.de Episco. & cleric. vbi dicit quẽ dici paupere secundum statum natalium suorum , qui aliás non diceretur mendigans, idem obseruauit Ripa in l.si constante,n.7. vbi conatur tentare remedium l.vbi adhuc,C.de iure dot.etiam in casu quo facultates mariti sufficerẽt ad dotẽ & creditoribus, si non sufficerent ad conseruan- 65
dum statum nobilitatis mariti. Sed ipse nõ vidi hoc priuilegiũ retinendi dotem alibi scriptũ, vltra casum l.maritum , ff. soluto matrimonio , ad omnes maritos inopes commune, licet verum sit apud nobiles, vt cum maiori ostentatione se valeant sustentari & alimentari plus attẽdi debeat ab bonorum valorem & æstimum faciendum, vt intrare possit arbitrium , an egere possit , sed nulla data egestate, seu inopia , non vidi scriptum alibi ius retentionis,& interpretes,qui de hac loquuntur retention asserũt id fieri ex consue- 66
tudine : hæc tamen consuetudo cum sit contra regulas iuris, nõ erit extẽsibilis ad alias personas ex notatis per Iason.in l.de quibus,num.12. de legib. numero & 14. Licet contrarium tentet noster Mier.sub colla. 9. cap. 8. num.79. Et hanc consuetudinẽ licet scriptam non inuenerim, video inconcusè obseruatam, & transeo nunc pro ea licet mihi semper facta fuerit dubitabilis.

Sed data ista consuetudine ꝓ
67
legitimè introducta si bona vxoris fuissent vinculis suppositа,& sub grauamine restitutionis ei dẽ relicta, nõ dubito marito nobili nullã dari retentionem per ea quæ tradita fuere supra sub 6.declaratione huius temporis, vbi agimus tam de bonis vinculatis ad exclusionem huius nostræ constitutionis, quam de beneficio ne egeat nõcõcedẽdo in bonisvinculatis, solũ igitur virtute consuetudinis(quã non firmo)poterit maritus nobilis retinere bona dotalia vxoris defunctę libera cõtra cuius vxoris hæredes vtetur maritus nobilis suo priuilegio retentionis,& nõ contra fideicommissarios , non vrgente glos. in l.si prior,ff.soluto matrimo. cum in proposita quæstione fideicommissarius nihil habeat ex dispositione vxoris:secus vero est in casu,de quo

lo qui-

loquitur glo.in d.l.si prior, facit
56 tex.in l.legem,cum similibus,C. de pact.

Licet reuera habet aliquantulum difficultatis an beneficium l.maritum procedat in vinculatis bonis vxoris,cum dotis constitutio semper fuit regulata à iure,vel prout iuris fuerit,& cõsequenter ad dispositum sub d. l.maritum,& consequenter maritus visusfuit dotẽ acceptare saluo suo priuilegio in corpore iuris clauso,cui cum non renũciauerit,nõ est ab eo auferendum, & hanc dicimus fuisse verosimilem mentem,tam ipsius mariti, quam constituentis dotem, nã vt dixeramus, dotis constitutio regulanda est à dicta l.maritum sicut ab alijs regulis iuris, & regulanda est,etiam á consuetudine,tu poteris super dictis ratiocinare pro resolutione articuli, quia alia me vocant peculiaria.

Notabilia ex decimaquarta & vltima declaratio. ad argumentum ex tertio tempore desumptum.

1 *TEnuta,alimenta,& ius faciendi fructus suos,non cõpetũt in omnibus bonis mariti, quoties ex pacto inter contrahẽtes actum est, vt certa pars bonorum assignetur pro vsufructu & tenuta, cum seqq.*

2 *Constitutio nostra sub versicul.* exceptades empero las mullers a las quales per lur dot, &c. *declaratur,& enodatur.*

3 *Prouisio hominis quando cessare facit prouisionem legis, late discutitur cum multis seqq. & tanto magis quãdo prouisio particularis tendit ad illum finem ad quem lex tenderat.n.4.*

5 *Prouisio hominis quando potest retorqueri contra illum non facit cessare legalem prouisionem num 15.*

6 *Prouisio particularis textus nostri de certa parte bonorum pro tenuta & iure percipiendi fructus,tendit ad eandem finem ad quẽ generalis prouisio, & quomodo potest venire in odium pascisentis mulieris.*

7 *Dotis conditio non potest pactis mulierum deterior fieri à prærogatiuis iuris.*

8 *Hipoteca dotis expressa,seu specialis quando facit cessare tacitam & generalem, & nu. 9.*

9 *Hipoteca expressa super administratione paraphernalium à marito præstita facit cessare tacitam ex l.fin. C.de pacti. conuent.*

10 *Hipoteca expressa facit tacitã cessare, quando tacita fuit inducta de iure singulari.*

11 *Prouisio hominis facit cessare legis prouisionem quando prouisio legis fuit ob ius speciale.*

12 *L.finalis,C.de pact. conuent.sũ sua materia declarata.*

13 *Maritus tenetur sub obligatione bonorum,& illorum hipoteca pro administratione paraphernalium.*

14 *Mulier in paraphernalibus conditionem suam pactionibus, potest facere deteriorem.*

16 *Prouisio particularis textus*

nostri

UAB Biblioteca de Ciències Socials

nostri super assignatione certæ partis bonorum mariti non potest facere deteriorem conditionem dotis mulieris, & quomodo id contingat, & nu. 23.

17 *Bona particulariter assignanda pro tenuta & vsusfructus mulieris, vt tollere possent tenutam vniuersalẽ debent esse equivalẽtia dotibus, & sponsalicio.*

18 *Constitucio nostra sub illis verbis*, per seguretat de lur dot, *expenduntur & declarantur in optimo casu, & nu. 23.*

19 *Prouisio in vno casu facta, in eius contrario visa est contrarium prouidere.*

20 *Hipoteca expressa quando est sufficiens pro dote facit cessare tacitam.*

21 *Alienatio bonouum sub hipoteca mulieris comprehensorum, tunc demum valida de consensu mulieris, si supersũt bona mariti pro restituendis alienatis, & declarata l. iubemus, C. ad Vel. leian.*

22 *Consensus mulieris præstitus in alienatione bonorum mariti, tunc inducit validitatem actus quoties supersunt bona pro solutione dotis.*

24 *Constitutio nostra sub versic.* Exceptades empero, &c. *quomodo recipiat interpretatiõẽ à iure communi.*

25 *Fideiussores dotium quare ius prohibuit, & de ratione prohibitionis similiũ fideiussionum, n.* 54. *&* 55.

26 *Pignora an prohibeantur dari per maritum de dote restituenda, atque fideiussiones fuerunt prohibitæ, & nu.* 41.

27 *Pignoris datio in quo differat ab hipotecę constitutione, quia pignus possessionem transfert, non hipoteca.*

28 *Pignus cõstituitur propria re traditione.*

29 *Pignoris constitutio inter coniuges quo pacto posset inter illos generare perfidiam.*

30 *Titulus ne si deiussores dotiũ dentur, cum nil dicat de pignore an sub eo comprehendatur.*

31 Satisdare *verbum, cuius naturæ, & quę sub eo comprehendere voluit ius.*

32 *Ratio l. 2. C. ne fideiussores dotium dentur fundata in perfidia, an in datione pignorum vigeat.*

33 *Ratio prohibitionis potius at tendenda venit in prohibitiuis, quam ipsamet prohibitio.*

34 *Ratio quando est generalior dicto ampliat dictum ad limites rationis, & semper est plus attendenda quam legis dispositio nu.* 35.

36 *Ratio legis seu dispositio ius non minus disponit, quã & propria legis verba disponere vidẽtur, & paritas rationis pare ius facit nu.* 37.

38 *Ratio legis in poenalibus & statutis facit extendere poenas ad casus & personas sub ratione cõprehensas.*

39 *Interpretatio facta à ratione legis dicitur collectiua.*

40 *Paria sunt decidi ex lege, vel ex legis ratione.*

42 *Maritus minus grauatur dando pignora qnam dando fideiussores.*

43 *Maritus prestando hipotecam nihil facit cum faciat actũ quod ex natura iam inerat contractui.*

44 *Expressio eorum quæ tacitè insunt sonant potius monitionem, seu excitationem quam conditionem,*

45 *Hipotecæ prestatio non potest*

gene-

generare perfidiæ ſuſpicionem, ſicut pignoris datio.

46 *verba text. noſtri ibi*; Exceptadas las mullers, a les quals per lurs marits, &c. *an inducant hipotecam, vel pignorũ dationem nu.* 51. & 52.

47 Aſsignare *verbum quid ſignificet, & quæ per eum importare videntur.*

48 *Pater aſsignando inter filios per partes bona ſua, videtur illos facere dominos bonorum cũ plenitudine iurium.*

49 Conſignare *verbum eſt aptũ ad transferendum dominiũ præcedente tit. habili ad translationem, & quãdo per eum transferatur poſſeſsio. Et aliquãdo dationẽ in ſolutũ importat, n.* 50.

51 *Hipotecæ conſtitutio & nõ pignoris datio per textum noſtrũ ſub verſiculo*, Exceptades empero, *deſignatur, n.* 52.

53 *Exceptio ſeu limitatio poſita ſub text. noſtro ad regulam generalem illius, quomodo intelligenda de regula.*

54 *Fideiuſſores licet pro dotibus conſeruandis, & reſtituendis dari non poſsint an ſi dati ſunt ſuſtineantur, vel regula prohibitoria de non dandis intelligatur inuito marito.*

55 *Duarenus, Cõnanus, & Pichardus non admittuntur in aſſertione circa fideiuſſores dotibus datos.*

56 *Intellectus, ſenſus, & concluſio vniuerſalis huius conſtitutionis reſumitur, refertur, & traditur.*

57 *Interdicta poſſeſſoria per viduam proponi poſſunt aduerſus bona ſibi particulariter aſsignata pro dotis ſecuritate.*

Decima quarta & vltima declaratio ad argumentum ex tertio tẽpore deſumptum.

DEnique tandẽ, & decimo quarto loco, declarabis argumentũ huius tertij temporis, vt nullatenus ius faciendi fructus ſuos, imo nec tenuta, ſeu ius poſſeſsionis (de quo ſub primo tempore) procedat & habeat locum quoties ex pacto conuẽto inter coniuges, certa bonorum mariti pars, fuiſſet vxori ſuæ, ꝑ dotis ſecuritate aſsignata, ex quibus bonis, poſsit mulier ſuffi cientes reditus, & obuentiones recipere, quo caſu mulier in bonis aſsignatis, tenutã & ius percipiendi fructus conſequi tantũ poterit, & non in vniuerſali hæreditate mariti: quam limitationem non obſcurè colliges fuiſſe textualẽ, ſi ad verba noſtri text. recurras, ibi, *Exceptadas empero las mullers a las quals per lurs marits certs locs, o rendes, o altres bẽs de anot rendas, o annuals, o esdeueniments puxan prouehir per ſeguritat delurdot, o ſponſalici, ſerã aſsignats enlo qual casaq̃lls tã ſolamẽt locs, o rendas, o bens ſie viſta poſſehir, y ſobre aquells haja la ſua prouiſio, e los fruits ſeus faſſa de aq̃lls* quę verba Latine tranſcripta ſint: *Exceptis tamen vxoribus, quibus per ſuos maritos certa loca aut reditus, aut alia bona, vnde annui reditus, vel obuentiones peruenire*

1

2

poſſent

possent pro securitate suę dotis,& sponsalicij fuerint assignati, quo casu ipsa dumtaxat loco & reditus,& bona possidere censeatur,& super illis prouisionem suam habeat,& fructus suos faciat illorũ: quæ verba cum clausula irritanti prolata inuiolabiliter inducere videntur:vt tunc demum vidua tenutam cum vsufructu habeat in bonis mariti defuncti. si pro securitate suæ dotis, bona aliqua sibi non fuerint assignata,his vero assignatis,in illis habeat tenutam & vsumfructum.

3 Hæc quidem textualis limitatio,videtur duas iuris regulas,& legales obseruationes offendere,prima illa sit, vt per eam dici possit, hominis prouisionẽ facere legalẽ & generalẽ cessare,quod iura non permiserunt secundũ sententiã glo.in l.2.de iu.emph. Iaſ.l.itẽ quia,n.4.de pact.cũ alijs allegatis per Macera.vari. lib.1. resol.40.n.6.ver.quarto pro responsione,Sotomai.qui pro more alios recensẽt, & de regula tractatũ sumpsit de vsuf. c.19.n. 15.cum seqq. Rot.in recentiſ.p. 1.decis.392.nu.4. in fi.Surd.cõs. 34.n.34.Gozadi.con.74.nu.11.

4 Et quandohominis prouisio tẽdit ad eundẽ finem(sicut in casu nostro,vt saluum sit ius mulieris in dote ad quem legalis prouisio tenderat, nullo pacto hominis prouisio erit potens, ad legalem destruendam,adl.cum ex filio 39.§. filio, de vulga.melius sub l.non rectè,C. de fideicõmi. Menoc.præs.190.n.40. ex quo, Seraphin.decis.803. Fontan. de pact.nup.2.p.clau.5.glo. 10. p.1. n.35.

5 Et si hominis prouisio posset venire, seu retorqueri in odiũ prouidentis,minus erit sufficiẽs ad tollendã prouisionẽ legalem,Nata cons.123.n.11. Surd. cons.339.n.28.Bechius con.82. num.20. Gracia.foren.c.376. n. 6 5.allegans Bellon.con.22. n.23. Sed sic est quod prouisio ista hominis de qua sub ista declaratione,non solũ tẽdit ad eundẽ finẽ. ad quem generalis prouisio nostra legalis tenderat, videlicet, vt exactio dotis soluto matrimonio facilius consequatur, & mulier sit salua in sua dote. Verumetiam & posset retorqueri in damnum vxoris, quia si bona assignata forsan non sufficerent pro dotis & sponsalicij securitatẽ, si mulier non posset tenutam habere, & regressum ad alia bona per cessationẽ,seu extinctionẽ generalis tenutæ,damnũ nõ seue sustinere diceretur, igitur nullo modo erit ferendũ dicere,hanc hominis seu pacisscentiũ prouisionẽ, facere cessare legalẽ nostrã,faciendi fructus suos,saltẽ in illis verbis taxatiuis huius assertionis,ibi, *ipsa dumtaxat loca,&c.*vt tantum in illis habeat tenutam.

7 Ratio autẽ huius dubitationis non est obscura, cum in ore illorum qui in iure sunt bene versati passim habetur, mulieres nullo modo facere posse, suis pactionibus, conditiones suarũ dotium deteriores,ad l.Atillicinus 17.l.de die 14.& l.2.de pact. dotal.Alexan.l.si socer,§.Lucius,solu.matri.Ripa l.ita stipulatus, n. 75.de verbor. obligat. Guilliel. Onchia.qq.Academica.lib. 1. c. 33. Petr.Barbos.l.2.p.1.nn.141. ff.solut.matrim.Anton. Fab. de errror.decas 6.error. 2. ex quo igitur mulier, conditionem suæ dotis facere non potest deteriorem, fit consequens, non posse ita pacisci, vt cogatur

tantum tenutam habere in bonis assignatis, cum forte illis nō sufficientibus remaneret indotata.

8 Ad exēplum (propter istud inconueniens) illius obseruationis apud interpretes receptæ, vt expressa hipoteca per mulierē prę uēta in dotis suę securitate, nullo modo faciat cessare tacitā, illam inductā ab Imperatoribus in l. vna, §. taceat, C. de rei vxor. actio. & in l. assiduis, C. qui potior. imo mulieribus cōpetat, cō cursus vtriusq; hipotecę, & expressè & tacitè, ne aliàs mulier per expressam, suā conditionem deterioraſſet, sic cōmuni omniū voto fuisse receptū inueni, iuxta glos. verb. contentam, in l. fin. C. de pact. conuen. quam ibi approbarunt Bal. Cin. & Salice. nu. 3. Anto. de Fano de pigno. 4. mē. 2. p. nu. 82. & 83. dixit hanc communē Gutier. de iura. cōfirma. 1 p. c. 46. nu. 12. Castillo Sotom. de vsufr. c. 19. n. 16. & cōtrouer. iur. c. 4. numer. 4. lib. 3. Cardin. Mantica qui loquitur de generali hipoteca tacita sub suo tract. de tacit. & ambig. lib. 11. tit. 11. num. 12. sed melius tit. 19. numer. 41. elegans diffinitio Antonij Fabri in suo C. sub titulo de rei vxoriæ actione, diffinitione 3. xe nostris Fontanel. de pactis nuptial. clausula. 7. glos. 2. par. 1. numer. 17. qui allegat Raudensem de Analogis lib. 1. cap. 33. ad nu. 1. cum seqq. sed melius Gracian. allegata discepta. 376. per tot.

9 Et licet appareat hæc sententia dubitabilis; & potuerit illā turbidam facere, l. final. C. de pactis conuentis, & plurium interpretum assertio, qua firmatur expressam hipotecā, facere cessare tacitā, DD. ad l. si cū dotē 23. in princ. solu. matr. Cin. sibi contrarius in l. certi iuris, C. locat. q. 6. Anto. Grabr. commu. conclu. tit. de regul. iur. concl. 8. nu. 1. Negus. de pignor. p. 2. mē. 4. nu. 87. Gracia. allegata discepta foren. 376. num. 1. & ellegantius Cuia. ad tit. C. de pact. conuent. sub finalibus verbis sibi: *Nec illud omittendum est ex eadem l, fin. nomine paraphernalium rerum mulieri datam hipotecam, nisi ipsa specialiter sibi alia cauerit hipoteca.* Ex quibus finalibus verbis resultat, sentire eloquentissimum & literatissimū Cuiaciū, quod si mulier prouiderit sibi de hipoteca speciali, non possit vtique experiri tacita. Sed tamen, quia relati interpretes pragmatici & Doctores loquuntur, secundum iura quæ allegant in l. fin. C. de pact. conuēt. quā loqui videmus de hipoteca tacita, super paraphernalibus, & sic super iure speciali, et priuilegiato, seu particulari, in quo, nō versatur publicus fauor, sicut in iure generali, seu vniuersali dotiū, & quoties prouisio legis fauore speciali inducitur, tunc hominis prouisio tollit generalem, ex Bartulo l. 2. C. de iure emphiteut. & in l. 1. §. vnde quæritur, ff. de publicia. in rem actione, Iasl. 2. numer. 143. C. de iure emphite. Alexan. consil. 118. numero 25. Osasch. decisione 23. numero 10. Gracianus discepta. 376. numero. 3. Vt sic casus ad l. final. C. de pact. cō uent. licet visus sit innuere contrarium, & permittere hominibus, per suas prouisiones legibus derogare, intelligatur in casu tantum particulari, de quo loquitur, nempe ad bona paraphernalia tantum, vt nimirum illa obligatio generalis,

lis,qua maritus tenetur ex admi-
13 niſtratione paraphernalium ex Iaſo.in l.maritus in fin.C.de procurato. abſque aliqua prælatione,ceſſet vbi de particulari hipoteca fuerit prouiſum , quod *lex ita induxerit, late Cardinal. Mantic.de tacit.& ambig.lib.11 tit.11.num.12.* dicens vltra caſum paraphernalium hipotecã expreſſam non excludere tacitam , vbi plures cummulat, non autem inde inferendũ eſt, in quolibet caſu,prouiſionẽ hominis facere ceſſare legis indu-
14 ctionem , quia in paraphernalibus ceſſat ratio , vt mulier non poſsit conditionem ſuam facere deteriorem , prout diximus in dote.Extra igitur caſum particularem ; & vbi non poſſet prouiſio hominis contra prouidentem retorqueri , manet firma regula , vt hominis prouiſio non faciat ceſſare legis prouiſionem,cui regulę videtur ofendere hæc noſtra limitatio , cum per prouiſionem à contrahentibus factam de certis locis, obuẽtionibus,&reditibus,derogetur generali,de tenuta,& iure faciẽdi fructus ſuos, de qua ſub 1.p.
15 tex.noſtri.

Sed tamen huic regulæ non officere hanc limitationem , de prouiſione particulari ſumptã, fiet verum,ſi aduertas ad ea quę diximus,vt tunc tẽporis prouiſio hominis faciet legalem prouiſionẽ ceſſare,quando hominis illa præcautio poſſet retorqueri in prouidentem damnum , & iacturã,quod eſt dicere in exẽplo propoſito ꝺ tacita & expreſſa hiporeca , quando per expreſſam reddi poſſet dotis conditio deterior, quia cum tunc militet ratio prohibitionis , vt mulier non poſsit ſuis pactis cauſam dotis facere deteriorem , fit verũ, prouiſionem hominis legalem
16 non tollere , vnde cum in caſu noſtro,mulieris conditio in ſua dote per particularem aſsignationẽ bonorum deteriorari nõ poſsit.Cum ſi in aliquo caſu poſſet fieri cõditio deterior mulieris in caſu huius noſtræ declarationis, hic vnus eſſet,ſi bona aſsignata pro iuribus reditibus, & obuẽtionibus non ſufficerẽt ad dotis quantitatẽ,& ſpõſalicij , & dotis iurib⁹ nõ ęquiualerẽt,quo caſu ſi hęc aſsignatio excluderẽt vniuerſalẽ tenutã , & in cæteris bonis mulier nõ poſſet experiri remãſiſſet vxor indotata, vel ſaltẽ periculis dimutę dotis ſuppoſita,quod iura nullo caſu permitti voluerunt.

Hoc autem periculum in caſu noſtro immineri non poteſt, cum ſit huic incommodo prę-
17 cautum per conſtitutionem noſtram , quæ tantum voluit, vt mulier contentari debeat bonis aſsignatis , in illis quæ tantum ſuam prouiſionem habere , ſi fuerint æquiualentia dotis ſecuritati,& ita ſi ius dotis in bonis aſsignatis mulieri, potuerit eſſe ſaluum , & incolumen ſic videntur ſuadere verba tex.
18 noſtri,ibi , *O eſdeuenimens puxã prouehir per ſeguretat de lur dot.* Igitur lex, tunc demum iubet vxorem contentari bonis aſsignatis , ſi fuerint bona ſufficientia ad dotis ſecuritatem, quia , vt dicebat Baldus in authentica ſed ſi quis , numer.7. poſt medium , C. de ſecundis
19 nuptijs , relatus per Barboſam. in lege ſi cum dotem, in princ. numero 29.ſoluto matrimonio, quoties quis prouiſet ſibi in v-

no casu,in eius contrario visus fuit totum cõtrariũ prouidere.

Hoc intelligendo modo adducto, ratiocinatus est Negusa. de pignor.p.2.mem.4.num. 45. quem sequitur Anton. Gabriel in suo lib. comm. tit.de reg.iur. 20 concluſ.8.nu. 5. in superiori assertione quã asseruimus hipotecam expressam ad dotem, non facere cessare tacitam, quando per expressam *satis non posset* esse cautum vxori in dote, tunc ne causa dotis dicatur deteriorata per expressam,factum fuit,vt tacita non cessaret; sufficiente vero expressa pro dote, non dubitant interpretes vxorem cogendam fore discutere expressam, & virtute tacitæ, nullatenus experiri posse, ad alia bona mariti, vltra expressata, quia cessat ratio vt mulier non potuerit suis pactis causam dotis facere deteriorem,ad l.Atillicinus, & l. de die, de pactis dotalibus.

Sub eodem modo ratiocinandi, reperio alloquutos interpretes ad materiam textus in l. iubemus 21. C. ad Velleianum, vbi tunc demun sustineri alie- 22 nationem à marito factam de re specialiter hipotecata mulieri, pro sua dote, si bona supersunt marito,ex quibus possit fieri dotis restitutio, tũc mulier cõsencidendo alienationi, validam hanc facere potuit. Nullatenus vero, si nulla supereſſent bona apud maritum, ex quibus cautum non esse posit mulieri, tunc quia mulier suo pacto dete- 22 riorauerit dotis conditionem, intrat inualiditas consensus mulieris, & exinde alienationis subsequutæ, Alexander in l.Mę uia.§.1.ff.solut.matrim.Negusa. de pignor.4.mem.2. part.num. 82. Barbos.l. 1. part. 5. num.68. Antonius Fabr.de error. dec. 7. error.8.

Ad similes igitur terminos se velle reducere constitutionem 23 nostram sub illis verbis ibi: *Aut obuentiones possint prouenire pro suæ dotis securitate*, vt sicut hipoteca expressa facit cessare tacitam, quando illa correspondet doti, & *sicut* consensus mulieris in alienatione hipotecę suæ dotis validat alienationem,si bona quæ supersunt marito sufficiunt pro dotis restitutione, ita in casu nostro,si certa pars bonorum mulieri assignetur,ex cuius reditibus &prouentibus, mulieri prospicere possit pro dote, & sponsalicio, in his habeat tenutam, cum iure faciẽ di fructus suos,& non aliás, aliter, nec alio modo, quod videtur ita sentire pragmaticus noster Mier.hic nu.133. Et etiã si diceretur casus per nostrã cõstitutionẽ omissus, admitteret interpretationẽ á iure cõni,& consequenter informaretur a d.l.iubemus,C.ad Velleia. cum nõ se 24 mel admonitum sit p inductionem huius noui iuris, non cessare inductum à communi Romanorum & Pontificum.

Secunda vero regula quã diximus offendi per hanc nostram textualem limitationem, 25 consistit sub illo edicto vel titulo,C.ne fideiussores dotium dẽtur, cuius edicti prohibitorij ratio consistens in euitanda perfidia inter coniuges, vt dicebat Imperator sub dicta l.2.in finalibus verbis,ibi: *Vt causa perfidiæ in cõnubio eorũ generetur*, C. ne fideiessores dot. dent. quã ratione notabiliter extolit Rimi.

in princi.instit.de dona. n.1227. post Bart.in d.l.si constante,opposi. 5.solut.matrim. vbi Ripa n. 12.Bal.Nouel.in tracta. de dot. 6.p.priui.21.per totum, Gom.l. 53.Tau.nu.26.cũ alijs adductis per Pichar.§.1.institu.de fideiuss or.nu.7.Alcia. melius hãc ratione declarauit lib. 4. parergon,c. 26.& triplici modo hãc perfidię causam enodari per Ioann. Orosium in l.ius publicum, nume. 2. ff.de pact. obseruat Gutierr. de iur.confirm.1.p.c.21.n.2. vbi ex illis id probe enodare curauit, & optimè Couar. cap. quamuis pactum,2.p.§.2.num 9. de pact. in 6.

26 Hęc quidem prohibitionis ratio fecit extẽdere edictũ prohibitoriũ de fideiussoribus non dandis per maritos pro conseruatione seu (vt alij voluerunt) pro restitutione dotium, ad pignora tradita vxori,vt censeãtur eodẽ modo,& ex eisdẽ rationibus prohibita,iuxta Bal. Nouel. de dot.6.p.priui.21.n.10.& elegãtiori demonstratione Palac. Rub.in 5.notab.ad c.per vestras de dona.int.vir.& vxor.á nu.13. Gutier.vbi supra nu. 5.in fin.qui intelligendo Bar.contrarium tenentem sub l.*si constante*,§.*quoties*,n.3. fol.matr.vt intelligatur in hipoteca, de pignore autem, vt illius traditio censeatur prohibita fit verum.

Pignora enim per actualem

27 traditionem , in creditorem constitui solent,l.ff in rẽ 9.§.2. de pignor.actio.& in hoc prefulget insignior differẽtia inter hipotecã & pignus, vt illa obligata remaneat creditori,á die conuentionis , & dicatur in dominio illius , possessione mãnente penes debitorem, & obligantẽ, hoc autẽ vt ex tũc tráseat in possessionẽ & dñiũ creditoris,reuocabiliter tamẽ, & sub resolutione illius iuris,facta solutione debiti,§.itẽ Seruiana,inst.de actio vbi ex recentioribus declarat Pichar.num.42. Cardinalis Mantica de tacit. & ambig.conuent. lib.11.tit.1.nu.2. in fin. vnde cũ

28 pignus constituatur , non aliás quam propria rei traditione, vt ex d.l.si in rem,§.2. de pignora. actio.ex pignore sic dato probabiliter poterit suspicari de perfidia inter coniuges generanda, nã cũ omnis pignoris possessio

29 sit transitura in mulierem, nulla *penes virum remanente , iuxta* propriam pignoris diffinitionem , & voluerunt Cõsulti sub l.1.§. seruum qui pignori,de acquiren.possessione, l. cum notissimi 7. C. de præscription. 30. vel 40. annorum , tunc ex hac occasione, perfidia,seu maleuolentia , vrgentiori causa timenda venit , quam per fideiussorum dationes , quia vxor confidentiam vllam significat habere à marito suo , vtroque enim casu , & per fideiussionem , & per pignorum dationem , visa est vxor diffidere de marito, *isque de facili concipere aduersus vxorem non leuẽ indignationem , quod summopere lex abhorruit* , vt in dicta l.2 C. ne fideiussores dot. dentur , facit l.reprehendenda,C.de instit.de & substit.sub condi.fact.

30 Nec oberit dicere iura illa prohibitoria , ne fideiussores dotiũ dẽtur nil dicere de pignore,sed solũ de fideiussore,& in prohibitiuis nõ cõcedẽda extẽsio,sed restringẽda ad casũ, de quo loquitur. Nã prẽter ꝙ verba l.2.C. ne fideiussores dot. dẽtur,sunt satis apta ad comprehẽdendã pigno-

rationem sub illis verbis, *Nullã esse satisdationem*, vt ita sub ver-
31 bo, Satisdare comprehendatur pignoris datio, quæ æquipollet venditioni,§.venditę,institu. de rer.diuisio.l.promissor 21.§.fin. de constitu.pecu.l.1.§.iubet, de collat.bono. vbi obligatus satisdare satisfacit dando pignora, notat glos.verbo,Nemo alienę, in l.in eo 111.§.1. de reg.iur.in ver: *Sed an volens dare pignora*, alia glos.in l.1.verbo, Fideiussoribus,ff. qui satisdare cogantur, vbi Bart.Pichar.in §. sed hodie, instit.de fideiussor.num.5. & 6. late Roder.Suar.sub tit.*de los em plaçamientos*,§.1.nu.10. Nihilo-
32 minus vltra dictam interpretationem,cum ratio legis sub per fidia fundata, militet in pignoris datione, atque in fideiussoria cautione,nil mirum,tametsi lex sit prohibitiua tantum in fideiussore, extendatur ad pigno ra,ex paritate & comprehensio ne rationis,in qualibet enim legali prohibitione potius attẽdi
33 solet ad rationem prohibitionis, quam ad ipsam prohibitionem,ad l.regulam.§.si quis, & ibi DD.de iur.& fact.ignor. Ro ta in elegantí casu apud recentiſsimas Farinac.1.p. decis.565.
34 num.3.Quia quãdo ratio est generalior dicto, ampliat dictum ad limites rationis Rot.decisio. 193. num.7.eadem parte recen
35 tiſsimarum. Cum ratio potius semper sit plus attendenda quã dispositio,& legis locutio Rota allegata decis.565.num. 3. Non enim ratio minus disponere di citur,quam propria verba dispo
36 sitionis,l.emptor,§.fin.de rei vẽ dica.Fortun.Garci. in l. Gallus, §.idem credendum,num.19.de liber.& posthu.Rota eadem sub
Farinacio recenter decis.10.nu.
37 2.par.1.Et paritas rationis pare ius facit comprehensiue,nõ extensiue,Cin.l. iura, C. de legib. Surd.cons.202.num.22. Gracia. foren.c.918.nu.66.Et eadem paritas in ratione facit vt in statutis & pœnalibus, in quibus stricta fieri solet interpretatio, ca
38 sus sub ratione comprehensi,cõ prehendantur sub dispositione, glos.in clem.1.verb. Eligatur in fin.de elect.Roland.con.27.nu. 6.lib.1.Surd.decis. 62.num.25. plura alia apud Gracian. forens.
39 discept.c.813.num.2.& 3.Et interpretatio ista per rationem di ci solet collectiua, Surd. consil. 241.num.39.& cons.25.nu. 34. Rolan.cons.14. num.30. libr.3. Gracian.discept.809.num.9.Vn de cum in pignore militet eadẽ ratio prohibitionis, nõ dicemus
40 extendere legem,cum paria sint decidi ex lege vel ex ipsius ratione,l.nominis & rei, de verb. signific.

41 Et licet aliqui teneant nõ pro hiberi pignorum dationem per inhibitionem fideiussorum, iux ta doctrinam Bart. communiter secutam in l.si constante,§.quoties,ff.solut.matrimo.cũ de pignoribus nõ dãdis sub edicto pro hibitorio fideiussorum, nullum verbum proferatur,ad l.1.ff.qui potior.in pignor.habe.l.quãuis, de solutio.l. quod autem 7. §. si vxor,ibi;*Prædia quę ob dotẽ pignori accepit*,de dona.inter vir.& vxor.Alexan.in d.§.quoties,Cãpes.tract.de dot.3.p.q.181.cum
42 minus grauetur maritus dando pignora,quo casu nulli remanet obligatus, quam dando fideiussores,quibus semper obligatione astringitur: sunt tamen supra dicti intelligendi de hipoteca

non

non de pignore,de illa enim, & non de isto allegata iura locuntur.Quo casu nulli dubium esse
43 poterit, quod valide hipoteca constituatur,absque periculo incidendi in edictum de fideiussoribus non dandis, quia maritus facit tunc quod de iure teneba
44 tur ex dotis receptione,qua facta,ius tacitam iam hipotecã induxerit,ad l.vnam,§. taceat, C. de rei vxor.actio. l. assiduis, C. qui potior,§. fuerat,instit. de actio.vnde cum hipotecando bona fecerit, quod tacitè inerat, succedit regula,vt expressio eorũ,quę tacitè insunt,nihil operetur, & sonat potius in monitionem,& excitationem,quam cõditionem, vt ex Innocentio in cap fin.de præsum.& in c. licet, de offic.ord. obseruauit Gracia. forẽ cap.738. nu. 4. Vnde cum
45 in hipoteca cesset perfidię suspicio,cum absque aliq ia traditione, sed solo consensu contrahatur (vt dicebamus) & sic nõ generetur inter conuiges per hipotecam aliqua indignatio, cũ possessio apud maritum remaneat, ad contrarium pignoris, cuius possessio in mulierem debuerat transire (vt dicebamus) ex l. 1. §. per seruum pignori datum,de acquir. possess. quo casu vrgens præsumptio oritur indig
46 nationis mariti ergavxorem,nõ confidentem de viro, & de illo in bonis, cui & pretiosa tradiderit per corpus suum & carnem.

Ex quibus igitur nõ inaduertenter cummulatis, liquet pignoris constitutionem, non minus censeri prohibitam, quam ipsam fideiussorum dationem, licet non censeatur prohibita hipoteca,sed vidẽdũ est,an verba tex.nostri sint potius aptiora ad inducendam pignoris dationem, quam hipotecæ constitutionem, vt congruenter firmari possit, offendi regulam de fideiussoribus dorium non dandis. Et si verba constitutionis ingenuè perpendantur,ibi, *seran assignats*,hoc est, *fuerint assignati*,
47 magis pignoris quam hipotecæ constitutionem sonare videtur, Verbũ enim,*assigno*, magis possessionis & doñij trãslationem significare videtur, quam solam hipotecariam constitutionem,solet enim hoc verbum,*assigno*,donationem importare,Alexan. in l.si constante,solu.matri.nu.32. cum seqq. ibi an dominij translationem, an vero custodiam inducere videatur,quod omne ad pignus magis quam ad hipotecã conuenire resultat, & Alexand. sequitur Gratus cons.7.num.12 & seqq.lib.2.Mantic. de tacit.& ambig lib.13.tit.5.numer.3. Ita
48 fuit habitum per assignationẽ factam per patrem inter filios in vita, inter bona sua cẽseri patrẽ eos facere dominos bonorũ assignatorum,per potentiã verbi,*assignare*, Corne.cons.228.n. 11.lib.4.Socin.Iun. cons. 72. nu. 67.lib.1.Menoch. præsum. 196. num.12.lib.4. Gracian. in optimo casu forens.cap.82.per totũ,
49 sed melius num.5. Sic dici solet de verbo,*consignare*,vt sit habile ad transferendum dominiũ prę cedente titulo habili ad transferendum,vt ex Socin. cons.9. nu. 30.lib.1. censuit Senatus Lucensis apud Magon.decis. 20. nu. 9. & 22.dicẽs, quod si in prẽsentia proferatur á contrahẽtibus, trãsfert possessionem,Bart.l.prędia, & ibi Alexand.de acquir.possess. Nat.cons.162.Imo hoc verbum dationem in solutum significa-

re

re dixerat Menoch.cons.20.nu. 6.& de præsumptio.lib. 2. præs. 93.nu.6. Attenta igitur natura, seu essentia pignoris, quę transfert possessionem magis per similę verbum *assigno*, significari dicendum erit, quam hipotecã.

51 Sed ipse per similia verba nostri textus tantum hipotecã designari censerem, vt minus iuri communi derogetur; quoties ab illo exhorbitantia committitur, vt sic constitutio nostra intelligatur de simplici hipoteca, absque traditione. Quod fiet apertius si præsupponimus velle constitutionem nostram bona fuisse assignata eo modo quo de iure possunt assignari per hipotecam, & sic præsuponit actus validitatem; quod clarè constitutio nostra visa fuit demonstrare, dum ponit regulam, ꝙ mortuo viro, vidua fiat tenutaria, (eo modo quo dicebamus sub primo tempore) & in primo anno luctus fiat alimentaria in sequẽtibus vero vsufructuaria, donec fiat dotis restitutio. Hæc regula certũ est quod loquitur de possessione, quæ virtute & autoritate nostræ constitutionis trãsfertur in vxorem; & consequenter nullo modo de pignoris possessione translata in vita mariti à die traditionis pignoris, huic regulæ datur textualis fallentia, quando vxori fuerunt certa bona assignata per maritum, vt tũc ex fructibus bonorum assignatorum sit alimentanda in anno luctus, illorumque similiter ius habeat percipiẽdi fructus, vnde cum intelligenda sit fallentia, iuxta regulam, de possessione quæ autoritate constitutionali fuerit translata in vxorem, fit euidentius non de bonis quæ vi-

uente marito possidere possent vigore assignationis factæ per eundem maritum, sed de bonis quorum possessio fuerit in vxorem translata viro defuncto, cũ dicta fallentia intelligenda ve 53 niat retentis terminis, in quibus regula loquuta fuerat, cũ exceptio semper cũ suis qualitatibus fiat de regula, & ita non vrgẽte quod contrarium voluerit significari hic noster practicus Mier. num. 13. ver. fin. tenendum esse censeo, saluo melioris sanciẽtis iudicio.

54 Nisi placuerit sequi sententiã illam Connani & Duareni, quã refert & sequitur Anto. Pichar. in §. 1. instit. de fideiussor. n. 11. existimantes in iure, non fieri reprobum, vt fideiussores dotiũ dentur, licet hoc sonare videantur verba rubricæ, quia dicunt intelligi, vt ita non dentur, vt cogi possit maritus fideiussores dare, sed si dederit, nihil obesse, vt fideiusiones non sustineantur, & fideiussores mariti cõueniri possint, vt ita eodem modo dicamus de pignore, vt licet maritus cogi nõ possit dare pignora, datis vero, non prohibeatur mulier pignoraticia agere. Et si ita esset verum dicere. quod dubito, minus difficultatis haberet limitatio text. nostri, vltima, cũ his imposita dicatur manus, calamusque noster conquiescat iã cum plusquam existimaueram fuerat protractus, non vt scribẽdi munere vltimus iste sit assumptus: sed progredi ad alium me trado commentando constitutionem *A forigitar fraus.*

55 Sed mihi summopere displicet hęc Connani & Duareni ratiocinatio, non solum quia conantur immutare in hac mate-

ria ila quæ certam legem iã habuerunt de fideiuſſoribus, & ęquipollentibus ad illos non admittendis. Sed etiam quia perfidiæ cauſa inter coniuges generanda ex fideiuſſorum datione, quę fuit cauſa finalis prohibitionis, non eſt conſiderabilis, vel ſaltẽ adaptabilis ad caſum Duareni, Connani, & Pichardi,& magis quando pignoris datio fit tempore contractus matrimonij, quia tunc per illam perfidiam, quæ ſperatur generari inter coniuges, ne maritus maligne ſuſpicetur aduerſus mulierem voluit lex fideiuſſiones non dari, vnde, cum ob vitandam malignationem animi mariti ſit inhibita fideiuſſoris datio, dummodo non detur caſus qui faciat ceſſare rationem prohibitionis. Hęc ſemper in ſuo remanebit vigore.

56 Vnde ex his concludenter ita textus noſter erit intelligendus, vt mulier vidua poſt mortem mariti, facto inuentario in primo anno dicto luctus,alimenta conſequatur ex bonis mariti, & incontinenti viſa ſit poſſeſſora bonorum illius in poſſeſſione quę perſiſtat, donec de dote, & ſponſalicio ſuo nõ fuerit ſoluta,& ſi differatur ſolutio dotis & ſponſalicij per annũ ex tunc omnes fructus, obuẽtiones,& prouentus ex bonis vniuerſalibus mariti reſultantes, faciat ſuos vſque ad integram ſolutionem dotis & ſponſalicij. Niſi in caſu quo certa bona mariti fuiſſent ſpecialiter hipotecata pro dote & ſponſalicio, quia in his tantum poterit conſequi poſſeſſionem,tenutam,alimenta,& vſusfructus;dũmodo ſimiliabona ſub expreſſa hipoteca aſsignata ſint competentia pro ſolutione dotis,& commenſurabilia ad ſponſalicium,& alimenta.Et nõ aliàs aliter,nec alio modo, & hic eſt verus ſenſus textus noſtri. Quo caſu aduerſus iſta bona ſpecialiter hipotecata, aſsignata, & conſignata mulier experiri poterit omnibus interdictis poſſeſſorijs,retinende, & 57 recuperande, tum virtute conſtitutionis finalis, hoc noſtro titulo ſimilia remedia ad caſum noſtræ conſtitutionis concedẽtis,ſeu inducentis: tum de iure communi ex his quæBart. adnotauerat in l.1.§.incertum, nu.2. quem ſequũtur omnes de acquirend.poſſeſ.Deci.con.179. Ioannes Bot.con.106.Matien.l.1.tit. 5.lib.5.recop.à nu.1.vbi infinita iura allegat,vbi,& apud quos reperies, vbi nõn adeſt incertitudo loci conſtitutum, inducere translationem poſſeſsionis, & conſequenter facultatem vtendi remedijs poſſeſsorijs. Et hęc ſint pro vltima manu ad hunc commentarium Analythicum, pluſquam inſtitueram dilatum quem dedit nobis Dominus Omnipotens perficere ſub die Natalium glorioſiſsimi ſponſi ſacratiſsimę & immaculatę Matris ſuę, Virginis, in ęuum benedictæ,quem quęſo beneuolo animo, Lector diligentiſsime, fruere digneris, dum tertius cõmentarius ad Conſtitutionem non minus inſignem huius Principatus, incipientem *AFORAGITAR FRAVS*,diſponitur, & ad tuum vſum elaboramus. Vale.

(†)

LAVS DEO.

UAB
Biblioteca de Ciències Socials

UAB
Biblioteca de Ciències Socials

UAB
Biblioteca de Ciències Socials

INDEX EXACTISSIMVS NOTABILIVM.

Quibus præsens totum constructur opus.

Cuius littera E. euidentiale. T. tempus. D. autem declaratio nem temporum denotabunt. N. vero numeros cuiusque declarationis, & Temporis.

ABLATIVVS absolutus importat cõditionem, t. 1. d. 3. n. 19. ¶ Et an sub casu tex. nostri, ibi: *Mortuo viro*, importet conditionem t. 3. d. 4. n. 57. Et generat conditionem substãtialem ad actum t. 3. d. 7. n. 75.

ABROGARE legibus illi tãtum permittitur, cui & condere, c. 2. nu. 9.

ABSENS in militè potest creari, t. 1. d. 6. n. 28. ¶ A loco, vel patria, de quo non apparet, neque per relationem, neque aliás quãdo præsumatur mortuus, t. 1. d. 3. n. 37.

ABVSVS vnde dicatur, & quare sic dictus c. 2. n. 62.

ACQVESTVS, quos nos *cõpres y millors* appellamus, & Castellani *ganancias entre marido y muger*, siue ab statuto, siue ex conuentione debeantur, non sunt reseruãda filijs illius matrimonij per transitum ad secunda vota, t. 3 d. 1. n. 177.

ACTIO exercitium actionis super rebus dotalibus penes maritum constante matrimonio & eo soluto, dominium in vxorem, & exercitium reuiuiscit in ea, t. 1. d. 5. n. 45. ¶ Furtiua licet non concedatur aduersus vxores veras surripientes res mariti, sed actio tantũ rerum amotarum, bene vero aduersus putatiuas, t. 3. d. 4. n. 76.

ACTOR non est cogendus probare ea quæ sunt de exceptione rei, t. 1. d. 3. n. 33.

ACTVS positiui sunt in specie probandi pro inducenda cõsuetudine, c. 2. n. 32. ¶ Vnusquisq; dissoluitur, ex quibus colligatus est, c. 3. n. 7. ¶ Substantia non potest per modũ fictum adimpleri, t. 1. n. 16. ¶ Verus non potest absq; suis substantialibus ad esse perduci, t. 1. n. 17. ¶ Facultatiuus nõ est potens ad transferendam possessionem, t. 1. d. 2. n. 65. ¶ Multiplicati & per longum tempus etiam si sint facultatiui inducunt præscriptionem, t. 1. d. 7. n. 21. ¶ Retrosimilis in restitutorijs desiderandus, t. 1. d. 12. n. 8. ¶ Nullus non facit incurrere pœnas imposi-

UAB de Ciències Socials

tas contra celebrantes actum alias validum, t.1. d.12. n.126. ¶ Sæper denominatur ab eo cuius contemplatione fit actus gestus, t.1. d.2. n.13. ¶ Factus contra legis prohibitionem tunc reuocatur á gerente quoties tertio paratur prejudicium, t.3.d.1.n.218. ¶ Facere actum sine sollemnitate, & nullum facere paria sunt in iure, t.2.d.4.n.61. ¶ Desideratus in quolibet ministerio debet intelligi de valido, & non verificatur in imperfecto, t.2.d.4.n.63. ¶ Nõ potest dici perfectus donec supperest aliquid faciendum, t.2.d.5.n.64. & t.3.d.11.n.3. ¶ Gestus contra prohibitionem legis, etiam de voluntate illius in cuius fauorem inducta est dispositio non sustinetur, t.2.d.4.n.81. ¶ Quando peruenit ad casum in quo incipere nõ potuit non mereretur nomẽ actus. t.3.d.1.n.72. ¶ Quãdo nullus, quia gestus contra legis prohibitionem, t.3.d.1.n.216. ¶ Non debet operari vltra agẽtium intentionem, t.3.d.1.n.138. ¶ Quando dicatur fauorabilis, vel odiosus, & quid sit inspiciendum pro illius discussione, t.3.d.4.n.47. ¶ Difformes nec inducũt nec inducere possunt consuetudinẽ, t.3.d.1.n.104. ¶ Nec facultatiui n.105. ¶ Vnicus solus, difformis sufficit ad impediendam consuetudinem, t.3.d.1.n.110. ¶ Conditionatus *in tota sua dispositione* habet substantiam in cõditione, t.3.d.10.n.30. ¶ Humani semper sunt regulandi à iuris facultate, t.3.d.3.n.51.

ADMINISTRATIO parentibus quando danda in bonis aduenticijs in quibus est prohibitus vsusfructus, t.3.d.2.n.64. Doctores recensentur tenentes administrationem denegandam parentibus á quibus vsusfructus prohibetur, t.3.d.2.n.66. ¶ Generalis vel libera facultas alicui cõcessa, nõ continet in se facultatem donandi, t.3.d.5.n.54. ¶ An sit á patre auferenda per alienationem bonorum aduenticiorum, sicut aufertur ab hærede grauato dissipãte, t.1.d.1.n.104.

AEQVALITAS in Iudicijs semper seruanda e.3.n.103.

AES alienum ex bonis mariti, & non ex vsufructu soluendũ, t.2.d.1.n.19. ¶ Alienum & debita hereditaria, á quo soluenda sunt in casu nostræ constitutionis ab vsufructuaria vidua, an ab hærede proprietario mariti, an iste vel illa sit à creditoribus mariti cõueniẽdus, cum sit infructuosa quæstio remissiue, t.3.d.9.n.25. ¶ Alienum est illud quod alijs debetur, t.3.d.9.n.42.

AESTIMATIO in rebus dotalibus producit omnes effectus quos vera venditio producere solet, t.1.d.5.n.34. ¶ Rei dotalis quando faciat emptionem, & de materia remissiue, t.1.d.5.n.59. ¶ Et quando emptionem faciat, & n.penul. in fin. vel quando maritum faciat emptorẽ, & mulierem venditricem, ibi n.32. *in rebus dotalibus semper facit* emptionem quoties certa quantitas in dotem datur, & pro illius solutione stabilia dantur in solutum, t.1.d.5.n.60. ¶ Non facit emptionem

UAB Biblioteca de Ciències Socials

in dote quando iniusticia in æstimo reperitur, t. 1. d. 5. n. 51. & contra n. 56. ¶ Rei dotalis per quamcumque lęsionem potest retractari, licet non ita venditio, t. 1. d. 5. n. 59.

ALLEGANTI & dicenti bona fuisse libera incumbit onus probandi super existentiã illorum, t. 3. d. 6. n. 91.

ALIENATIO principalis qđo nulla est, an talis accessoria dici possit, t. 1. d. 8. n. 51. ¶ Alienationes rerũ Ecclesiæ paruę æstimationis, vt sunt terrulæ, fieri possunt absque consensu Apostolico, ex paruitate materiæ t. 3. d. 11. n. 17. ¶ Alienatio &. contractus omnes facti per hæreticos occultos in ualida per plures bullas Apostolicas, t. 3. d. 9. n. 216. ¶ ab ipsa lege inducta nunquam cõtinetur sub legis prohibitione, seu hominis, t. 1. d. 9. n. 5. ¶ Minoris veniens in quandam consequentiam actus permissi minori, non cẽsetur prohibita, t. 1. d. 9. n. 8. ¶ Alienationis verbum sicut continet hipotecam, seu impignorationem, ita & verbum nominationis continet nominationem tacitam, t. 3. d. 2. n. 48 ¶ Rerum hęreditariarum permissa pro sustentandis seruis hæreditarijs, t. 2. d. 1. n. 27. ¶ Bonorum non potest impediri contra eum qui in bonis alienandis habet hipotecam, t. 2. d. 1. n. 30. ¶ Prohibitus alienare extra familiam, an possit habere successorem ab intestato in re prohibita, etiã si successor non sit de familia t. 3. d. 2. n. 53. ¶ Fundi dotalis an sit prohibita in matrimonio putatiuo, sicut in vero, t. 3 d. 4. n. 64 ¶ Voluntaria prohibita hęredibus, & fideicmõissarijs grauatis, secus necessaria, t. 3. d. 9. n. 196. ¶ Facta post condemnationem delinquentis in crimine lęsæ maiestatis õni iure nulla, t. 3. d. 9. n. 174. 220. & n. 221. ¶ Prohibita criminosis, seu reis læsę maiestatis ex consequenti censetur omnis actus prohibitus per quem committi possit alienatio, t. 3. d. 9. n. 182. ¶ Facta p patrem ad secundas nuptias migratum ex bonis ad eũ delatis ex prima vxore, an reuocetur per filios primi matrimonij in vita patris, & de iure authenticorum, t. 3. d. 1. n. 200. & 201. ¶ Facta per reos læsæ maiestatis ante sententiam, an subsistat, t. 3. d. 9. n. 192. ¶ Alienatione prohibita censetur etiam prohibita causãtia alienationes, t. 3. d. 9. n. 222. ¶ Ex causa necessaria non permittenda in crimine lęsę maiestatis, t. 3. d. 9. n. 200. ¶ Alienatio bonorũ sub hipoteca mulieris existentiũ, tũc demum facta de cõsensu mulieris sustinetur si supersunt bona mariti pro reficiendis alienatis, t. 3. d. 14. n. 21.

ALIMENTA de quib° sub hac cõstitutione, an sint pinguiora cæteris alimẽtis đ iure debitis, e. 1. n. 43. ¶ De iure cõmuni non præstantur viduis, nisi sub certo casu, ibi n. 44. an sint viduis præstãda quando dotalia sunt immobilia, nisi sub certa forma, e. 1. n. 46. ¶ Nec sunt præstanda viduis in anno luctus habentibus alibũde, ibi n. 47. & 48. ¶ Præstari solent officio iudicis, vbi alimentandus non habet aliũ

de,

UAB Biblioteca de Ciencies Socials

de,ibi n.49. ¶ Nec vnquam debentur viduis, si dotiũ restitutio fiat incontinenti per hæredes viri. e.1. n. 50.& 51. ¶ In quibus alimẽtis dicimus noue per text. nostrum elargiri ibi n.52. ¶ Textus nostri tam habentibus, quam nõ habentibus aliũde elargiuntur. e. 1.n.64. ¶ Debentur virtute text. nostri viduis indotatis ibi n.65. ¶ Quod secus de iure communi.n.66. ¶ Vxoribus etiam non habẽtibus dotes debentur de iure communi constante matrimonio. e. 1.n.67.& 68. ¶ Et an debeantur viduis in anno luctus, cũ dicãtur quodammodo persistere in primo matrimonio, e 1.n.70. ¶ Et an debeantur viduis de iure cõmuni in anno luctus. e.4.n.23.& 24. ¶ Viduæ debita per nostram constitutionem non transeũt ad filios mulieris. t.1.d.11. n.10. ¶ Sunt vxori prẽstãda ob obsequia maritalia t.1. d.13. n. 10. ¶ Debita officio iudicis, & non ex legis ministerio,solum debentur futura nõ prẽterita.t.2.d.1.n.8. ¶ Alimentorum taxactio an sit facienda respectu quantitatis dotis in casu nostri textus, vel bonorũ mariti. t.2.d.1.n.15. ¶ Viduis præstanda in casu nostæ constitutionis ex proprietate bonorum mariti,si reditus non sufficiunt attenta qualite mulieris, & viri defuncti, t.2.d.1.n.18. ¶ Si ex fructibus tantum essent præstanda in casu nostræ cõstitutionis mulæ essent viduæ fraudatę beneficijs nostrę constitutionis, ibi n.33. ¶ Et DD. tenentes ex fructibus,& non ex pprietate fuisse præstanda recẽsentur.n.34. ¶ Quando sunt prẽstãda non domino futuro bonorum,sed extraneo,non ita sunt soluenda ex proprietate, atque si futuro bonorum domino essent erogãda.t.2.d.1. n.36. ¶ Prẽstari solent regulariter ex reditibus,& accessionibus bonorum, nullatenus attenta qualitate proprietatis ex obseruantia Rotæ. t.2. d.1.n.17.& 32.& 34. ¶ Dantur viduis in anno luctus in casu nostrę cõstitutionis,absque discrimine, sed indistinctè.t.2.n.2. ¶ Præterita an in specie,an in æstimatione sint soluenda in casu nostrę constitutionis.t.2.d.1.n.14. ¶ Tũc ex fructibus præstanda bonorum si sunt sufficientes, secus si sint minus sufficientes. t.2. d. 1. n. 32. & n.37. vbi fusè. ¶ Debita viduis in casu nostrę constitutionis,an sint debita filijs illius ex altero matrimonio,& quomodo.t.2. d. 1.n.63. ¶ In anno luctus debita non veniunt in actione de dote,sed in actione personali mulieris. t. 2. d. 1. n.65. ¶ Non sunt debita conuolantibus ad secunda vota in anno luctus. t. 3. d. 13. n. 63. ¶ Alimenta non debẽtur mulieri agenti ad repetitionẽ dotis per superuenientem paupertatem mariti, nec alia beneficia nostræ constitutionis impartienda in simili casu.t.2 d.1.n.67. ¶ Debentur sub casu nostri tex. sub qualitate anni luctus, & ponderantur verba textus nostri.t. 2. d.2. n.2. ¶ In testamentis relicta censentur ex præsumpta mente testatoris cum laboribus, &

operis

UAB Biblioteca de Ciències Socials

operis compensanda. t. 2. d.3.n.9. ¶ Debita matri ventris nomine missę in possessionem bonorum patris sunt soluenda nó ex fructibus, sed ex rebus hęreditarijs.t.2.d.1. n. 20. ¶ Non petita,nec exacta sub casu nostri tex.post annum ab hęredibus mulieris peti possunt. t. 2.d. 1. n. 10. ¶ An viduis debeãtur in hoc text.tam in bonis soceri quã mariti. t.2. d.1.n.68. ¶ No solum futura,sed prętęrita sunt viduis debita in casu nostræ constitutionis.t.2.d.1.n.1.cum debeantur iure actionis, etiã si suo tempore non petantur quod secus quoties officio iudicis sint præstanda.t.2.d.1. n. 2. ¶ In casu nostri text.erogãtur per hęredes mariti in morã illorú non soluentiũdotes, & ponderata verba constitutionis.t.2.n.12.& contra n.15. ¶ Dicuntur viduis debita ex quadam tacita obligatione alimentandi contracta in dotis receptione.t.2.n.19. ¶ Doctores tenentes alimẽta prætęrita indebita fore quomodo conciliantur cum dicentibus similia alimenta debita fore. t.2.d.1.n. 7. ¶ Si viduis non essent pręstanda ex proprietate bonorum viri esset inæqualis & iniqua in bonis mariti habentis patrimoniũ in mercibus. t. 2. d.1. n. 22. ¶ Sunt pręstanda extra domum alimentantis. t. 2. d.3. n.12. ¶ Debita à lege in quibus differãt ab alimentis ab homine debitis. t. 2.d.3. n.8. ¶ Officio iudicis præstanda nõ debẽtur habẽti aliunde se alere posit,secus si á lege sũt debita vel iure actionis.t.2.d. 1.n.9.& idem si ex legis dispositione sint debita. t.2.d.3. n.27. ¶ In casu nostræ constitutionis debentur iure actionis cum debeantur virtute legis.t.2.d.1.n.3. ¶ An comprehendere secum sit dicendum habitationem & vestitus, tã in pœnalibus quam in fauorabilibus.t.1.d. 4.n. 92. & 94. ¶ In dubio præsumuntur pręstita ab eo qui debuit illa erogare,& quomodo, & quibus pręsumantur pręstita,t.2.n.5. ¶ Sunt debita vxoribus propter obsequia & seruitia quę viris suis præstant.t. 2. n.17. ¶ In casu nostræ constitutionis non ob retardatam dotis restitutionem dari demõstratur,sed quia adhuc dicitur in obsequio mariti vxor in anno luctus. t.2.n. 15. ¶ Viduæ in casu nostri text. sunt præstanda in domũ mariti si honestè ibi habitare poterit vidua. t.2.d.3.n.13. ¶ Alimentarius legales renuendo operas impendere alimentanti fiet deductio valoris operarũ ab ipsis alimẽtis. t.2.d.3. n.6. ¶ Quod sint præstanda in domo mariti respicit vtilitatem hæredum, & consequenter danda est eis electio alimentandi extra domum.t.2. d. 3. n.24. ¶ Debita viduis an alienari & cedi valeant, ibi n.28. ¶ Prætęrita non exacta non præsumuntur remissa,ex quo non fuerunt petita. t. 2. d.1. n.12. ¶ In casu nostrę constitutionis tunc demum viduis elargienda,si non habent bona extra dotem, ex quibus se sustentari possent. t. 2. d. 3 n. 26. ¶ Debita à lege sunt præstanda in domo alimentãtis,

UAB Universitat de Ciències Socials

secus si sint ab homine debita .t.3.d.3.n.10. ¶ Qđo debeãtur filijs spurijs, atque legitimis, & naturalibus ex necessitate legis.t.3.d 9.n.29. ¶ Et an spurijs debeantur de ęquitate canonica extra Ecclesiæ territorium, & in terris Imperij, ibi n.31. ¶ Et debita dicuntur spurijs de honestate ex bonis parentum, & dicuntur eis debita ex legis necessitate ibi n.32. ¶ Viduis debẽtur in anno luctus in casu nostri text. etiam si dos ad patrem, & non ad vxorem sit reuersura. t.3.d.3.n.8. ¶ Filiorũ ęsti manda tanquam æs alienum in bonis patris. t.3.d.9.n.16. ¶ Dotibus ęquiparãtur cum pro ære alieno æstimata sint t.3.d.9.n.18. ¶ Quomodo strictiori titulo, vel vinculo sint spurijs filijs debita quam legitimis filijs & naturalibus, t.3. d.9.n.35. ¶ Spurijs filijs præstanda,an secundum qualitatem,& indigentiam personæ sint eroganda,an vero habita ratione ad obuentiones hæreditarias paternas. t.3.d. 9.n.37. ¶ Vbi filijs & parentibus mariti sunt prętanda, ex vsufructu,& nõ ex proprietate bonorum mariti debet vidua cogi ad præstandum, tanquam ad anuas præstationes.t.3.d.9.n.55. ¶ Alimentorum causa, an sit fauorabilior causę legitimæ.t.3.d.9.n.47. ¶ Alimentandi onus filiorum erga parentes transit ad hæredes filiorum. t.3. d.9. nu.40. ¶ An perdantur alimenta per transitum ad secundum matrimonium, & recensentur DD.id tenentes. t.2.d.2.n.16. 17.& 24. ¶ Debẽtur filijs de iure naturali.t.3.d.9.nu. 14. ¶ Ius percipiendi alimenta vigore nostri textus dicitur personale.t.2.d.1.n.64. ¶ Recensentur Doctores firmantes per transitum ad secuuda vota perdi alimenta viduis in anno luctus præstanda,& idẽ per fornicationem. t.2. d.2. n.16. ¶ In casu huius tex.præsumuntur viduę prętita ab hæredibus mariti.t.3. num.6. ¶ In casu nostræ constitutionis in anno luctus debentur, etiam si supereissent interesse dotis,& si nulla etiam sit dos, t.3.d.10.n. ¶ Quoties sunt præstãda sub qualitate expressa omnium rerum, tunc proprietas bonorũ potest distrahi si reditus non sufficiunt.t. 2.d.1. n.28.

ALIMENTVRIVS semper debet pro alimenta impendenti operari,& laborare,& tanto magis si alimenta á lege ipsa debeantur. t.2.d.3.nu.2. 3.&.8.

